



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

~~Dec 122~~

$\Sigma$  4 122

2941 e. 268









**C. PLINII SECUNDI**  
**NATURALIS HISTORIÆ LIBRI XXXVII.**

**VOL. XI.**





**C. PLINII SECUNDI**  
**NATURALIS HISTORIÆ LIBRI XXXVII.**

**EX EDITIONE GABRIELIS BROTIER**

**CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE**

**IN USUM DELPHINI**

**VARIIS LECTIONIBUS**

**NOTIS VARIORUM**

**RECENSU EDITIONUM ET CODICUM**

**ET**

**INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS**

**ACCURATE RECENSITI.**

---

**VOLUMEN UNDECIMUM.**

**T**

**LONDINI: .**

**CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.**

**1826.**



## LIBER XXIX.

CAP. I. *De origine medicinae, et quando primum clinice, et quando primum intraleptice, et de Chryssippo, et Erasistrato, et empirice, et Herophilo, et reliquis illustribus Medicis: et quoties ratio medicinae mutata sit, et qui primus Romae Medicus, et quando, et quid de Medicis antiqui Romani iudicaverint, et vitia medicinae.*

*Quamquam non ignarus sim] Ms. Naturæ remedium atque multitudo instantium ac præceptorum, plura de ipsa medendi arte cogunt dicere, quamquam non ignaros nulli ante hæc Latino sermone condite, ancepsque lubricum esse rerum omnium novarum, et talium utique, tam sterilis gratiæ tantæque difficultatis in promendo. Sic Vossianus, et majorem etiam partem Chiffletianus; neque aliter legendum est. Præceptorum est anticipatorum, occupatorum: nisi malis præceptorum. Pintianus ex apographo: ancepsque ac lubricum esse rerum omnium novarum principium. Sed hoc condiderunt, qui non intelligebant r̄d lubricum esse hic positum, ut cum dicitur lubricum juventutis: r̄d ac recte sustulit Gelenius; neque id alii quatuor nostri agnoscent. Gronov.*

*Ancepsque ac lubricum esse rerum omnium novarum, talium utique quam sterilis gratiæ, difficultates in promendo] Scribo: Ancepsque ac lubricum esse rerum omnium novarum principium et talium, utique tam sterilis gratiæ, tantæque difficultatis, in promendo, ex nostro apographo. Pintian.*

*Sed quoniam occurrere verisimile est omnium qui hæc cognoscent, cogitationi] Puto legendum permutatis dictionibus: Sed quoniam occurrere est,*

*verisimili omnium qui hæc noscent cogitationi; sic enim fere est in eodem. Idem.*

*Diis primum inventores, &c.] Vide licet Apollini et Æsculapio. Agenorem et Chelronem medicinam primos fecisse scribit Plutarchus in Symposiacis Quæst. III. 1. Dalec.*

*Quoniam Tyndariden, &c.] Thesidem Hippolytum, Thesel et Hippolytes reginæ Amazonum filium, ab equis excerptum scribit Plutarchus in Parallellis Hist. 84. Idem. Quoniam Tyndariden revocasset ad vitam] Archetypon nostrum non Tyndariden præfert, sed Tyndareum; scribo Tyndareon Attica inflexione ex Luciano, qui ita nominat in lib. de Saltatione, ubi hujus fabulæ meminit; et Zenobio in Paræmia Æsopi sanguis: item Pindari interprete, cuius verba in Pythiis visum est subjicere: ' Aiunt Æsculapium auro-corruptam vitæ restituisse Hippolytum mortuum; alii Tyndareon malant, alii Capaneum, alii Glaucon. Qui Orpheum secuti sunt, Hymentum, Stesichorus præter Capaneum etiam Lyncurgum. Alii quod Proctidas sanaverit. Alii quod Orionem. Pylarchus, quod Phinei filios curaverit. Pherecydes, quod eos, qui Delphis occumberent, revocaret ad vitam.' Pintian.*

*Trojanis temporibus] Machaone et Podalyrio Æsculapii filius in eam expeditionem profectis. Dalec.*

*Fama certior] Celsus in præmio. Idem.*

*Clinice vocatur] Cubicularia, lectularia, sic dicta ab invisendis et tractandis ægris decumbentibus. Idem.*

*Pædicus] Herodotus apud Plutarchum*

chum ex Platone, libro de iis qui sero a numine pniuntur. *Idem.*

[*Iatrolepticon*] Unguentariam, quæ frictionibus ac oleorum illitu morbos curat, et bonam valetudinem tuetur. Athleticam medicinæ addidisse Plutarchus scribit. *Idem.*

*Alia factio ab experimentis se cognominans Empiricem cepit in Sicilia Acrone Agrigentino, &c.*] In vetusto codice: *Alia factio (ab experimentis cognominant empiricem) cepit in Sicilia Acrone Agrigentino, &c.* Pintian.

*Dissederuntque ea scholæ: et omnes eas damnavit Herophilus*] Quatuor nostri, *Dissederuntque ex schola.* Antiquior, *hædiscolæ.* Lege, *Dissederuntque hæ diu scholæ.* Gronov.

*Qui quæ inter initia scripsit illo mox recedente a vita ad sua placita mutavit*] In eod. *Seque inter initia adscripsit illi. Mox procedente, vitia sua et placita mutavit: legendum reor, procedente avaritia.* Pintian. *Qui quæ inter initia scripsit*] Hermolaus: *sed quæ inter initia scripsit illo mox rec. a vita ad sua placita mutavit; aut, seque inter initia adscripsit, illo mox rec. a vita sua placita mutavit.* Voss. *seque inter initia adscripsit illi mox procedente vitia sua et placita.* Ut fere et Chiffi. Forte: *Auditor ejus Themison fuit, seque inter initia adscripsit illi, mox recedentis a vita sua ad placita mutavit.* Primum sese Asclepiadeum professus est; dein mortui placita mutavit ad sua. Men. et Acad. *fuisse qui inter initia.* Gud. et Andegav. *fuisseque inter initia.* Pintiani codex prorsus ut Vossianus; ipse, *procedente avaritia.* Gronov.

*Sed et illa Antonius Musa ejusdem Augusti auctoritate*] Scribendum forte, *Sed et illa Antonius Musa ejus discipulus, Augusti auctoritate.* Pintian.

*Multos prætereo Medicos*] Mirum inter medicos famosos præteritum Craterum, de quo Cicero multis locis ad Atticum. Persius: 'Sed quid opus Cratero magnos promittere montes?' Horatius: 'Non est car-

diacus, Craterum dixisse putato, Hic æger.' Porphyrius *περὶ ἀνοχῆς ἐπιφύχων*, memorata etiam rara historia servi ejus, qui, cum caro ab ossibus discederet et deflueret novo inauditoque morbo, esu viperæ in modum piscis præparatæ sanatus est. Victorius IX. 12. *Dalec.*

*Quantum ad eam ætatem Aruntius solus*] In codice antiquo, *quadragena dena Aruntius solus.* Pintian.

*Nullius histrionum equarumque trigarii comitatorum egressus in publico*] In eod. *Nullius histrionum equarumque trigarii comitatorum egressu in publico; sequitur continuo: erat: cum Crinas Massiliensis arte geminata: verbum erat scribendum cum majore litera, ut sit initium sequentium, et lege sic: Erat tunc Crinas Massilia. Is arte geminata, &c.* Idem. *Nullius histrionum equarumque*] Vult auctoritatem ejus demonstrare per turbas in honorem ejus assectantium; qua illi re confort eum gratiosissimis tum apud plebem, sed histrionibus aurigisque qui Circensibus trigas equarum agitarent, qua exercitatione Nero quoque ipse ejus temporis Romanorum princeps in primis delectabatur. *Gelen.*

*Annæ Senecæ stipulatio*] Lib. VII. Epist. ad Lucillum: 'Memor artificii mei veteris, frigidæ cultor, mitto me in mare, quo modo psychrolontem decet, gausapatns.' Et rursus lib. XII. 'Ille tantus psychrolontes, qui Calend. Januarii Euripum salutabam, qui anno novo quemadmodum scribere, legere, dicere aliquid, sic aspiciabam in Virginem desilire, primum ad Tiberim transtuli castra.' Horat. I. Epist. ad Vallam: 'gelidam perlucor nnda Per medium frigus.' Eo pertinet jocus Plauti in Rudente: 'Ædepol, Neptune, es balneator frigidus: Cum vestimentis, posteaquam abs te abli, algeo.' *Dalec.*

*Qua de exstat etiam Annæ Senecæ stipulatio*] Gud. Men. Acad. *stipula-*

tio. Vossiana et Andeg. *adstipulatio*, id est, affirmatio de sese. Gronov.

*Animas statim nostras negotiari]* Vossianus, ut Pintiani, *animas statim nostras negotiari*. Lege: *Nec dubiam est omnes istos famam novitate aliqua aucupantes animas statim nostras negotiari*, id est, periclitando vitam nostram pecuniam querere, discrimen animæ nostræ in negotio et quæstus habere. Nisi tamen malis *statum*, id est, salutem; nam 'status' est salus rei familiaris, de quo usu vocabuli diximus ad Plinii minoris Epistolas. Et 'stare,' 'sistere,' 'sisti' eleganter est salvum esse, de quo ad Livium. Verum hoc puto, et auctore nostro dignissimum. *Idem.*

*Imperatorem illico, &c.]* Est apud Jurisconsultos Alpheni responsum de patrono medico, qui sperabat, si liberti sui medicinam non facerent, multo plures imperantes sibi habiturum: quo ex loco medicis ægros, non ægris medicos imperare colligant. Medico sane magis imperium convenit: merces tamen, cujus gratia circumambulat, dum agros invisit, auctoramentum quoddam servitutis est. Quin etiam blandiri et assentari ægris, magnasque non raro molestias devorare, ut ipsis morigeretur, velut quædam vis ac necessitas est, non secus ac si regis tyrannive subesset imperio. Huc pertinet locus Senecæ de Benef. vi. 16. 'Quare medico et præceptori plus quiddam debeo, nec adversus illos mercede defungor? quia ex medico et præceptore in amicum transeunt, et nos non ante quam vendunt obligant, sed benigna et familiari voluntate. Itaque medico, qui nihil amplius quam manum tangit, et me inter eos quo perambulat ponit, sine ullo affectu facienda vitandaque præcipiens, nihil amplius debeo, quia me non tanquam amicum vidit, sed tanquam imperatorem.' *Duerenus Annivers. l. 54.*

*Vulnerarium cum tradunt fuisse vo-*

*cutum mireque]* Chiff. Vossiani tres, Acad. Gnd. *cum fuisse credunt mireque*, sine rō vocatum. Sed neque credunt neque tradunt hic locum habet; pendet enim oratio *ex rō Cassius Hemina auctor est*. Lege: *Vulnerarium cum fuisse e redictum, mireque gratum adventum ejus*. Gronov.

*Verba ejus ipsa ponemus]* Hæc ex Epistolis, quarum mentio apud Sextum Pompeium. *Dalec.*

*Opicos]* Opicos ἀπηνόους, cui os spernem. Opici populi Italiæ fuerunt inhonesti, et obsceni, ut in vitium nomen abierit. Ausonius Eunum lignitorem magistrum, *opicum* vocat. Turn. Advers. x. 12. *Idem.*

*Interdixi tibi de medicis: atque hic Cato]* Desiderantur hæc omnia in antiquo codice, præter duo ultima verba. *Pintian.*

*Maxime vero quantum esse immani precio vita recusabant]* Scribo, *Maxime vero quantum esse in manuprecio vita recusabant*. Quid sit manuprecium Varro te docebit. *Idem.*

*Extra urbem fecisse]* Vide causas apud Plutarchum in Quæst. Roman. 94. *Dalec.*

*Sed decuriae]* Erant Romæ decuriae quinque, in singulis 100. cives, qui iudices, non equites dicti. Constitutum erat, ne cui jus id esset, nisi cui ingenio ipsi, patri, avoque paterno sestertia cccc. census esset. Ejus principum censura fiebat examen, et inquisitio per parentes (sic enim legendum, non *parientes*) agebatur. Vide infra XXXIII. l. *Idem.*

*Sed decuria pro more censuris principum examinatur]* Vix est locus in Plinio alius, in quem ab interpretibus tot res miræ coierint. Step. Aquæus hæc ita superioribus nectit: vult significari, si moriatur ægrotus, non argui erroris culpæve medicos, sed alios; non illos, sed hos examinari; velut soleant iudicio principum decuriæ a decurionibus examinari de statu ordinis, aut re aliqua militari, et

spectante ad rem. Omnia imaginaria, et nihil ad rem spectantia. Medicos cum iudicibus confert Plinius, tanquam utrique fata et fortunas hominum in ditione habeant, et quanto maiore providentia iudicibus bona et vitæ quam medicis committantur ostendit. *Decuriae* sunt iudicum, et quidem quinque. Prima 'senatoria' erat Ciceroni appellata Verr. 1. extremo et II. 32. Altera 'equitum' a Gracchanis temporibus. Tribuni ærarii, qui tertiam faciebant, sublata a Julio, ut tradidit Sueton. c. 41. inter hujus mortem locum fecerunt decuriæ 'centurionem' ab Antonio additæ, de qua Cicero Philippica 1. et 7. et XIII. Quartam adiecit Augustus 'ducenariorum,' Sueton. 32. qui iudicarent de levioribus summis. Quintam Caius, eodem teste cap. 16. Quare cum ab initio illud *Sed* parum videatur habere momenti, suspicabar aliquando scriptum fuisse, *V decuriae*: dein virgula forte adjecta *Sex*, postea *Sed*, factum; cum scribi oporteret: *Quinque decuriae pro more censuris principum examinantur*. Adde Suetonium Claudio cap. 15. Sed hoc arbitrarium esto, neque si cui socus videatur, pro eo obtinendo pugnaverim. Sequitur, *inquisitio per parietes agitur*. Pintianus conjicit legendum *per parietes*; quod sit, per nobilitatem majorum. P. Pithæus in Adversariis conatur primum explicare de furto concepto per lancem et licium; dein movet, ut ait, parietes diruere et *partes* reponere, quando apud Quintilianum Instit. v. 2. appellantur 'partes centumviralium, quæ in duas hastas sint divisæ.' Utramque emendationem quasi e suis conditis admittitur Dalecampius; neque addit quicquam præter cavillum errorum, dum auctores vincere gestit exponendo. *Decuriae* scribit Romæ fuisse quinque, in singulis 100. cives, qui iudices, non equites, dicti. Quippe nisi quos inter multi essent ordinis non

equitatis. Sed verba Plinii XXXIII. 1. male accepta huc transtulit. Quæ admodum ex sequenti, quod subjungit: 'Constitutum ne cui jus id esset, nisi cui ingenuo ipsi, patri, avoque paterno sestertia quadringenta census fuisset;' et hoc esse illud examen, hanc inquisitionem *per parietes*. At Plinius id pronuntiat non de iudicatu, sed de iure sacrorum annullorum. Priore quoque loco vix singula millia in decuriis, quum quatuor essent, fuisse sub Augusto scribit Plinius. Velleius Pompeium 860. legisse tradit lib. II. Cicero iudices agnoscit 850. qui præcipue Cæso oblectarentur ad Attic. lib. VIII. Epist. ult. Nihil commodius adspexit de quadruplici iudicio et duobus consiliis centumvirorum ex altero Plinio, ut approbet *per partes*. Valent enim ista, ubi iudices jam sedent centumviri; et Plinii inquisitio est in iudices legendorum causa. Me si quis audiet, refinget: *inquisitio per patrias agitur*. Et 'inquisitionem' accipio, quam in alios etiam privatos principes in censura faciebant. Suetonium Claudio cap. 16. 'Plures notare conatus, magna inquisitorum negligentia, sed suo maiore dedecore, innoxios fere repperit.' Quod *per patrias* ait, verbis explicat proximalis, in quibus æque nihil fuerant; nam, *qui de nummo iudicet*, Aquæ est medicus, qui soleat recessi a distantibus multum regionibus, ut jus dicat de summis, quos ab ægris extorquet; de nummis per ironiam dici, non de sanitate. Pintianus scribi suadet *iudicet*, ut *index lapsi*. Dalecampius intelligit tribunos æris non temere creari et legi, sed magis cum diligentia et iudicio, ut potius a Gadibus et columnis Herculis, sive ab ultimis terræ finibus recessantur, de quo videndum Asconium Pedianum. Quærat ibi, eni vacat quærere, quod nunquam est inventurus; nam tribunos ærarios ex albo iudicum jam era-

serat Julius. Si verum volumus, nihil aliud dicit, quam ex longinquis provinciis, atque adeo interdum a fine terrarum, arceam post inquisitionem diligentem in patriis illorum factam, qui de levissimis pecuniis summis, notam de vita et capite, sint iudicaturi. Seneca de Ira III. 23. 'Evocati e longinquis regionibus iudices sedent, iudicaturi, utrius iustior avaritia sit.' Ubi ostendit Lipsius, hoc Pliniis recte cepisse, quamvis Pithœi partes sequatur; nam et addit ex XXXIII. 1. 'nondum provinciis ad hoc munus admissis.' Eodem respexisse Latinus Pacatus potest videri in Panegyrico, ubi laudes Hispaniæ perstringit: 'Hæc durissimos milites, hæc experientissimos duces, hæc fecundissimos oratores, hæc clarissimos vates parit: hæc iudicum mater, hæc principum.' Mittantur, inquit, in cuiusque patriam, qui explorent, qua fama et existimatione sint, quam municipibus suis probati; non enim tantum ex urbe capiuntur et Italia, sed ex omnibus evocantur imperii partibus, qui de pecunia iudicent non magna, et nonnunquam summo sortertio addictis et mancipatis. Ergo, qui de summo iudicat, est ex minimo exemplo descriptio iudicum in quavis lite privata. Pergit auctor: *de exilio vero non nisi die quadragesimo quinque electis viris datur tabella.* Ignoscimus et hic Aquas, cui tabella testamentum est, sive testamenti scriptura; nesciebat enim de iudicibus agi. Ignoscimus P. Pithæo, qui iudicium quinquvirale in Cod. Theodosii inventum (de quo Plinius vero nemo somnialit) huc retrahit; et Fr. Jureto, qui ad Symmachi II. 74. prioris editionis hæc quidem tollit iudicium, sed commendat nobis e codice S. Bouigni, quod explicare ipse non poterat: non nisi de XLV. electis viris: neuter enim meliorem scripturam viderat. Ignoscimus et Dale-

prodidit, sed assecutus non est, et potius habuit ex Pithæo quædam male nata pejus describere; velut hos quinqueviros certum magistratum non fuisse, ut triumvirorum capitalium. Quasi vero tempore Plinii iudex magistratus nomen fuerit sive certi sive incerti. Scribendum autem e Chiffet. et Vossiano, *de exilio vero non nisi XLV. electis viris datur tabella.* Nimirum in singulis quæstionibus definitus erat numerus iudicum, quot sedere in reum oporteret. Huc pertinent Asconii in Orat. pro Scauro: 'Sententias tulerunt senatores duo et XX. equites tres et XX. tribuni ærarii XXV. ex quibus damnaverunt senatores quatuor, equites duo, tribuni duo.' Eiusdem pro Milone: 'Perorata utrinque causa, singuli quinos accusator et reus senatores, totidem equites, et tribunos ærarios rejecerunt, ita ut unus et quinquaginta sententias tulerint.' Est igitur hæc quoque descriptio iudicum in iudiciis publicis, non tamen maximarum causarum. Ex quibus tangit unum, ubi damnato poena exilium esset, qui tamen in discrimen venire non posset, nisi sub tot iudicibus. Elegit autem, cujus iudicium numerum nulla quæstio alia corripere. Et is cum sit XLV. selectorum, satis apparet, quam solliciti non modo de vita, sed etiam de statu sontium, certe suspectorum, fuerint majores. *Tabella datur*, id est, iudicium permittitur. Restat: *At de iudice ipso quales in consilium eunt statim occiditur?* Ubi Dalecampius: De medico ipse (quem tralate *iudicem* vocat, qui ægram iudicat et morte damnat) *statim occiditur* (ita enim reponendum) nulli consultant, et peritum periculum faciunt. Nihil alienius. Iudex est, qui proprie sic dicitur. Hic si morbo correptus fuerit, *quales*, quam non delecti, nec censuris examinati, quippe tantum pro medicis se gerentes, in consilium eunt de præbendo medicamento, qua

sæpe contingit, non ut is interim civitatem, sed statim vitam amittat? *Gronov.*

[*Inquisitio per parietes agitur*] Vel, *per parietes*, ut diximus; vel, *per partes*. Quintil. lib. v. Centumviralium partes in hastas duas divisas memorat. Cognoscebant autem Centumviri de hæreditatibus, quacunque de causa peterentur, sive ab intestato, inofficioso, injusto, falso testamento. Hæreditatis petitionem 'Centumvirale iudicium' vocat Justinianus l. ult. Cod. de hæred. pet. Dividebatur in partes, sive hastas, sive consilia, sive tribunalia, (tot enim nominibus utebantur,) duas, vel quatuor, pari numero iudicium constantes. Plin. Ep. lib. vi. 'Quadruplici iudicio bona paterna repetebat. Sedebant iudices centum et octoginta: tot enim quatuor consiliis conscribantur.' Et paulo post: 'Duobus consiliis vicimus, totidem victi sumus.' Marcellus l. si pars de inoff. testam. Papinianus l. cum filius de legat. 2. Cum filius divisim tribunalibus actionem inofficiosi matris pertulisset, atque ita varis sententis iudicium extitissent. *Reginald.*

[*Et qui de nummo iudicet*] Ait æris Tribunos non temere legi et creari, sed magna cum diligentia et iudicio, ut potius a Gadibus columnisque Herculis, id est, ab ultimis terris, orbisque finibus accersantur. Vide Asc. Pædianum. *Dalec.* *Et qui de nummo iudicet*] Scribendum potius *iudicet*; unde Index lapsi. *Pintian.*

[*De exilio vero*] Certus is magistratus non fuit, ut Triumvirorum capitaliam. Eligi ex Senatu veteri instituto solebant: Honorius et Theodosius postea sortito ad criminalium causarum iudicia vocari iusserunt, et de summis optimos legi. Nomine reorum delato et recepto, trigesimo post die iudex dabatur, qui quadragesimo tandem reum de tabula vel damnabat, vel absolvebat. Vide Pi-

thæum Advers. II. 19. *Dalec.*

[*At de iudice ipso quales, &c.*] De iudice ipso (quem translate *iudicem* vocat, quia ægrum iudicat et morte damnat) *statim occisuro* (ita enim respondendum) nulli consultant, et peritiæ periculum faciunt. *Idem.* *At de iudice ipso quales in consilium eunt, statim occisuri*] Puto mutandum esse verborum ordinem, et legend. *At de iudice ipso statim occisuri quales in consilium eunt.* Nec legend. *arbitror iudice*, sed, ut dixi, *iudice*, nec *occisuri*, sed *occasuri*; ut quædam etiam exemplaria proferunt. *Pintian.*

[*Alienis pedibus ambulamus*] *Lectionarios, anagnostas, et nomenclatores* exprobrat. *Dalec.*

[*Dolorum indicaturam*] Pactam cum ægris pecuniam, ut eorum dolores sedentur. *Idem.*

[*Arcana præcepta*] Παράδοξα, vulgi fidem et opinionem excedentia, que non nisi ingenti pretio evulgantur, aut communicantur. *Idem.*

[*Emovendam potius*] *Doorsum pellendam acu.* *Idem.*

[*Extrema pretia*] *Idem argumentum tractatur, sed pressius, xxiv. 1. Id.*

[*Quo Deorum perfidiam istam monstrante*] *Scribo cum interrogatione, ex vetusto codice: Quo Deorum per fidem ista monstrante?* utitur isto interrogandi modo, et interim sine interrogatione, frequenter Quintilianus in declamationibus; aliquando etiam suppressa præpositione: *Fidem vestram iudices.* *Pintian.*

[*Qua proceres artis ejusdem in semet ipsis fatentur*] *Qua proceres artis ejus de semet ipsi fatentur*, in eod. *Idem.*

[*Ac pilorum eviratio instituta, &c.*] Hoc παραρτίμων καὶ πίπρωσιν vocant Græci, qua μαλθακοί, id est, molles, evirantur et vulsi sunt. Virilitatis autem etiam signum et iudicium pili. Resina autem pilari solitos olim nunc molles et effeminatos viros, nunc quibusdam sacris addictos, ut Isidis calvos, ex veterum scriptis manifestis-



simum est. Juvenalis: 'resinata juvenatus.' Martialis: 'Nec plena turpi matris olla resina, Summonianæ qua pilantur uxores.' Idem: 'Nuntiat octavam Phariæ sua turba juvenæ, Atque pilata redit jamque, subitque cohors.' Dalec.

*Homero inter prælia Deorum, &c.]* Illados 4. *Tirr' αἰ, δ κούμια, θεοὶ ἔπι ξυελάβρης θάρσος ἡγορ ἔχουσα; Idem.*

*Nec deerat materia pompa]* Imo legendum e contrario: *Nec deerat materia pompa*, ex antiquo exemplari. *Pintian.*

CAP. II. De medicinis lanarum.

*Postes]* *Ædium*, in quas accedebat sponsa, janua, marito illa operiente; lana cingebatur, et coronabatur, lauroque multa ornabatur: postes etiam vittis laneis contegebantur, quas ab iatrogressa tangi mos erat, et adipe saillo oleoque, vel lupino, ungi, ne quid venenam aut pestilens domui noceret: qua superstitione et magi felle nigri canis domos suffiebant, et genitale sub limine defodiebant. Alex: ab Alex. II. 5. Scribit idem ibidem, sponsas, cum ex domo patris ad maritam prodibant, eorum lana compacta et fusum cum stamine gestare solitas. Quod testatur et Pintarch. ἡ νόσθη, inquit, εὐσφέρει μὲν ἡλακέρην, καὶ τὴν ἔτρακτον: additque, quod propius huic loco est: ἐπὶ δὲ τὴν θύραν περιστρέφει τὸ ἀνδρὸς. Nec prætereundum quod tradit Rhod. XXVII. 14. in lanata pelle novas nuptas sedere solitas, vel more vetusto, quod priscis temporibus in pellium stratis dormirent, vel quod lanificium viro præstituras se eo symbolo pollicerentur. Plinius hic tacet cingulam ex ovibus hæc factam, quod novæ nuptæ in lecto vir solvebat: apud Verrium Flaccum. Dalec.

*Succida]* Succidam lanam 'oscam' Varro a Nævio dici tradit, Festus et 'solocem.' Idem.

*Suffusa]* Olei, aceti, vini liquore. Idem.

*Præligans]* Vinculis adstrictione valida dolorem excitantibus. Idem.

*Vis ejus septica]* Poni editorum infantium venas in capite lana succida inurunt, ut defluentem pituitam sistant. Pari consilio Æthiopes statim naturnm frontem urunt, ut capitis et oculorum supervacuum humorem exsiccent. Alexander ab Alexandro II. 25. Idem.

*In Atticis ovibus]* Quæ thymo pascentur. Idem.

*Siccatur]* An siccatur? ut XX. 19. id est, per colum transmittitur. Dioscorides tamen habet, in fictilem patellam conjici, quæ aquam calidam habeat; linteo vas operiri, insolari, donec candida fiat et satis crassa. Id.

*Genarumque calium]* Ciliarum, τῶν βλεφάρων. Idem.

*Cæcis doloribus]* Internarum partium, vel quorum causa ignoratur. Idem.

CAP. III. De ovorum natura.

*Radicula]* τῶ στρούθῳ: nam, ut Dioscorides ait, τούτῳ ἐπισηλάται χροῦται πρὸς κάθαρσιν τῶν ἐπιῶν. Quidam inepte legit *rudicula*. Idem.

*Cum jure putaminis sui]* Scribo, cum cinere putaminis sui, ex apographo nostro. *Pintian.*

*Sic et lienicis]* In eod. *Sic et lienicis]* scribo, *Sic et lienicis]*. Est lienicis morbus lævitas intestinorum; de cuius duobus generibus et curatione lege Paulum lib. III. et cæteros. Idem.

*Fiant et tota lutea que vocant schista]* Hermolans *schista* emendavit, cum antea *sicista* legeretur. Ego video posse non minus recte legi *synchista*, hoc est, *confusa*, propter commistionem, lutei cum albo et tetro. Idem.

*Pulli ovorum]* Ova suo pullo plena, resiccata, et in pulverem trita. Dalec. Idem cinis et mulierum menses cum

*myrrha illius sistis*] In vetera exemplari, *Idem cinis ciet mulierum menses cum myrrha, &c.* Pintian.

*Operationem cum serpentium, &c.*] Ovi partum, anguium salivationem. Dalec.

*Equitem Rom. e Vocontis, &c.*] Vocontii Gallie civitas est; et ovorum genus, de quo loquitur, Gallis peculiare. Gelen.

*Caduceum*] Το κηρύκειον, τὴν κηρύκειον ῥάβδον. Multa de caduceo Rhodig. XXI. 16. multa Macrobi. in Saturnal. Serpentes eos binos in summa caducei parte spiris circumplexos fuisse, tanquam adversa sibila efflantes, ἔφεισ καταγλωττίζοντας, καὶ ἀμπελεγμένους, Græci narrat, τῶν σκοποφόρων, ἀεχειροφόρων, ἀληροδόκων, fecialium insigne, ac legatorum, qui de pace faciendis, contrahendo fœdere, pacificendis indicibus mittebantur. Hadr. Jan. v. 20. Dalec.

*Cristatos esse in caduceo*] Cristati quidam angues sunt. Crista galearum et cassidum ornamentum et insigne est. Si ergo caducei angues cristati forent, magis bellum indicarent, quam pacem. Idem.

*Comagens vocatur*] Syriacam nardum esse putant: alii comacum Theophrasti. Idem.

*Cera*] Quæ odoris suavitate minuit. Idem.

*Æque quam capris*] Nam id miratur Plinius, quod ex animalibus morbo obnoxiiis tanta sit remediorum copia, ansera videlicet et capra. Gelen.

CAP. IV. *Remedia de cane, et ex animalibus quæ placida non sunt, sed fera, et ex volucribus, et contra morsus phalangiorum.*

*Supplicia annua canes pendunt*] Augusto mense Romæ πατήγων canum fieri solitam Græci scriptores memorant, urbis olim a Gallis captæ monumentum, in eaque ἀνλάττους canes verberibus cæsos, anseribus clare vociferantibus. Rhod. XVII. 29. Dalec.

*Vivi in furea sambuca*] Ex hoc loco Claudius Puteanus apud Ciceronem pro Roscio Amerino legendum putat, pro, *Crura suffringent, cruci suffigent.* Idem.

*Catulos lactentes adeo puros existimabant ad cibum, ut etiam placandis numinibus hostiarum vicos uterentur his.* Genito mans catulo, res divina fit et in canis Deum etiam ponitur catulina] Pro Genito mans catulo, legend. *Genita Mans catulo res divina fit.* Vide Bouchart. 692.

*Ad cibum*] Catalinam carnem ostiavisse, hoc est, comedisse Romanos, Plautus in Saturione refert. Festus Pomp. De esu caninæ et catalinæ carnis Hippoc. lib. II. περὶ βλαήτης. Idem, lib. περὶ τῶν ἐνδὸς καθῆν, lienosis præscribit: *ἀφῆνους δ' ἐχέτω ἀπὸς κύνος μύστος.* Dalec.

*Hostiarum vice uterentur his*] Lupercalibus canes infesti lapis immolabantur: pro pecore et frogibus per Rubigalia, ut averteretur rubigo, lactens catalus, cuius exta thure et myrrha conspergebantur. Sacrificabatur et canis rufa juxta Catulariam portam placando Caniculæ sideri, quod sacrum Canarium dicebatur. Alex. ab Alex. III. 12. et Gynæcium Deæ, quam bonam Deam etiam vocabant, cum domi puer nasceretur. Idem ibidem. Immolabantur et rufus canes secundum Catulariam portam, ad placandum Caniculæ sidus fragibus inimicum. Festus in voce Catularia. Canarium hoc sacrificium dicebatur, quod περικυλακισμὸν Plutarchus vocat in Romulo. Fiebat et cane Gynæcium Deæ, quam Bonam Deam etiam vocabant, cum domi puer nasceretur referente Alex. ab Alex. III. 12. Legimus quoque apud Pausaniam in Laconia, ephebos Lacedæmonios Enyalio Marti canis catulum mactasse: Colophonios vero Enodiu Deæ sive Compitalitiæ, sed eum nigrum. Idem.

*Aditiibus quidam epulis]* Cam inaugurandi alicujus gratia, aut ob publicam lætitiã, convivium indicabant, epulam aut cœnam adjiciebant. Tacitus lib. XI. 'Rescuporis sanciendo, ut dicitabant, fœderi convivium adjicit, tractaque in multam noctem lætitiã per epulas ac vinolentiam,' &c. Inde 'adjicialis cœna,' ut X. 20.

*Dalec.* Vellem hoc Sealigero non venisset in mentem. Satis enim multos traxit etiam doctos viros. At sciunt tirones 'adjiciales cœnas' esse nugas meras. 'Aditiales' dicendum, ut P. Faber, Gruterus, Lipsius monere, ab aditu Sacerdotii, vel adœundo sacerdotio. Vetores etiam 'aditus, aditi,' ut 'senatus, senati' dicebant. Et interpres optimus Suetonius in Claud. cap. 9. qui 'aditalem' interpretatur, quæ daretur 'pro introitu sacerdotii.' Gronov. in Tacit. loc. cit.

*Græci vocant icidas]* Silvestres, nempe Viverras: vulgo *Furet.* Dal.

*Cetero venenum]* Ejus remedium vide XXVIII. 10. ult. et infra cap. 5. hujus libri. *Idem.*

*Ut auctor est Cicero]* In admirandis suis id Ciceronem scripsisse quidam putant, quorum mentio fit xxxi. 2. et 4. hujus operis. *Idem.*

*Mutatque sedem]* Plantas in Sticho: 'Certum est, mustelæ nunquam posthac credere. Nam incartioram nullam novi bestiam: Quin ipsa decies in die mutat locum.' *Idem.*

*Serpentes persequitur]* Adde et mures, unde fortassis nomen inditum. *Idem* eodem dramate: 'Auspicio hodie optimo exivi foras. Mustela murem mihi abtulit præter pedes: Eam strenue obsonavit, spectatum hoc mihi est.' *Idem.*

*Hæntaque ab animalibus restringere in potu datos]* *Datis*, non *datos*, in archetypo nostro, frequenti apud hunc auctorem loquendi modo, ut alias notavimus. *Pintian.*

*Restringere in potu datos]* Aut necare, aut ex eo loco deturbare oni ad-

hærent, abigere Dioc. & *γυν.* Dal.

*Vomica et quartanarum remedia]* Vetus codex, *Vomitionum*, non *vomica*. *Pintian.*

*A percussis ipsorum urina]* Imo potius a *moris*; mordet enim aspis, non lectu pereunt. *Daloc.*

*Serpentes ipsi fugiunt]* Sibilo ejus territi. XXVIII. 22. *Idem.*

*Ofactu necantem]* Halitu et afflatu, quo necat frutices, exurit herbas, rumpit saxa. VIII. 21. *Idem.*

*Picis modo et colore dilutum, &c.]* *Calore*, non *colore*, in vetusto exemplari; et paulo post, *expavescere*, non *pevescere*. *Pintian.*

*Dracon non habet venena]* Multis tamen locis hujus operis remedia scribuntur contra draconis morus. Dal.

*Quoniam hæc morborum veneficia sunt]* Quem sensum habeat, non video: etsi *veneficia* pro eo, quod erat *beneficia*, restituerit Hermolaus. Scribe cum Voss. *quæ congnisse non minus referet* (i. e. ut supra, proderit, stile erit. Vulgo *referit*; sed Voss. *referret*) *quam contraria serpentibus remedia demonstrasse, quoniam et hæc morum veneficia sunt.* Quatuor alii saltem *regeret.* Gronov.

*Item virus ichneumonum]* Voss. *item si uratur ecneumonum fugiant et uricis tritis in aceto perunctis.* Forte: *Draconum adipem venenata fugiunt: item, si uratur, ichneumonum: fugiunt et urticis tritis in aceto perunctos.* Semen urticæ contrarium cicutæ esse ex Nicandro scribit XXI. 13. *Idem.*

*Impositum]* Suo vulnere. *Dalec.*

*In vapore]* Vel ardentis ligni, vel fervidæ aquæ. *Idem.*

*Caput quidem dissecant Scythæ]* Caput quidam *dissecant scite*, in scripto codice. *Pintian.*

*Lapillum]* Qui in potu sumptus veneni vim frangit. *Dalec.*

*Quaternis digitis utrinque, &c.]* Dioscorides caudam et caput abscindi scribit, quia carne earent; at fabulosum esse, quod utrinque certa men-

sura debeant amputari extrema. *Id.*

*Livore spinæ adharrente]* Vena livida. *Idem.*

*Anetho discocto]* Albo jure, Galen. oleo, vino, sale, anetho, Dioscorid. *Idem.*

*Similagine]* Orobi farina, Galen. *Id.*

*Avium sermones intelligi]* Melampoda, Chalcantem, Mopsnm Italum, Tiresiam, Thaletem, Apollonium Tiansenm avium sermonem assecntos fuisse tradunt: Helenum suum Virgilius: 'qui sidera sentis, Et volucrum linguas, et præpetis omina pennæ.' *Idem.*

*Atqui anguis Esculapius, &c.]* Dracones in veneratione fuisse, divinoque cultu honoratos, vide apud Ælian. de Animal. xi. 17. et xvi. 2. Plutarcho de Isid. et Osir. draco Minervæ sacer est. Dracones sacros in Epidaurii Æsculapii templo educatos fuisse tradit Pausanias in Corinthiacis. *Idem.*

*Pascitur et in domibus]* Innoxius, familiaris, domesticus: quales in balneis medicatis Aquarum prope Cameriacum multi gignuntur. *Idem.*

*In orbe terrarum pulcherrimum anguium genus est]* In urbe legit antiquum exemplar, non in orbe. Et puto adjungenda hæc duo verba præcedentibus: duo autem quæ sequuntur, *terrarum pulcherrimum*, adjecta falso existimo. *Pintian.*

*Hydri vocantur]* Vocantur et cherydri, quod in terra pariter degant, et in aquis: Latinis, natrices, lingua, ut putant, gemina, ac, ut Aristides tradidit, voraces et gulosi, *λχρσσ.* Rhod. xxvi. 5. *Dalec.*

*Tamen talis ac tanta vis veneni]* Voss. *Tamen talis, ac tanti veneni, a quibusdam animalium ut subus manditur.* Pro subus quidam *cibus*, quemadmodum et quatuor nostri. Et non proprie suum, sed aliorum quoque non nominatorum animalium id eum fecisse alimentum, suadere videntur verba mox sequentia: *Venenum ejus restingui pri-*

*mum omnium ab his, quæ vescuntur illa, ex his verosimile est, quæ prodantur, cantharidum potu aut lacerta in cibo sumpta.* Sic enim legendum. *Restingui Vossiani est et Chiffetiani, ut et verosimile: ex his Vossiani: distinctionem ex sententia mutavimus.* Respicit autem hunc locum, quum scribit eodem capite infra: '*Salamandris cantharides diximus resistere.*' Lib. xi. tamen c. 58. '*Quin et subus serpentes in pabulo sunt.*' Quamvis hic quoque varient codices et nonnulli: '*Quin et his.*' Sed utrobique *subus* confirmat Aristoteles Hist. Animal. ix. 1. '*Opus δὲ γαλῆ καὶ ἐκ πολεμῶν τῆ μὲν γαλῆ, κατ' οἰκίαν ἔραν ἄρα ἀμφοτέρω ἀπὸ γὰρ τῶν ἀβρῶν ζῶσιν ἢ δὲ ἐς ἄσθλα τοῖς ἔσπαι.*' Pintiani codex posteriori loco: *ab his quæ vescuntur illa verosimile. Ex his vero similia sunt, quæ prodantur de cantharidum potu. Idem restingui. Gronov.*

*Si forent vera]* Dioscorides scribit, frustra creditum esse salamandram ignibus non uri. *Dalec.* Vide quæ notata sunt de Salamandra supra x. 67. et Jacobi Palmerii Exere. asper editas p. 613.

*Domantur]* Quoniam foras extrahuntur, ac velat exugantur. *Dalec.*

*Et torpentibus membris]* Stupori, tremori, quoniam pituitam educit. *Id.*

*Si auro liquescenti, &c.]* Inde excogitata ratio medicis est parandi juscula *ἀναληπτικὰ*, cum carne gallinæ, et anri foliis. *Idem.*

*Plumbagine herba]* Sic vocant dipsacum minorem silvestrem, echino parvo et rotundo. *Idem.*

*Quis autem quæso, &c.]* Præter rem id exclamat Plinius; facile enim ex eorum nido ovum haberi potest. *Id.*

*Et pedibus suspensum sursum in superliminari]* Chiffet. *suspensum in super limine.* Voss. *suspensum super limine.* Neutri *sursum.* Scribe, *suspensum supero limine.* Plautus Bacchid. iv. 9. '*Nunc superum limen scinditur; nunc adest exitium Ilio.*'

Nectèr XXXVI. 5. 'stella marina vulpis sanguine indita et adfixa limini superiori.' *Greco.*

Cum cardus] Cardui folio trito, vel semine. *Dalec.*

Phalangium est, &c.] In agris Apulie frequens, et reliquis anni partibus, vel nullo morsu infestum, vel innoxium, fervida aestate perniciosissimum, statim obsurdescentibus et obtusoscentibus, quos momorderit, deinde caecitibus, et quasi atomitis ac syderatis. Remedium nunc cognitum est, sonitu musicorum instrumentorum, ac praecipue tympanorum, assiduisque cantionibus sopitos excitare. 'Tarantolam' vocant Apuli, et ab eo commorosos 'tarantatos.' Alex. ab Alexand. II. 16. *Idem.*

Et ad hoc servantur cum mortui inveniantur. Et cortices eorum contriti et poti medentur] In vetusto exemplari, Et ad hoc servantur mortui. Inveniantur et cortices eorum, qui triti et poti medentur. *Pintian.*

Myrmecion formica, &c.] Haec bis repetere videtur ex duobus diversis auctoribus, vel oblitus haec antea se scripsisse. Tu de Phalangiorum morbo vide *Aelian.* de Animal. XVII. 11. *Dalec.*

Coloten vocant] Asyracum vocari ab Aegyptiis *Galenus* tradit *Simpl.* lib. I. c. de dracone marino. *Idem.*

Solpugas Cicero appellat] Frequentes in Sardiniae metallis. *Idem.*

Sed in iis magna questio] An iis sit utendum, necne, et an integris, an ademptis alis, capite, pedibus. *Id.*

Ipsarum cantharidum venenum, &c.] *Hippocrates* lib. IV. τῆς διὰ τῆς ἰσθμῆς, pedes et caput detrahit: cujus iudicium Aëtius sequitur. *Galenus* *Simpl.* lib. XI. recitata historia medici ejusdem audacioris, qui infeliciter dederat nunc corpora tantum, nunc alas, capita, pedes tantum, absque corporibus, integras se dare profiteatur, tanquam in capite, pedibus, alis

*Delph. et Var. Clas.*

vis quaedam sita sit, earum venenum obtundens. Rationem totam eam positam esse puto, primum in modo, ut grana tria solum vel quatuor impendantur: deinde in mixtura, ut adiciatur et quod urinam provocet, et quod earum venenum mitiget: ac postremo in statu corporis egrorum, ne dentur deploratis, quibus ob scirrhus viscerum morbus insanabilis est. Refert et non parum in iis deligendis cura, quod tutiores et meliores sint aliis collectae in tritico, veralecolae, virgatæ. *Idem.*

Non pisato] 'Ακόνιτον vocat *Dioscorides* τὸ μὴ κεκοιμημένον ἢ βαλῶν, inquit, εἰς ἀκόνιτον ἔγγιστον, κ. τ. λ. Alias ἄπισσον vocat, de thalassomelle tractans, v. 16. quod contrarium est τῷ πεπισσομένῳ. *Idem.*

Hippocrates et hydropicis dabit] Lib. IV. rationis victus in morbis acutis. *Idem.*

Cantharides objecta sunt, &c.] *Seneca* *Contr.* VI. 4. 'Venenum Cato vendidit: Quærite an proscripso licuerit emere, quod licuit Catoni vendere.' *Idem.*

CAP. V. De sevo struthioamelino et cane rubido, et lacerta, et anseribus, et columbis, et mustelis remedia.

Tunc venisse sestertius] In singulas libras. *Idem.*

Est vermiculus in lingua canum, qui vocatur a Græcis lytra] *Lege lytta.* *Reinea.*

Anno tantum eo prodest] Annua vis medicamenti, ut et vermicalorum phalangii lanuginosi c. 4. hujus libri. *Dalec.*

In proverbium discordia venisse] Vetus proverbium est, κῶλον εἰς τὸν λίθον ἀγαρακτοῖσιν, canis in lapidem ævicens: in eos qui mali causam auctori non imputant, ut si quis iracundiæ vitium juventæ, non stultitiæ tribuat. *Plato* lib. V. de *Repub.* eos qui cæcos spoliant, facere ut canes ait, in lapidem ævientes, omisso eo qui jecit. *Pæcivitis* in armorum iudicio: 'Ca-

*Plinius.*

16 K

nis cum percussus est lapide, non tam illum qui se icit, quam eum ipsum lapidem quo icta est, petit.' Erasmus. In opinione vulgi fuit, quibus in medibus esset lapis a cane morsus, discordia et intestinis dissonionibus omnia perturbari. Itaque si quando viderent una habitantes discordes, rixisque et jurgiis inter se discrepantes et tumultuantes, lapidem a cane morsum in ea domo familiaque esse dicebant. Dalec.

*Ex mustela*] Ex illius felle, quod efficax est contra aspidem, cætero venenum. supra cap. 4. hujus libri. *Idem.*

*Vena fungorum boletorumque astringit*] In scripto codice, *contra venena fungorum boletorumque*; nam verbum *astringit* superfluit. *Pintian.*

*Mustela catulus*] In fictili novo crematus, ut dictum est initio hujus capituli. Dalec.

*Anatum Ponticarum*] Quæ multis medicatis herbis pascuntur. *Idem.*

*Caulis jus ex carne arietum*] Verbum *caulis* desideratur in vetusto exemplari. *Pintian.*

*Præterquam his qui buprestin aut aconitum biberint*] Scribo, *Præterquam his qui buprestin aut aconitum biberint*, tum ex antiquo codice, tum etiam ex Dioscoride qui lib. vi. prodesse iac adversus utrumque venenum tradit. *Idem.*

CAP. VI. *Ad alopecias tollendas, et ad pilos reddendos, et ad lendes tollendos, et ad palpebras, et ad glaucomata, et ad oculos, et ad parotidas remedia.*

*Muscerda appellat*] Snum, boum, murium stercus, sucerda, bucerda, muscerda, atque adeo hominis, homerda prisca dictum est, ἀπὸ τοῦ ἀμάρτυρον, τοῦ ἄσπιτον, dicta hæc volunt, quod stercus præ fæditate amoveatur a conspectu. In veteri Glossario rotunda stercora struncti et σκῆλατοι vocantur. Dalec.

*Quem Myiodem vocant*] Levissimis de causis talia cognomina Diis tri-

buta, ut Herculi Conopionos et Ipsætoni: Apollini, Erythibii, Sminthæi, Pornopionos. Vide Rhodig. vi. 7. Myagnus autem hic Deus dicitur x. 28. Morem ejus sacrificii ab Hercule profectum narrant, qui cum in Olympia rem sacram Diis faceret, muscarum infesta multitudo, Jovi ἀρομύλη sacris factis, ultra Alpheum illas abegit. Ex hac historia μύσσην sive ἀρομύλην θεῶν Jovem fuisse intelligimus. Apud Pausaniam lib. viii. nuodinis, quæ ad Alipheram Arcadiæ celebrantur, heroi Myiagro res divina fit hostiis, ut ejus implorato numine inter immolandum a muscarum protervia tuti sint. Herculis quidem sacellum, quod in foro Boario fuit, muscæ non ingrediebantur. Invocabant et Cyrenenses Achorem, vel, ut Nazianzenus ait, Acaron muscarum Deum, protinus abeunte æo tædio. Nam in Actio templo Apollinis cum panegyris sacra et salutationes in honorem Dei fiunt, muscis bos immolatur, cujus cruore δεικασθῆσαι, placatæ et saturæ, evanescent et aufugiunt. Rhod. xxiii. 30. Alex. ab Alex. i. 13. Lepide Plautus in Mercatore muscam curiosum exploratorem vocat: 'Nequicquam abscondidi, abscondidi, abstrusam habebam; Musca est meus pater: nihil potest clam illum haberi.' *Idem.*

*Synapi*] Quo ad roborem usque fricetur cutis capitis. *Idem.*

*In histricæ*] Est enim histrix Africanus herinaceus. *Idem.*

*Capitis doloribus, &c.*] Serenus de medendo capiti: 'Profuit et cochleis frontem tractare reiectis: vel ut alii legunt, 'tractare minutis.' *Idem.*

*Peractæ*] Perfecta et justa sua magnitudines absolunt. *Idem.*

*Per aurem cum ebore trajectum*] Legendum forte, *Per aurem ut ellobion trajectum*, vel si mavis, *per aurium lobon trajectum*; nam in antiquo codice *aurum*, non *aurem*, legitur. Signifi-

cat autem *ellobion* in aures, et lobos extremam partem aurium. *Pintian.*

*Vulneribus tonstrinarum*] Quas in tonsorum officinis recentia tractantur, vel tundendo radendoque fiunt. *Dalec.*

*Ægyptum cum myrrha calidum penicillo illitum*] Rectius in nostro apographo, *specillo illitum*. *Pintian.*

*Ægyptum cum myrrha calidum penicillo illitum*] *Voss. specillo inlitum.* Panno post: 'specillo demisso in dextram partem si dexter oculus cureretur.' VII. 63. 'C. Julius medicus, dum inungit, specillum per oculum trahens.' XXXII. 7. 'Hujus corporis humorem specillis derasum claritatem oculis inunctis narrant afferre.' Ubi restituit Sigism. Gelenius. Ut et hoc loco *Pintianus. Gronov.*

*Duabus sextis denarii e stibi*] Scrupulo uno, si pro drachma denarium pendimus. *Dalec.*

*Apollonius Pitaneus*] Est autem Pitane *Æolidis* oppidum in Asia; nam ut *Tyanæi* testimonio *Plinius* utatur, temporum ratio vix patitur. Ad hoc non memorantur ulla *Apollonii Tyanæi* in hoc genere scripta. *Gelen.*

*Item albugines oculorum*] Postrema dictio desideratur in scripto codice: recte; præcessit enim paulo ante. *Pintian.*

*Cum Attico melle cinis et adeps soricis combusti*] *Voss. soricis cum stibi tritus lacrimosis oculis plurimum confert.* Itaque sequitur statim: *Stibis quid sit, dicemus in metallis.* Sic enim legendum: non, *stibi, quod quid sit*; non, *et stibi, quod quid sit*: *Voss. stibis quid est.* *Pintiani* quoque, *quid est.* *Supra,* 'additis duabus sextis denarii e stibi.' *Infra,* 'pro stibi ad scabrias.' Sic *Ms.* non 'stibio.' XXXIII. 6. 'alii stibi, alii alabastrum.' Sic iterum *Ms.* non 'stibium.' *Acad. cinis helesmi lacrimosis.* *Gad. cinis alipesii tritus lacr.* *Andeg. cinis alipesii tritus.* *Men. cinis allipesii tri-*

*tus. Gronov.*

*Sic et solatis prosunt*] Quibus ex insolatu *ephelides* faciem et os maculant. *Dalec.*

*Sed et solatis prosunt*] *Acad. sed et solatis i. correptis prosunt.* *Vossiani* tres et *Gud. sed et solatis, id est, sola correptis, prosunt.* Et censeo prorens *Plinii* esse, non interpretis, ut putare possis. *Gronov.*

*Manna una*] *Mica,* id est, grano. *χρόνον λιβάνου* *Archigines* dicit apud *Galenum* κατὰ τέκνον, lib. III. *Dalec.*

*Et stomachi totiusque, &c.*] Quid si legas: *et stomachi totiusque corporis temperiem, ac seras atates, &c.* ut sit quod *Dioscorides* ait, *μακρογρηπος γίνεσθαι τοὺς ἐσθίοντας, qui vescuntur, longam senectutem agere.* *Idem.*

*Humor*] Earum venenum in folliculis reconditum ad dentium radicem. *Idem.*

*Pane colligunt*] *Tritas* et *orobi farina* exceptas colligunt, ac pastillos formant. *Galenus de Theriaca. Id.*

*De felle non audacter anserin*] *Chiff.* et *Voss. audaciter,* quod et *Livio Senecæ*que e *Mss.* restituimus. *Gud.* et *Menap. non daticiter.* *Andegav. non daciter.* *Gronov.*

*Pediculos e toto, &c.*] *Dioscorides* scribit quosdam putare viperarum esu pediculos procreari: id autem esse falsum. *Dalec.*

*Utilissima oculos inungunt. Itemque adeps anserinus*] *Utilissime oculos inungit item adeps anserinus,* in vetusto codice. *Pintian.*

*Item in gallinacei felle alligato ad argema*] Verbum *alligato* superfluit ex eodem; et paulo post *illini,* non *illinendum.* *Idem.*

*Per se vero ad claritatem, dorcados* (*Hippocratis ut putant*) auctoritate adjicitur quod, &c.] *Brevius* in eodem: *per se vero ad claritatem. Hippocratis putant auctoritate adjici quod, &c.* et paulo post mutato ordine: *columbarum, palumbium, turturum.* *Idem.*

Quoniam suo calore utiliter est] Imo quoniam in aliis partibus venæ non sic detectæ et nudæ sunt. Dalec.

Accipitrum generis] Nempæ tinnunculum, de quo vide x. 87. Idem.

Ac lapillos qui vocantur cinædia] In cinædi piscis cerebro inventos. xxxvii. 10. Idem.

Et una in vitreo vase annulos includunt] Vossianus manu prima anellos. Gronov.

Ad scabritias] Genarum, τὰ τῶν βλεφάρων τραχώματα. Dalec.

Erutis] Imo potius confossis. Id.

Imposita per frontem ad duo tempora, ita ut a puero, &c.] Tria amplius verba habet nostrum apographon: Imposita per frontem ad duo tempora, in splenio aliquo, ita ut a puero, &c. Pintian.

Sed is etiam, cui crassissimum textum est] In Vossiano abest a fronte τὸ sed; neque ulla ejus est necessitas. Alii quatuor, Sed jam cujus. Gronov.

Scarabæi viridis natura] Is est aut huprestis aut scarabæus longipes. Dalec.

Ursos ægros hoc cibo sanari] Supra vii. 27. Elianus de Animal. vi. 3. Idem.

Strigili] Instrumenti loco strigil fnerit, quod ὠτερχότην Græci vocant. Idem.

Oniscum Græci vocant] Confundit oniscorum historiam cum descriptione millepedæ, ὄνισκος, πολύπους τι ζωῆφιον Suidæ et Gal. κατὰ τόπους, lib. iii. quibusdam κουβάρης et τόλος, a callosa et compactili cute, Latinis multipeda, curio, porcellio. At millepeda, sive centipeda, μυρίπους interpreti Nicandri in Theriacis, Ἰούλος Suidæ, Columellæ eruca hirsuta est, quæ olera et vites rodit. Millepeda etiam scolopendra dicitur. Vide quod annotatum est supra xxiii. 1. et xxii. 25. et xx. 2. Idem.

Sanat aurium dolores] Aurium doloribus cum rosaceo triti et cocti mendentur porcelliones, se in pilæ rotunditatem convolventes, et conglom-

bantes, quos multipedas etiam vocant; non autem millepedæ, quod auctor quispiam fide dignus tradiderit. Idem.

Sepa Græci vocant] A sepe scolopendra diversissima est. Fallitur Plinius. Idem.

Hanc tritam una cum rosaceo, &c.] Ad erosos dentes cum rosaceo calfactam auribus instillari, et dentium cavernæ indi, præcipit Archigenes κατὰ τόπους. Idem.

Molles] Molles, insecta sunt oblonga et teretia, colore subrubra. Reperiuntur in saccis, et arcis fari-nariis. Avidissime lusciniæ his vescuntur, illarumque esu a morbis familiaribus liberantur. στροφάλγους quidam eas vocant, quod farina nutriantur. Dioscor. ii. 38. ἐν ἀροκοκείῳ εὐρισκομένη appellat. μυλικοί, sive μύλοικοι, quæ et μυλακρίδες, sive μυλακρίδαι, et μυλαβρίδες, et Hesychio μυλακρίαι, scarabæis sive cicadis similes, in moletrinis et piatrinis gignuntur, colore quidem nigro, sed ob farinam conspersam albicantes. Fætida Græcis, βδέουσαι, quasi βδελυκταί, vel βδελυγτόμεναι, abominandæ, in aggeribus terrenis et apricis inveniuntur, climcum modo putidæ. Idem.

Has capite detracto attritas, lepias sanasse, Musa et Picton in exemplis reliquerunt] In archetypo nostro: His capite detracto attritas lepras sanasse Muscum pyceten in exemplis reliquerunt. Forte legendum attritis lepra. Etai magis fere placet impressa lectio. Pintian.

Musa et Picton in exemplis reliquerunt] Acad. muscam pictam. Voss. duo et Gud. muscam pyceten. Pintiani codex, muscum pecten. Optimus: Musa cum pecten in exemplis reliquerunt; nam in auctoribus, quos hoc libro se sequuntur tradit in primo, 'Apollonius Pitaneus;' et appellatur idem supra hoc ipso capite: 'Musa cum Pitaneō reliquerunt;'



ut apud Livium 'ipse dux cum aliquot principibus capiuntur,' xxi. 60. *Gronov.*

*Detractis pedibus et pennis]* Sic An-

dromachus lib. III. κατὰ τόπους Galeni, et Archigenes lib. v. laudant σίλφας ἕνεκ πτερόν. *Dalec.*

## LIBER XXX.

CAP. I. *De origine Magica artis, quando, et a quibus coeperit, et a quibus celebrata fuerit, et reliqua ex animalibus medicina.*

*In paucis tamen digna res est, de qua plura dicantur]* Tria prima verba superioribus assuenda sunt: reliqua sic lege, *Digna res de qua mira dicantur.* Pintian.

*A Zoroastre]* Eum primum Bactrianis imperasse credunt, temporibus Nemroth. Quidam Zoroastrem Abrahamum fuisse contendunt. *Dalec.*

*Sex millibus annorum, &c.]* In annorum supputatione Plinius fallitur. Platarcho de Iside et Osir. is bello Trojano antiquior fuit annis sexcentam. *Idem.*

*Protea]* Oceani et Thetidis filium, vaticinandi peritissimum, phocarum et piscium marinorum pastorem. Fuisse regem Egypti narrat Herodotus, Menelaoque uxorem, Paridi ad se vi tempestatum appulso et diversato ereptam, cum universis opibus restituisse. Homerus *Odys.* refert eum subinde alias atque alias formas assumpsisse prout libuisset. Hujus mutabilitatis causam Diodorus refert ad Egyptiorum principum consuetudinem, qui ornatus et majestatis gratia, tauro, leonis, draconis capite, arboribus, igne, et aliis hoc genus insignibus ornarentur. *Idem.*

*Sirenum centus]* Parthenopes, Ligyæ, Leucosix, filiarum Calliopes et

Acheloi, de quibus Homer. *Odys.* M. *Idem.*

*Telmessus]* Ad fines Lyciæ positam v. 27. celebrem sacerdotum collegio. *Idem.*

*Aliena gentis]* Magos enim Persæ suos sapientes vocant. *Idem.*

*Quarum cognomen diu obtinuit in nostro orbe aliena gentis]* Voss. et Chifflet. *aliena gente.* Pintiani, *aliena genti.* Scribe, in *nostro orbe alienigena.* Sic Valerius Maximus VII. 3. 'Alienigenæ religionis insignibus.' Florus II. 18. 'Indigenam ex frumento potionem.' Gellius II. 34. 'Neque vino alienigena, sed patrio usurus.' *Gron.*

*Literarum subtilitati sine æmulo genitus]* *Soccorum salibus,* vel aliquid simile, substituendam videtur in locum illorum verborum, *literarum subtilitati.* Pint. Alii leg. *subtilitatibus,* alii *futilitati.*

*Literarum subtilitati sine æmulo genitus]* Dignissimum præconium ipsarum Athenarum, quæ docuerunt omnia, doctore: quod cum Pintianus *soccorum salibus* vel aliquo simili mutandum censet, suam et literarum subtilitatem ejurat. Si qui fuerunt autem, qui *futilitati* Plinium scripsisse vel per somnium cogitarunt, ipsi futiles insanum in modum æstimari volere. *Gronov.*

*Faminarum detrahentium Lunam]* Apparatus veneficarum Thessalarum describitur apud Apul. et, ut ille ait,

feralis officina, Asini lib. III. 'Omne genus aromata, ignorabiliter iaminæ literatæ: infelicium navium durantes clavi: defletorum et sepulcorum cadaverum exposita multa ad modicum membra, hic nares et digiti, illic carnosissimi clavi pendentium, sive suspendio necatorum: alibi trucidatorum servatus cruor, et extorta dentibus ferarum trunca calvaria. His videlicet comparatis, ac decantatis fibris (pecudum) spirantibus, vario latice litabant nunc rore fontano, nunc lacte vacciuo, nunc melle montano, multo etiam libantes,' &c. Dalec.

*E propinquo*] Proximis seculis. *Id.*

*E propinquo primum intulisse ad vicinas usque superstitiones ac medicina]* Voss. *e propinquorum primum pertulisse ad vicina usque superst. ac medicina protractum*; ut et Chiffletianus fere. Forsan: *e propinquo eam primum protulisse ad vicinam usque superstitionem a medicina protractum.* Gronov.

*Si non expers sedes ejus tota Thrace magices fuisset*] In vetusto codice, *Si non ex Perside se vis tota in Thracen magices tulisset*: rectius; nam ex Perside ortam magicem ipse circa finem capituli asserit: 'Tantis cærimoniiis ut dedisse Persis videri possit.' Pint.

*Commentatus de ea Osthanes*] Cyprianus de Idolis: 'Et magis inde est (a dæmonibus) ad perniciosam vel ludicram potentiam, quorum tamen præcipuus Osthanes formam Dei veri negat conspicui posse,' &c. Dalec.

*Primum exstat, ut e quidem invenio commentatus de ea*] Voss. *primum quod exstat ut e quidem invenio commentatus est de ea Osthanes Xerxen regem invenio ex Persarum bello.* Forte: *Primum, quod exstat, ut e quidem invenio, commentatus est de ea Osthanes, Xerxen regem, ingenio rex Persarum, bello, quod in Græciæ intulit, comitatus: ac velut semina artis portentosa sparsit, obiter infecto, quacumque commacerat, mundo.* Osthane[m] vocat ingenio regem Persarum velut sapientissimum inter Per-

sas. Juvat hactenus Pintianus, quod affert e libro suo: *Primum quod exstat ut eq. inv. commentatus est.* Gronov.

*Dardanum e Phœnicis illustravit*] Colum. lib. x. 'Dardaniæ veniant artes,' id est, magicæ, ab hoc Dardano, cuius commentariis perfectis doctissimus evasit Democritus. Apuleius, vel ipse Dardanus, vel quicumque alius post Zoroastrem. Euseb. *ἑπορωπικῶν*. lib. II. *ἄρα δ' Ἀδάρατος δ' μύθους θεῶν καταβιβάσας τὰ μυστήρια.* Brod. IV. 10. *Idem.*

*Voluminibus Dardani in sepulchrum ejus petitis*] Scribend. reor, *Voluminibus Dardani in Cyprum petitis*, ut pronomen ejus superfluum; alioquin non erit quo referre possimus, quod non multo infra sequitur, *tante recentior est Cypria.* Pintian.

*A Mose, et Jamne, et Jotape, &c.]* Is Jamnes et in thaumaturgia antagonista Mosi fuit coram Pharaone, quod in Paulinis epistolis legitur, magus insignis: quo factum opinor, ut Plinius Mose[m] quoque similiter magum fuisse putaverit. Gelen.

*Tanto recentior est Cypria*] Hanc quidam intelligunt Christianismum, expositum Cypris a Divo Barnaba. Quidam Paphiæ Veneris sacerdotes. Dalec.

*Homo immolaretur*] Vide quæ adnotata sunt in xxxvi. 5. *Idem.*

*Palamque in tempus illud sacra prodigiosa celebrata*] Hoc a Gelenio est. Academicus, *palamque in tempus silit sacra.* Gud. et duo Vossiani, *palamque in tempus sili ut sacra.* Sed Chifflet. et Voss. princeps, *palamque fit in tempus sili ut sacro prodigiosa celebratio.* Hinc in olim vulgatis etiam illud silit. Sed legendum: *palamque fit in tempus id licita sacri prodigiosi celebratio.* Neque fert aliud, quod sequitur: 'Gallias utique possedit:' nempe vel sacrum prodigiosum vel celebratio sacri prodigiosi. Gronov.

*Britannia hodieque eam attonite celebrat*] Aptius in nostro exemplari, *attonita celebrat.* Pintian.

CAP. II. *De speciebus Magia, Nervinusque et Magorum detestatio.*

*Aliaque non patiente mundo. Immensum et indubitatum exemplum est falsa artis, &c.]* Verbum *immensum* cum minore litera scriptum præcedentibus annectendum videtur; reliqua sic, ut reor, commodius legentur: *Alioqui non capiente mundo immensum. Indubitatum exemplum est, &c.* nam conjunctio et non est in Codice antiquo. *Pintian.*

*Lentiginem habentibus non obsequi numina, ut cerni non possint, forte hoc in illo, &c.]* Scribe: *Lentiginem habentibus non obsequi numina aut cerni. Num obstitit forte hoc in illo?* ex nostro apographo. *Idem.*

*Forte hoc in illo]* Suetonius in Nerone cap. 51. *Dalec.*

*Non obsequi numina, ut cerni non possint. Forte hoc in illo]* Quanto expeditius Vossianus: *veluti lentiginem habentibus non obsequi numina aut cerni. Obstat forte hoc in illo.* Duo alii et Gnd. confirmant haec, ut præferant, aut cerni. Juvat in parte Pintiani codex; sed nimium est illud: *Num obstitit hoc forte in illo?* Gronov.

*Nam hominem immolare gratissimum]* Melius, *Jam hominem immolare gratissimum.* *Pintian.*

*Nam hominem immolare etiam gratissimum]* Voss. ut Chiffet. *homines.* Particula *nam* offendit non alios modo, sed etiam Pintianum. Injris, est enim ejus usus, qualem notavimus ad Livium XXI. 8. Neque aliter ipse Plinius hoc libro cap. 11. 'Nam muris cerebrum dare potui ex aqua, aut cinerem mustelæ, vel etiam inveteratas orinaei carnes, quis possit furenti, etiamsi sit forte medicina?' *Gronov.*

*Quæ patria quibusque, &c.]* Apud Gellium III. 11. Varro: 'Ἐπὶ πόλει διαρξουσιν περὶ βίαν Ὀμήρου, Σμόνα, Ῥότος, Καλοφόν, Χαλαμὼν, Κίος, Ἄργος, Ἄθῆνα.' Capella Homeri candida hoc tumulum indicat: Quod ara Ietæ

mortuo faciunt sacra.' Versus hos longa oratione Magius exponit III.

1. Constat in Io insula extremum diem obiisse, ut tradit Halicarnasus. *δοθενία καὶ μαλακία, languore et imbecillitate virium:* ut alii, mœrore, quod a piscatoribus ænigma hoc propositum solvere non potuisset: 'Ὅσα ἔλομεν λιτόμεθα, ἂδ' οὐχ ἔλομεν φερόμεθα. Ejus sepulchro Ietæ versus hos insculpserunt: 'Ἐσθὰς τὴν ἱερὰν κεφαλὴν κατὰ γαῖα καλύπτει, Ἄδρῶν ἠρώων κοσμήτορα θεῖον Ὀμηρον. Cumania et Ionibus τυφλοῦς δὴρῶς dici, Plutarchus auctor est. *Magius.*

CAP. III. *De Talpia, et reliqua medicina per morbos digesta in animalibus, quorum genera placida sunt, aut fera.*

*Infusisque auricula cujus e parte doleant]* Omnes quinque, *cujus a parte.* Ut Plauto: 'A morbo valni, ab animo æger fui.' Contra XXII. 22. 'Infunditur a contraria aure in dolore dentium.' *Gronov.*

*In aceto scillite decocti]* *Scyllitico* in nostro exemplari, non *scillite:* recte; nam vino, quod Græce masculini est sexus, convenit hæc terminatio in *es.* Acetum vero cum sit et Latine et Græce neutrius, non scilliten dixerim, sed *scylliticum.* *Pintian.*

CAP. IV. *Quomodo commendetur os, et contra maculas faciei, et ad faucium vitia.*

*Ferventia]* Acris et fervidi humoris defluxus. Ferventia oris ulcera *ἄφθας* vocant. *Dalec.*

*Asperrium habetur]* Amarore ingratum, quoniam e buxi flore apes colligunt. *Idem.*

*Mixta]* Vide cap. 6. et 14. hujus libri. *Idem.*

*Herculaneas appellatas]* Aliis majores, grandiores, striores. *Idem.*

*Buprestis]* Buprestis et silvestris oleris genus est, de quo supra XXII. 22. *Idem.*

*Si quis nares murinas]* Emenda, *Murinas.* Vide Reines. Var. Lect. III.

15. p. 586. et 586.

*Cochleæ: coqui debent in lacte*] Cor-rigo *cochleæ: coqui debent in lacte*, ex apographo nostro: sic infra cap. 6. 'Est qui cochleis illotis pretopum infundat.' *Pintianus*.

*Terreno conterij*] Quod in illarum extrema parte cænosum conspicitur ac veluti lutosum. *Idem*.

*Et in iis smegma eorum*] Tria prima verba desiderantur in vetusto codice. *Idem*.

*Figura nidorum eas deprehendit*] Nam aliæ, quas apodas vocant, in parietum fissuris ova ponunt, nec nidos extruunt. *Dalec*.

*Sarculus vitis adalligatus*] Vossiani ambo, *viticiæ*: cap. 6. 'pulmo vulturinus vitiginis lignis combustus.' *Gronov*.

CAP. V. *Ad strumas exulceratas, ad humerorum et præcordiorum dolores.*

*Non tamen sectis admoventur*] Si ulcus manufactum fuerit tentante chirurgo illas excindere. *Dalec*.

*Tauri vocantur scarabæi terrestres*] *Κάραβοι*, vel *σκάραβοι*: Arist. Hist. v. 19. vulgo *Cerfs volants*. *Idem*.

*Similes*] Colore, non magnitudine, aut figura corporis. *Idem*.

*Nomen cornicula dedere*] Vide post-hac cap. 11. proximum. *Idem*.

*Atiqui vero circumligant eas lino*] *Paulus* III. 26. ex auctoritate Galeni vult linum infectam esse purpura, idque valere ait ad *παρίσθημα, καὶ ὄρα πρὸς πρήχληρον*. *Idem*.

*Ne sint malæ hirsutæ*] *Alæ*, ut puto; sic enim tres Vossiani *Gadianusque*, et ibi stabulatur sacer hircus. *Academicus* et *Pintiani*, *halæ*. xxxi. 10. 'Alarum virus ex aqua quotidiano fotu.' *Gronov*.

*E testiculis agnorum qui castrantur*] *Voss. cum castantur*. *Idem*.

*Præcordia vocamus*] *Τῶν σπλάγχων* significationem *Plinius* potius, quam *τῶν ὀσχοῦδρων*, reddidit. *Dalec*.

*Quos Melitæos vocamus*] A *Melita* Illyrici maris insula, quam vulgo *Me-*

*leta* nuncupant. *Idem*.

CAP. VI. *De pulmonum vitibus, jecoris et sanguinis reiectionibus.*

*Laudatissima autem sunt Africana, ex his Solitana: Astypalaica, et Sicula*] Quosdam exin *Olitana*, aut etiam *Solitana* legere, notat *Hermolana*. Ex *Chifflet*. quoque et *Vet.* notant: exin *Solitana, Astyp. et Sicula*. *Voss. exis-siolitana astypalaica et ne Sicula*. *Scribe: ex his Iolitana: Astypalaica, Ætnæa Sicula medica*. Ut non tantum *Africanas* dicit, sed etiam *Iolitanas* in *Africa*, sic non modo *Siculas*, sed etiam *Ætnas*. Nota *Ἰάλλ Κασόρα*. *Mela* I. 6. 'Iol ad mare, aliquando ignobilis; nunc quia *Jubæ* regia fuit, et quod *Cæsarea* vocatur, illustris.' Sic igitur et legendum IX. 56. 'Africanæ quibus fecunditas; Iolitanae, quibus nobilitas.' Ut et apud *Varronem de Re Rust.* III. 14. 'Ex Africa, quæ vocantur Iolitanae.' Ubi 'solitanae' reddiderunt. *Gud.* 'ex his olitanae' manu prima; ut et *Voss.* duo alii. *Gronov*.

*Silvestres*] In cochleario minime clausas, aut pastas. *Altilæ esse*, et saginari, vide apud *Varronem* II. 14. *Dalec*.

*Nec non silvestres stomacho inutilis, alvum solvunt*] Observant in *V. deesse* vè nec non; in *Chifflet*. autem esse utiles, quod affirmant omnes nostri. Optime præcipuus: nec silvestres stomacho utiles, alvum solvunt. Nam vè nec dissolvendum in et non; quasi esset: et silvestres, non utiles stomacho, alvum solvunt. *Gronov*.

*Efficacissima tamen in dolore stomachi. Laudatioris traduntur*] *Voss. efficacissima si in dolore stomachi plaudatis traduntur*. Forte: tamen in dolore stomachi fluentis traduntur. Passim memini 'fuctionum stomachi.' *Idem*.

*Quæcumque visæ cum aceto devorata*] Non visæ in antiquo codice, sed ritæ; scribendum puto trita; nam et tritas aliquot in medicina usus habere tradit *Dioscor.* lib. II. *Pintian*.

*Acerata vocantur*] *Aceratae* cochleae, aceris modo virgatæ et discurrentibus lineis maculosæ; vel tam exiguis et brevibus corniculis, ut fere nulla videri possint: *ἄκρη τῶν κοράρων*. Quidam legunt *cerata*, nempe cerei coloris. 'Cochleas rubras' vulgus appellat. *Dalec.*

*Vicerra porcelli modo inassata*] *Vicerrula*, forma diminutiva, in apographo nostro. *Pintian.*

*Omnes enim vas earum nigrescit contacta*] Pronomen earum non agnoscit vetus codex. *Idem.*

*Quidam torrent ex his sextarium*] *Dale* duo illa verba *ex his*, *ex eodem*. *Idem.*

*Est animal locustæ simile sine pennis*] Omnes quinque, *Esse*; deinde *Vossiani* duo, *vocetur*; et non habeat aliqui *arbitrantur*; ut et *Gudianus* ac *Men. Acad.* non habeat aliqui vero *arbitrantur*; denique *Voss.* ut et *Pintian* et *Chiffet.* nec pauci auctores hoc esse quod grylli *vocentur*; *Acad. Gud. Voss.* alii duo: nec pauciores hoc esse quod grylli *vocentur*. *Lego: Esse animal locustæ simile sine pennis, quod troxallæ Græcæ vocetur, Latinum nomen non habent, aliqui arbitrantur; nec pauci auctores, hoc esse, qui grylli vocentur. Gronov.*

*Ut aliqui arbitrantur: nec pauciores hoc esse*] In eodem: aliqui *arbitrantur*, nec pauci auctores hoc esse, &c. *Pintian.*

*Protropus infundat*] *Primariam*, quod in lacam sponte fluit, minime tortivum. *Dales.*

*Quidam recentem superallegant. Alii duorum dierum*] *Voss. superintigant* alii *dantum dierum*, ut et *Chiffet. Duum* et *Pintianus*. Sed et *Andag.* qui etiam *superilligant* cum *Men. Acad. Gud. Mirum* vero quod optimus etiam *dant arenanti*, pro *dant ignovanti*. *Gronov. CAP. VII. Ad dysentericos, et ventris mala, remedia.*

*Vel et in alio, &c.] Leg. Vel cum tu-*

*bulo stanno linitur, &c.] Nempe* fistula e stanno parata sedi infunditur, præcipue in teineamo, ut intestini pars extrema eo sublinatur. *Dalec.*

*Membrana gallinæ*] *Ventriculi. Idem. Abstineri autem a frugibus ante et gallinam*] *Lego Abstineri*; ut *XXIX. 6.* 'gallinaceusque si inclusus abstineatur die ac nocte, pari inedia ejus qui doleat.' Nec vero aliter scripti. *Gronov.*

*Caro palumbi in aceto decocta*] *Voss. palumbis.* Et mox, 'palumbis ferus e posca decoctus.' Et c. 15. 'circumliato palumbæ.' *Cap. 8.* 'in palumbium ventriculo inveniantur.' *Cap. 11.* 'Cinis palmarum aut interaneorum palumbis.' *Idem.*

*Illes appellatur*] *Dolor*, aut inflammatio gracillioris intestini. *Dalec.*

*Maciem enim facit*] *Emaciat*, immo dica facultate discutiendi. *Idem.*

*Tormina sanat lien ovium tostus*] *Verbum sanat* nec est in apographo nostro, neque videtur esse necessarium. *Pintian.*

*Apodes ex vino*] *Hirundines grandiores. Dalec.*

*Colo liberatus est*] *Coll dolore. Id. Transire vém morbi*] *Supra cap. 5.* ultimo hujus libri. *Idem.*

*Per pedes fluentem haurire sustineat*] *Cum* ii sordidi ablunntur. Eadem aqua laudatur ad arcendam lippitudinem *XXVIII. 4. Idem.*

*CAP. VIII. Ad calculos et vesicæ dolores, testiumque et inguinium tumores, et ad panos.*

*Vel cochleas decoctas uti suspiriosis*] *Scribe, ut in suspiriosis, ex apographo. Pintian.*

*Vesica*] *Ventre*, aut potius *ingluvie*. *Urinaria* enim *vesica* *gallinacæ* parent. *Dalec.*

*In faba sumi*] *Cum fabæ lomento. Idem.*

*Millipedam oniscum bibissæ*] *Millipedam* dicere debuit. *Vide l. XXIX. cap. ult. Idem.*

*Procidencia alvi succus cochlearum punctis evocatus illita depellit*] *Procidencia*, accusandi casu, in antiquo codice. *Pintian.*

*Procidencia alvi succus cochlearum*] Quinque nostri, *Procidencia ibi succus cochlearum*; quod et nescio quo ex Ms. ad marginem notatum. Ita scripsit Plinius. *Ibi*, puta in sede, cujus de vitii agere cœperat. Et sic paullo post: *Tetris ibi ulceribus*. Cap. 12. 'Si in verendis sic cæterisque ibi ulceribus.' *Gronov.*

*Si decidat testium alter*] Turpiter propendeat, et demittatur veluti laxatus. *Dalec.*

*Cochlea lata, parva, contrita ex aceto, vel cinis ejus*] Scribe ex apographo nostro: *Cochlea lata, parva, contrita ex aceto. Senectus anguim ex aceto vel cinis ejus.* *Pintian.*

*Contrita ex aceto vel cinis ejus*] Ex vet. advocant earum. Sed *Vois.* *Cochlea parva lata contrita ex aceto, senectus anguim ex aceto vel cinis ejus.* Sic paullo superius: 'Canini capitis cinis, senecta serpentis ex aceto.' Et passim: 'Cochleæ miantæ latæ contritæ illitæ' c. 13. Invenies et apud *Pintianum*. *Gronov.*

*Cochlea nuda, quas in Africa gigni diximus, trita*] *Voss. triatæ.* Numquid *striatæ*? Sed verius *aceratæ*, ut cap. 6. 'Præterea quæ aceratæ vocantur:' ubi *Voss.* 'eneratæ:' sed primo E supra scriptum A. Monstrat *ἀκίρατοι. Idem.*

*Resolvunt*] Resolvuntur; sponte abscedunt, nec amplius hærent. *Dal.*

CAP. IX. *Ad podagras et articulorum dolores.*

*Salæ*] Sal is est, quem multis aliis locis viperinum vocat. *Idem.*

*Sanguinem*] In utroque manscrip. exempl. legitur *sanguinem*. In antiquissimo codice scriptum fuisse puto, *sanguine tum*; nempe vel contracta scriptura, vel deletis literis, et dormitantem aut ignarum scribam ex iis

notis effecisse *sanguinem*; cum legendum fuerit: *Et si pedes sanguine tumescant.* Apud *Quintilianum* in declamationibus aliquoties legimus 'sanguinantes,' pro sanguine manantes, et cruore perfusos. 'Sanguinantes pedes' quidam exponunt, gangræna, carcinomate, sordidis et malignis ulceribus tentatos cum sanguinis effluxu. Talibus urtica prodest, et peculiari vi sanguinem manantem sistit, præsertim e naribus. Sed is morbus plurimum differt a podagra, de qua hic agitur. *Idem.*

*Subturiem*] *Ἰθρυραπυρξία.* *Columel.* VII. 5. de ove id usurpat. In homine is morbus est, cum sub ungue, cocta inflammatione, sanies alba colligitur; quod sæpe mulieribus accidit, dum inter consuendum se acu pungunt. Vulgus vocat *ux Pissechien.* Paronychiæ genus id mitius est, ac minus dolore vexat, nec primam articulum digiti corrumpit. Quidam *redaviæ*, *ῥὰ ῥεσφύα*, falso interpretantur. *Dalec.*

CAP. X. *Remedia adversus morbos toti corpori.*

*Maledictum translatum*] Criminis notam et probam. Stallionatus crimen id est, cum aliquid per dolum et imposturam fit. *Ulpian.* De eo multa ex *Capro grammatico Cajacius* Observat. x. 26. *Theophr.* de Invidis Animalibus. *Idem.*

*Est autem in locis ostiorum fenestrarumque*] Scribendum *loricis*, non *locis*, ex vetusto exemplari. *Pintian.*

*Eadem omnia prædicantur ex viverra*] Vult eadem esse remedia e silvestri mustela, *viverra* appellata, quæ jam e domestica commonstravit. *Gelen.*

*Cochlearum cinis addito semine lini et urtica cum melle tuncctos sanat*] *Lego, Cochlearum cinis adjecto semine lini et urtica cum melle linctus sanat*, ex apographo nostro. *Pintian.*

*Lapillum dare*] Pullo, quem excluserint, tanquam omnium morborum

remedium. *Dalec.*

*Quod si pullus is detur incipienti in cibo, quem primum peperit, cum quis primam, &c.]* Paucioribus verbis nostram exemplar: *Quod si pullus is detur cum primum tentatus sit, liberatur eo malo.* Pinitian.

CAP. XL. *Contra morbum regium, et phreneticos, et contra febres et hydro-picos.*

*Avis icterus]* Aëtius x. 17. morbum hunc non ab ave dictum vult, sed ab oculis ictidis, seu viverræ, auricolobus. *Dalec.*

*Nam non modo muris cerebrum dare potui ex aqua aut cinerem mustela, aut etiam inoeteratas herinacci carnes]* Bravina in vetusto codice: *Nam muris cerebrum dare potui ex aqua, aut cinerem mustela, vel etiam inoeteratas, &c.* Pinitian.

*Quod totum abdicandum paucis exemplaribus docebo]* Scribe, *Quod totum abdicandum paucis et pluribus docebo, ex eodem.* *Idem.*

*Radiis]* Digitis in aversa parte pedis extantibus. *Dalec.*

*Olfactoriis]* Ptarmicis, quæ sternutamenta cient. *Idem.*

*Climice]* Quæ ægris in lecto decumbentibus adhibetur, ratione victus, medicamentis, manus opera. *Idem.*

*Pulverem in quo se accipiter volutaverit]* Voss. pulverem, ubi se accipiter volutaverit. Gronov.

*Ægypti magna pars scarabæos, &c.]* Vide supra c. 5. hujus lib. Plutarch. Porph. Horus, aliam præterea ejus venerationis causam reddunt, quod mares sint omnes scarabæi, nulla femina. Hinc jocus Ausonii in masculum Veneris sectatorem: 'Perversæ Veneris postico vulnere fossor, Lucilli vatis; sabulo, pullopremo, Non taurus, non mulus erit, non hippocamelus, Non caper, aut aries, sed scarabæus erit.' Rhodig. VIII. 6. Clemens Hypotyposeon vi. homines voluptatibus impensius deditos, et immersos, ac ebrios, tanquam cantharos in ster-

core volutari scribit. *Dalec.*

*Cui sunt cornicula reflexa]* Taurum supra vocavit cap. 6. hujus libri. *Idem.*

*Condat]* Humo sepeliat et defodiat. *Idem.*

*Phrygation]* Fortassis animal, quod paulo antehac vocavit vermiculum e fratetis lanuginosum: φρύγανον, frutex. Quidam legunt phrynon; putantque animal id notissimum a Chrysippe fasius expositum non fuisse, et Plinium exemplari vitioso deceptum. *Idem.*

*Si cujusquam cura efficacior esset ad inquirendum]* Chiff. inquirendas. Voss. si cujus cura efficacior esset inquirendus: lege, inquirentis. Gronov.

*Cum ipso specu toto resina, &c.]* In antiquo exemplari, cum ipse in splenio toto resina, &c. Forte legendum splenio, non splenio. Verba item illa quæ statim ante præcedunt, quoniam miseria spei delectat, Pliniana non puto. Pinitian.

*Tela cum ipso specu toto resina ceraque imposita]* Acad. licum vocant delatum ipsos plene toto resine cereque imposita. Gud. et Menap. licum vocant de lacu ipsos plene toto resina cereque imposita. Andegav. licum vocant delacum ipsos plene toto resine cereque imposita. Annosior: lycum vocant tela cum ipso in splenototo resine cereque imposita. Scribo: quoniam miseria copia spei delectat, anne aranei, nunc lycum vocant, tela cum ipso, in splenio resina ceraque, imposita utriusque temporibus et fronti prosit; vel, in splenio cum resina ceraque. Cum ipso, nempe araneo. In splenio, ut XXIX. 6. 'Aranei muscarii tela, et præcipue spelunca ipsa, imposita per frontem ad duo tempora in splenio aliquo,' &c. 'mirabiliter epiphoris mederi dicuntur.' Sic enim ibi Chiffet. et Vossianus. Andeg. etsi corruptus, tamen egregie firmans verum: 'Aranei muscarii tela et præcipue spelunca ipsa imposita per frontem ad duo tempora in speleo aquilo:

et præcipue spelunca ipsa imposita per frontem ad duo tempora in speleo aquile ita ut a puero,' &c. Unus per errorem duorum codicum vice fungitur. Menap. quoque: 'ad duo tempora in speleo aquile.' Martialis: 'numerosa linunt stellantem splenia frontem.' Sic et fere Pintianus; sed male pro non Plinianis delet, quæ corrigenda erant. Gronov.

*Vomitus quoque canem illitus ventri*] F. *illitus ventri aquam trahere promittitur*. Idem.

CAP. XII. *Ad ignem sacrum, ad carbunculos, furunculos, ambusta, nervorumque contractiones.*

*Tubera et quæcumque molliri opus sit*] *Emolliri* in antiquo codice, non *molliri*; et infra paulo *circumclatus*, non *circumdatus*. Pintian.

*Ut terram nec postea attingat*] Alii, non *postea*. Voss. *ne postea*. Cicero Famil. Epist. XIII. 54. 'Operamque des, quod fides tua patietur, ut socrus adolescentis rea ne fiat.' SC. de philosophis et rhetoribus apud Suetonium: 'uti Romæ ne essent.' Dein, *totiens exspuentibus medente et cuius medebitur*, non *eo cui*. Et censeo dictum, ut 'agrestium Regnavit populorum.' Alioqui posses, *cui is medebitur*. Andeg. jam defecerat in illis, 'Tubera et quæcumque molliri opus sit efficacia,' usque ad capitis sequentis, 'muris cum melle aut cum vermium terrenorum qui et ossa extrahit.' Gronov.

*Nervorum nodis medetur capitis viperini cinis*] Verbum *medetur* redundat ex eodem: recte; dictum est enim paulo ante. Pintian.

*Nodis*] Sic vocat Græcorum τὰ γαγγλία. Dalec.

*Nervorum nodis medetur capitis viperini cinis ex oleo Cyprino illitus*] Voss. Acad. Gud. Men. non habent τὸ *medetur*; quippe quod ex superioribus sit intelligendum. Dein Voss. ut et Chiffet. *cinis in oleo cypræo, sine τῆ ἰλλitus*. Sed et mox, *Dolores eorum*

*amphibana mortua adalligata, sine τῆ tollit*. Scribe, *Doloribus eorum*; nam et hic intelligendum τὸ *medetur*. Gronov.

*Reduvias*] Cutis circa radicem unguis fissæ eminentes lacinias, τὰ τῶν δακτύλων πτερόγυα. Dalec.

CAP. XIII. *Ad sanguinem sistendum et tumores vulvarum, hælcora, vulnera, et alia mala, ex animalibus remedia.*

*Subductum*] In nâres attractum. *Id. Terræna*] Leg. *terræna*; nam et aquaticæ sunt. Alii nihil mutant: *terrenumque* exponunt, terram qua oblinitur et lutulenta est illarum testa. Vide et supra cap. 4. proximo alium *terreni* significatum in cochleis. *Idem*.

*Aranei tela supposita*] Dele postremum verbum, ex antiquo codice. Pintian.

*Gallinacci cerebellum vel sanguinis profusiva*] Melior lectio *sanguis*, quam *sanguinis*, ut quædam exemplaria præferant. *Idem*.

*Item columbinus sanguis*] Superfluit *anguis*, ex vetere codice. *Idem*.

*Sub testa calefacto*] Lege, *sub testeo*. Est autem *testum*, vel *testaceum*, sub quo placentæ coquantur. Utitur hæc voce Cato quoque cap. 76. *Gelen*.

*Cosses*] V. C. *Cossi*. Vermes ii sunt oblongi, colore cinerei, multis hinc illinc pedibus gradientes, corniculis in capite extantibus: δῆτες. Dalec.

*Simblis melle*] Quidam, *simplici*. Ego lego *Hyblæo*, ab Hybla monte Siciliæ. Invenio apud quendam, sed nullius auctoris testimonio, tale mel fieri solitum in Sicilia et Cycladibus insulis. *Idem*.

*Antonius Musa*] Fuit quidem is doctus ac facundus plurimum, tum etiam elegantis politique ingenii, quod ostendit et Musæ cognomen ideo tributum. Virg. in Catalectis: 'Cui Venus ante alios, Divi, Divumque sorores Cuncta, neque indigne, Musa, dedere bona.' Apud Euripid. in Nauplio chorus eadem ratione Pala-



medem τῆν Μοῖσων vocat: 'Ενδον' λέγουσι τὰν πρόσφορον, ἃ Δασυοί, τὰν οὐδὲν ἀλλόγουσαν Ἀρδύνα Μοῖσων. *Sealiger.*

*Antonius Musa medicus cum incidisset*] Voss. *Antonius quidem medicus cum incidissent insanabilia ulcera*; ut et in parte Chiflet. Verbum, ut apud Javenal. 'Inoidit Adriaci spatium admirabile rhombi.' Gronov.

*Recentibus*] Recenter excoctis: conspersis sale, rosis, myrtis, ut in usu est hodie apud medicos. *Dalec.*

*Subinde suffundantur*] Rosaceo, aut vino nigro, et anstero. Galenus. *Idem.*

*Cum melle aut cum vermium terrenorum cinere*] *Cum melle aut vermium terrenorum cinere*, in apographo nostro. *Pintian.*

*Aut cum vermium terrenorum cinere qui etiam*] Voss. arguit *rodelas τὸ cum*, item *τὸ cinere*: deinde habet *quis et ossa*. Fuit nimirum multo rotundius: nec tardius cinis silvestris muris cum melle aut vermium terrenorum, qui et ossa extrahit. Neque enim cinerem muris silvestris cum melle, aut loco mellis cum vermium terrenorum cinere id præstare vult, sed silvestris muris aut vermium terrenorum cinerem cum melle. *Gnd. Menap. et Acad. aut cum vermibus terrenis qui et ossa*. Andeg. ut diximus ad caput præcedens. Gronov.

*Ad eandem vitiligines et muscas, &c.*] Vide Reines. Var. Lect. II. 7. pag. 174.

*Gallinarum fæcum candidum servatum*] *Fæci*, non *fæcum*, in vetusto codice. *Pintian.*

CAP. XIV. *Ad muliebria mala medenda, et conceptus maturandos.*

*In muliebribus malis*] Uteri dolore, strangulatu, distortionem, et cum secundæ morantur. *Dalec.*

*Reficit*] Deplet, exhaurit, levat. *Idem.*

*Utriculo mustelino*] Vesica. *Idem.*

*Vermes terreni illiti in cervices et scapulas ne nervi doleant præstant*]

Scribe: *Vermes terreni illiti ne cervicis scapularumque nervi doleant præstant*, ex vetusto codice. *Pintian.* *Vermes terreni illiti*] Ἴούλους vocat Numenius apud Athenæum lib. VII. Καὶ δὲ σὺ γε μήσαιο δελείατος ὄντι παρ' ἑκρας Δήμης ἀγυαλοῖο γυλόφα τοὶ μὲν Ἴουλοι Κέκληρται, μέλωες, γαιψάγοι, ἔτερα γαίης. *Dalec.*

*In cervices et scapulas, ne nervi doleant*] Voss. *Vermes terreni illiti, ne cervicis scapularumque nervi doleant, præstant*. Lege *scapularumque*, ut voluit *Pintianus*. Andegav. *in cervicis scapularumque ne nervi*. Gronov.

*Gravidis secundas pellunt*] *Graves*, non *Gravidis*, in vetere codice. *Pintian.* *Gravidis secundas pellunt*] Non *gravidis quidem*, sed *puerperis et fœtis*. *Dalec.*

*Devocant*] *Devocant* Plinius vertit, quod Græci *κατασπῶσι*. *Idem.*

*Illinantur alio*] Ad inflationes dissipandas. *Idem.*

*Sunt et minuta longaque*] Minutas albas vocat Varro III. 14. easque afferri e Roatino ait, ut maximas ex Illyrico. *Idem.*

*Baculus quo anguirana excussa sit*] Voss. *Baculum*; sic XXXII. 10. 'Pulmone marino si confrietur lignum, ardere videtur adeo ut baculum præluceat.' Sic Gelenius, et adfirmant tres Vossiani. Cicero de Finibus lib. II. 'Bacillum aliud est inflexum et incurvatum de industria, aliud ita natum.' Idem Ovidio suo plus semel restituit vir studiis incertum major an meritis in rempublicam, utrisque certe ingens, nec Ovidii magis quam omnium antiquitatis literarum optimus vindex, interpretæ, æmulator ipse, in aliis fautor, suffragator, testis benevolentissimus, Nicolaus Heinsius. Gronov.

*Abortus asperos faciat*] In codice vetere, *Abortus per os facit*. *Pintian.*

*Transgressus abortus asperos faciat*] Voss. et fere codex *Pint.* *Ovum corvi cavendum gravidis constat, quoniam transgressis abortum per os facit: præ-*

clare. sic x. 12. 'Ore eos parere aut coire vulgus arbitratur: ideoque gravidas, si ederint corvinum ovum, per os partum reddere.' *Transgressis* et Chiflet. *Facti* Gud. et Acad. et Vossiani duo. *Gronov.*

*Custodit adeps acria*] Ne immodice turgeant. *Dalec.*

*Stantes mammas servat*] Ne flaccescent et corrugentur. *Idem.*

*Inclinari*] Molles et vietas demitti. *Idem.*

*Sed malis puerorum illitus*] Quos imberbes esse volumus. *Idem.*

*Est autem duplex*] Duplex est cerebrum, rubens anterioribus ventriculis, candidum cerebello posteriore. *Idem.*

*Discoquunt viperam*] Diu et exacte coquunt, quoad coctura intabescat. *Idem.*

#### CAP. XV. *Promiscua medicina.*

*Capilli ne canescant*] Serenus cap. de capillo tingendo: 'Lumbrici quoque terrestres miscentur olivo.' *Idem.*

*Coagulato lacte*] Ob ventriculi frigiditatem. *Idem.*

*Aduatio infantium*] Ardor, τὸ καύμα. Supra xxii. 21. distillationem exponit, xx. 3. 'ardorem,' ut hic, vocat. *Idem.*

*Siriasis*] Formatur hæc vox ἀπὸ τοῦ σείριου, qui nunc Solem significat: *Lycoph.* in *Cassand.* ἐκβαθρασμένον νέκυν Δελφίνος ἀκτῖς Χερία καταναεῖ: nunc stellam ardentissimam in sideris ἀστρόκινος lingua, quasi ζείριος παρὰ τὴν ζέειν, vel παρὰ τὸ σείριον, quoniam humorem nostri corporis vacuat, et inanit; vel ἀπὸ τοῦ σείριον, quod lucet et siccat; vel ἀπὸ τοῦ σείσθαι, quod scintillat et tremulo motu vibratur; vel ἀπὸ τοῦ σείρειν, quod immodico æstu cuncta rapiat atque desiccat. *Virgilius:* 'Jam rapidus torrens sitientes Sirius Indos Ardebat cælo.' *Euripides* in *Hecuba:* δ σείριος ἐνθα κερὸς φλογέας ἀφίρειν ὄσσαν αἰγύς. *Stadius:* 'Implacido lethalis Sirius igni.' *Ibycus* *Rheginus* quævis As-

tra *σειρία* nuncupavit, vel quasi *σειρα* et navigantibus signa, vel quod universitatis res *σειρα*, id est, *σειρῶν*. *Quidam* apud *Plaut.* in *Trinummo* *Solstitialis* morbum *σειρα* esse putant: 'Tum autem *Syrortum* genus, quod patientissimum est *Hominnm*, nemo extat qui ibi sex menses vixerit; Ita cuncti *solstitiali* morbo decidunt.' *Idem.*

*Harundini alligata suspenditur*] Non *adalligata*; nam *adalligata*, vocare solet; quæ Græci *σειρα*, superstitiosa fere ac magica remedia, quæ suspensa collo aut brachio alligata gestantur. *Gelen.*

*Palpebras corrigi*] Palpebrarum pilos in ciliis reflexos, ac oculum pungentes. *Dalec.*

*Cum thure ex ovi albi succo*] *Cum thure et ex uvis albo succo*, in antiquo codice. *Pintian.*

*Inveniuntur in corniculis cochlearum*] *Vide supra cap. 3. proximum.* *Dalec.*

*Partes extremas prohibet*] *Extremam partem, anum, sedem, sphincterem.* *Idem.*

*Ad idem valent et grandissimi dentes serpentium*] In apographo nostro: *Idem valent et grano dentes serpentium.* *Pintian.*

*Bovis capiti lapillum inesse tradunt, quem ab eo expui, &c.*] In vetusto exemplari non *bovis* habetur, sed *bove*. *Lego boæ*; et *ab ea expui*, non *ab eo*, idem præfert exemplar. *Idem.*

*Limacis*] Quæ nuda serpit. *Dalec.*

*Cerebrum*] *Elixum.* *Idem.*

*Spinosis*] *Ut dipsaco.* *Idem.*

*Hæreat*] *Leg. exeat*, ut cum dormientes aut vigiles lac evomunt. *Vocant id nutrices cailloter.* *Idem.*

*Colligata in coitu*] *Admotæ coxæ lumbis.* *Idem.*

*Verminatio*] *Intestinatorum dolores;* supra xxviii. 11. ult. *Idem.*

*Ophion*] *Musamona* vocant viii. 49. *Ejus quoque mentio fit xxviii. 9. sub finem.* *Idem.*

*Byturos vocari, qui vites in Campania erodant*] *Byuros* in vetusto codice,

quasi *bicundes* dixeris, non *bytuos*; et paulo ante *sugjugum*, non *sirulugum*. Pintian. *Bytuos*] *Ίκας* Græcorum. *Idem*.

*Muliones*] Qui multis infesti sunt. *Idem*.

*Contritis uno die dejectisque*] *Contritis una dejectisque*, in antiquo codice. *Pintian*.

*Sparus apes in alvearia reverti*] *Alveo*, non *alvearia*, in eod. et paulo post *lasseri*, non *lassescere*. *Idem*.

*Ungulas tantum mularum repertas*] *Plutarchus* *περὶ ὑπέρτου ψυχροῦ* de asini ungula intellexit. *Idem* in *Alex-*

*andro* *δρον χαλδῶν* habet; ut et *Joannes Monachus* in *Historiis*. Vide 1. 103. et cap. 2. libri sequentis. *Tro-*gus vero equi, ut et *Pausanias* in *Ar-**cadicis*; *Curtius* jumentis; *Ællanus* asinorum *Scythicorum* cornibus. Vox *δρος*, similis vocabulo *ἡμλοσ*, fortassis *Plinium* deceptit, ut pro asino, mularum mularumve diceret. *Rhodig.* xxv. 16.

*Magna Aristotelis infamia*] *Quem* aiunt pecunia corruptum ab *Antipatro* id consilli dedisse, tanti sceleris participem ac conscium. *Dalec.*

## LIBER XXXI.

### CAP. I. *Medicina ex aquatilibus. Aquarum mirabilia.*

*Improbis exerente vires*] *Exercente*, non *exerente*, exemplar nostrum. *Pintian*.

*Sæpe etiam lapides subvehunt portantes aliena pondera*] *Tria* prima verba ad superiora pertinent. Tum sequitur, *subvehunt portantes aliena pondera*, ex eodem. *Idem*.

### CAP. II. *De differentia aquarum, medicinis, et observationibus CCLXVI.*

*Aquitonica gente*] Vide *Arist.* *Problem.* 13. sect. 1. *Vitruvium* VIII. 3. *Dalec.*

*Auxilia morborum conferentes*] *Lego*, *auxilia morborum profertentes*, ex antiquo codice. *Pintian*.

*Alibi tepida egelidaque auxilia morborum conferentes*] *Voss.* ut *Pintiani*, *alia tepida egelidaque auxilia morborum profertentes*; quod habet suam *Venerem.* *Gronov.*

*Quæ in Baiana Possidiana vocantur*] *Voss.* quæ in *bale Possidiana* vocantur.

*Lege: quæ nunc Baia Possidiana vocantur, nomine accepto a Claudii Cæsaris liberto.* Passim in optimo libro ne significat nunc; ex eo τὸ in factum. Solebant autem quisque, qui prædium illic haberet, *Baia* suas dicere. Unde et *Cic.* *Famil.* ix. 12. 'Gratulor *Baia* nostris, siquidem, ut scribis, salubres repente factæ sunt.' Nec aliter *Plinius* *Epist.* II. 15. 'Quomodo te veteres *Marsi* tul? quomodo emptio nova?' Sed et sic *Sex. Pompeius* apud *Velleium* lib. II. 'In *Carinis* suis se cœnam dare: quod ejus paternæ mædes pars essent *Carinarum* in urbe, et in prætoris navi pasceret.

*Antistio Vetere*] *Hic* *Cos.* fuit cum *D. Lælio Balbo*, anno U. C. 747. *Dalec.*

*Ut protinus noscatur etiam ministerium ejus ex illa majestate*] *Scribe*, *Quin protinus noscatur etiam ministeriorum ejus haustus ex illa majestate*, ex eodem. *Nonnulli* *ministerorum* legunt,

non ministeriorum; sed potest suatleri ministeriorum; ut quemadmodum *Famulitium* pro familia, et *Servitia* pro servis poni solet, sic *Ministeriorum* pro Ministrorum hic positum sit: ut VII. 52. 'Interim eum qui videbatur extinctus plaudendo concivisse ministeria,' hoc est, 'ministros.' *Idem*.

*Ut protinus noscatur etiam ministeriorum ejus ex illa majestate*] Voss. ministeriorum haustus ex illa majestate ingenam: ponam enim; ut fere et Chiffet. Ex quo quid tentarint, apparet in marginibus. Pintianus: quin protinus noscatur etiam ministeriorum ejus haustus ex illa majestate. Mihi scribend. videbatur: ut protinus noscatur etiam (ipse scilicet Cicero) ministeriorum haustus ex illa majestate ingenis. Tale est Justinii xv. 6. 'Ut Alexandrum posses etiam in moriente matre agnoscere.' *Ministeriorum* et Acad. Gudianusque et duo Vossiani. Gronov.

*Quo tua Romana, &c.*] Scribendum quod, non quo, ex eodem, sic etiam deponente sensu. *Pintian*.

*Fonte rubro biberint*] Lege Ctesis collectanea: et Sotionem, qui *παλλάρτεον διδόνειν* ait, quod Plinius *lymphatos agere*. *Idem* fontem rubrum vocat, quod Sotion *κρήνην τῆ χρώματι κινάβαρι παραπλησίαν*. *Dalec*.

*Juxta Romam*] Via Tiburtina, Vitruvio. De his aquis Martialis: 'Itur ad Herculei gelidas qua Tyburis arces, Canaque sulphureis Albulas fumat aquis.' Galeno aluminosæ sunt. *Idem*.

*Cutiliæ*] Cotiscoliæ, Straboni. Hæc salis et aluminosæ sunt. *Idem*.

*Thespliarum fons*] Urbis Bœoticiæ ad Heliconem sitæ. Athenæus lib. II. citat hæc ex Theophrasti libro de aquis. *Idem*.

*Custodit autem partum Linus fons*] *Platum*, non *partum*, in vetusto codice: forte scribendum *setum*. *Pint*.

*In Pyrrhea flumen*] Fuit Pyrrha circa Mœotin absorpta Ponto; fuit et Locrorum, Delphis et Amphryso

vicina, de qua hunc locum una cum Hermolao intelligendum pnto. Fuit et Magnesicæ, Eubœæ, Lyciæ, Caricæ; de quibus vide suis locis. Alii legunt ex Strabone lib. IX. *E diverso ad Pyrasum, flumen, quod Amphryus vocatur, &c.* Fuit autem Pyrasus oppidum vicinum Thebis Phthioticis. Apud Athenæum lib. II. legitur *Pyrrha*: apud Theophr. Hist. IX. 20. et Caus. II. 8. *Pyra*. Straboni *Pyrrha* oppidum est Phrygiæ et Lesbi. *Dalec*.

*Lacus Alphion vitiligines tollit*] Straboni lib. VIII. Aniger Alpheus dicitur est, quia vitiligines sanat. Is autem e fonte Nympharum Anigriadum aquas receptas in solum palustre, et vaporoso halitu caliginosum stagnans effundit, atque adeo proximum littus arenosum, profundum efficit, piscesque insuaves, et cibo ingratos. Vide locum. Pro palude, aut stagno, lacum Plinius dixit. *Idem*. *Lacus Alphion vitiligines tollit*] Ab hoc enim effectu etiam nomen invenit; *vitiligo* enim ἀλφῆ Græcis dicitur. *Gelen*.

*Cydnus Ciliciæ amnis podagricis medetur*] Sic Althænus fluvius vulneribus et pecorum et hominum. Rhodiginus XXVII. 14. *Dalec*.

*Trazene*] Achiæ oppido, ubi nulla alia aqua reperitur, quam metallica, præter eam quam Cibdeli habent. *Vitruv*. *Idem*.

*Fontem habet insignem*] Eum fontem hodie vocant *le baing de Spuch*. *Idem*.

*Cicero*] Fortassis Varro, qui admiranda scripsit, τὰ θαυμαστά. *Chiff*.

*Reatinis tantum paludibus*] Nihil mirum, quoniam in ejus paludis exitu saxum creavit. II. 103. *Dalec*.

*Eudicus*] Aristoteles de duobus fluminibus id tradit *περὶ θαυμ. ἀκουσι*. *Idem*.

*Hestiacotide*] Thessaliæ parte, aut, quod magis placet, Bœoticiæ. *Idem*.

*Melan*] Lib. II. cap. 103. 'Melas fluvius est Bœoticiæ, cujus potu oves

nigræ fiant, ut Cephisi albæ.' *Idem.*

*In Thuriis*] Scholiastæ Callimachi Crathis fluvius est Arcadiæ; Herodoto, Achæorum, a quo nomen habet Italiens; Pausaniæ, Brutiorum; Lucaniæ, Vitruvio. Scholiastes Theocriti Idyllio v. ex Nymphodoro et Theophrast. ait: Κράθιδος ὕδωρ ξαυθίζα. Euripides in Troadibus: ὁ ξαυθὴν χαλκῶ πορεύων Κράθιδος, non, ut perperam legitur, Κράθιδος. Strabo lib. vi. et ξαυθοτριχῶν et λευκοτριχῶν ἁθρότους λουόμενους, ait, ποιῶν, καὶ ἄλλα πολλὰ πύθη λῆσθαι. *Mitalerius.* Vibio Sequestro, auream comam facit. *Dalec.*

*Nam qui Sybarin bibant*] *Lege, Nam qui e Sybari bibant*, ex antiquo exemplari; ut quod paulo post sequitur, *Qui e Crathide candidos*; lego, *qui e Crathi candidos*, ex eod. *Pintian.*

*Item in Macedonia*] Vide Senecam *Quæst. Natur.* III. 25. *Dalec.*

*Lusis*] Apud Sotionem Λουγυοῖς apud Stephanum Λουσοῖς apud Arist. de Admir. Audit. Κολοῦσις. *Idem.*

*Mures terrestres vivere et conservari*] Aptior lectio, *vivere et conservari.* *Pintian.*

*Juxta flumen Orchomenon*] In nostro apographo, *Juxta flumen Erycnim*: scribendum puto, *juxta flumen Eryneon*, qui Locridis quidem est fluvius, sed in Cephisium Bæoticiæ fluvium exouerat, auctore Strabone lib. ix. Sequitur continuo: *Duo sunt fontes, quorum alter memoriam, alter oblivionem affert, inde nominibus inventis.* In eodem: *E duobus fontibus alter memoriam, alter oblivionem affert: inde nominibus inventis.* *Idem.*

*Inde nominibus inventis*] Nam altera *Μήνη* dicitur, altera *Ἀθήνη*. *Dalec.*

*In Cilicia apud oppidum Crescum rivus fuit Nus, &c.*] Unde proverbium Κρέσκον ὀλεῖς. Quamquam autem paræmiographi in hebetes ac stupidos id dici solitum affirmant, εἰρωνικῶς tamen procalidnio accipiendum est, quemadmodum illud *Sapientum oc-*

*Delph. et Var. Clas.*

*lavus, aut ἑσθρόνος θαλάσσης. Gelen.*

*In Cea insula*] Apud Sotionem ἐν τῇ Χίῳ: apud Vitruvium, *in insula Chio*, quæ vera est lectio. *Dalec.*

*Zama*] Vitruvius VIII. 4. *Idem.*

*Vinum tædio venire his qui ex Clitorio lacu biberint*] *Lego, Vinum in tædium venit his qui, &c.* ex vetusto codice. *Pintian.*

*Ex Clitorio lacu biberint*] Vitruvio Clitori Arcadiæ civitas nobilis: ubi Clitorius lacus Plinio, spelunca profluens aquæ Vitruvio, fons Sotioni, Athenæo et Ovidio *Met.* xv. 'Clitorio de fonte sitim quicunque levarit, Vina fugit, &c. Sive, quod indigenæ memorant, Amithæone natus Prætidæ attonitas, postquam post carmen et herbas Eripuit furis, purgamina mentis in illas Misit aquas, odiumque meri permansit in illis.' In Anigrum tamen, sive Alphinum, ea jacta scribit Pausaniæ in Eliacis. Eudoxus apud Stephanum in fontem quandam Azaniæ, partis Arcadiæ. *Dalec.*

*E fonte Liberi patris*] *Cap.* II. 108. Idem et Pausaniæ in Eliacis. In Naxo fontem vini sapore fluere, adnotatum in VII. 6. *Idem.*

*Polyclytus explere, &c.*] Naphtha quam effundit. *Idem.*

*Ciliciæ fontem*] Vitruvius flumen esse nomine Liparin tradit. *Idem.*

*Fonte*] Lacum esse tradit Vitruvius. Solinus non longe abesse scribit ab Helintrapeza. *Idem.*

*In Scotussa*] Macedonia. Est et Scotussa in Thessalia. *Idem.*

*Juba in Troglodytis lacum insannum*] In apographo nostro *Trogodytis*, non *Troglodytis*, vera lectione; sic enim semper Strabo, ut notat auctor innominatus, qui ejus selecta seu collectanea excerptis. *Pintian.*

*Ut nullum non pondus impactum respuat*] *Ut nulla mora pondus impactum respuat*, in eodem. *Idem.*

*Clæon*] Ἄνδ' τοῦ κλαίειν καὶ γελᾶν, quod sietum moveant ac risum. *Dalec.*

*Maltiaci*] Vulgo *Baden.* *Idem.*

*Plinius.*

16 L

*Aves, quæ advolaverint emori]* Tale est et Lyciæ Plutonium descriptum a Strabone lib. XIII. *Idem.*

*In Africa lacu, &c.]* Ut et in Asphaltite Judææ, II. 103. *Idem.*

*Quem rapiunt annuentes]* Commodior lectio, *Quum rapiant annuentes.* Pintian.

*Perjuri notantur pati]* Perjuros quoque deprehendi, et certissimis pœnis affici ad Paliciorum lacum brevem, profundum, luridum, ad Aca-dinum fontem, quosdam Sardinæ, alium Tiansæ propinquum, aquam Stygem Nonacrida, specum Palæmonis juxta Corinthum, historis proditum est. Alex. ab Alex. v. 10. *Dalec.*

*Perjuri notantur pati velut flammam urentem]* Hermolai est pro *necantur.* Sed Voss. *negantur*, id est, traduntur non pati ac sustinere posse xx. 5. ‘Habentes eam feriri a serpentibus negantur:’ et similiter xxii. 21. ‘Habentes eam a serpentibus feriri negantur.’ Sic et codex Pintiani. *Gronov.*

*Singulis siccantur duodecies diebus, aliquando vicies]* Vetus codex: *singulis siccantur duodenis diebus, aliquando vicenis;* non tamen displicet impressa lectio. *Pintian.*

*Styx appellata]* Vide cap. ult. lib. præcedentis, et I. 103. Vitruvius VIII. 3. Vide et de illa prolixam commentationem apud Paulum Leopardum IV. 8. *Dalec.*

*Cychros]* Cychros, depravate. *Lego Chropas, vel Chropos.* Sotion: Θεότομος ιστορεῖ κρήνην ἐν Κρωσί τῆς Θρακίας ἐξ ἧς τοὺς λουσαμένους παραχρήμα μεταλλάσσειν. In editionibus antiquis Vitruvii legitur: ‘Chropai Thraciæ lacus, ex quo non solum qui biberint moriuntur, sed etiam qui laverint.’ Constant. ex Tarn. *Adversar.* VI. 13. Aristoteles lib. de Mirab. ‘Psittos’ vocat, et fonticulum esse ait, non lacum, quem Hist. lib. III. ψυχρὸν a frigiditate eximia

nominari scribit. *Idem.*

*Lycus in Leontinis tertio die si quisquam biberit]* Rectius in apographo nostro, *Lycus in Leontinis tertio die quam quis biberit.* Pintian.

*Tertio die si quisquam biberit]* Voss. et Pintiani, *Lycus in Leontinis tertio die, quam quis biberit.* Gronov.

*Avesque quæ gustaverint, juxta mortuas jacere]* Voss. *aves, quæ degustaverint.* *Idem.*

*Ad Nonacrin Arcadia]* Quæ in montibus habet stillantes e saxo frigidissimos humores. Vitruv. *Dalec.*

*Fontem eum dicitur]* Eurotan intelligit, amnem, quem Peneus accipit, non recipit, sed olei modo supernatantem brevi spatio portatum abdicat, pœnales aquas, dirisque genitas, argenteis suis misceri recusans, IV. 8. *Idem.*

*Euripidis Poëta sepulchro]* Euripidis sepulchrum Athenis monstrari, sed *κενόν*, Pausanias scribit: Strabo in Argivorum foro item *κενοτάφιον*, quod ‘Palinthum’ vocaverunt. Canibus proscissus interiit ad lacum Bormiscum, natura tristis et morosus, oculis in terram defixis, *σκυθρωπὸς, μισογλῶς, μισθῆνος.* Canes, a quibus laceratus est, indigenæ vocant ‘Esterincas,’ Homerus *τραπεζῆας κόνας*, inquit, *τραπεζῆας πολαιροὺς.* Ejus conditi sepulchrum, ut Lycurgi, de cælo tactum. Rhodig. xxiv. 10. *Idem.*

*In Perperenis]* Straboni lib. XIII. prope Lyciæ Hierapolin aqua fontia tam facile in lapidem durescit, ut qui ejus rivos deducunt, septa ex integro solidoque lapide conficiant. Ad Gergobiam Arvernorum fons lapideum sibi pontem facit. Straboni Perperenis Troadis oppidum cui vicinum æris metallum. *Perpera* Lydiæ urbs Ptolemæo. *Idem.*

*Qui quacumque rigat, lapideam facit terram]* Brevius in nostro codice, *Quacumque rigat lapideam faciens terram.* Pintian.

*Fons est, qui quacunq[ue] rigat lapideam facit terram] Pintiani liber sine r[ati]o[n]e qui, et faciens pro facit. Voss. fons est quacunq[ue] rigat lapidem faciens ter: item. Scribe: In Perperenis fons est, quacunq[ue] rigat, lapidea faciens. Sequitur, Item calida aqua in Eubœa Delio. Namque altius rivus. In quo merito notavit Salmasius Delium illud Eubœæ ignorari, coniecitque, in Eubœa Dio, ad Solia. p. 144. Gud. quoque et Acad. Menapsisque, in cuboedion namque. Andegav. in cuboedion: namque. Præstantior: in eubœa ædam pro nam qua cadit rivus, tum altitudinis. Scribendum censeo: Fere idem calida aqua in Eubœa Dianæ promontorio; nam qua cadit rivus, saxa in altitudines crescunt. Artemisium significat. Vulgatum est a Gelenio, cum legeretur, in Eubœa. In Lebedo. Gronov.*

*Item calida aqua in Eubœa Delio] Lege, item calida aqua in Eubœa Dio, vel Dico. Διον Eubœæ oppidum haud longe ab Ellopia et Ædepso. Salmas. p. 177.*

*In Eurymenia dejecta coronæ] Thesaliæ, Hecatæo: Macedoniæ, Plinio. Dalec.*

*In quo lateres conjecti lapides extrahuntur] Lapidei extrahuntur in vetusto codice. Pintian.*

*Lapides sunt. In Colossis flumen est, in quo lateres] Mss. lapideæ sunt. Deinde, flumen est colalores. Lego: In Colossis flumen est, quo lateres conjecti, lapides extrahuntur. Est autem hoc quale Ovidii Met. 1. 133. 'quæque diu steterant in montibus alni, fluctibus ignotis exsultavere carinæ.' Ut quidem illum scripsisse propemodum pro certo habemus: et si libri, 'in montibus altis.' Em secetæ et mutatæ, ut sint carinæ. Sic Mét. v. 455. 'et quæ modo brachia gessit, Crura gerit.' Gronov.*

*Colimnasque faciunt] Aristoteles περί θαλάσσης. ἀκουσθ. scribit, ότι σπήλαιον ἔστιν ἢ καλεῖται Γλαφυρὸν, καὶ ότι ἐν*

*ροσθῶ ἀλωες, non, ut vulgo legitur, χλωες, περιγασίω ἀπὸ τινῶν σταλαγμῶν. Dalec.*

*CAP. III. De qualitate aquarum, insalubritate vel commoditate earum.*

*Levissima sit imbrium aqua] Hippocrates de aëre et aquis: τὸν ἰσθμῶν κορυφώτατα τὰ ἔμβρια, καὶ γλυκώτατα, καὶ λαμπρότατα, καὶ λεπτώτατα. Vide de hac questione multa apud Rhodiginum XXVII. 2. Idem.*

*Sensu] Ventriculi graviter aut leviter ferentis. Idem.*

*Nulla pens momento ponderis] Hoc falsum. Seneca Quæst. Natur. III. 2. Habent præterea multa discrimina. Primum tactus, frigidæ, calidæque sunt. Deinde ponderis, omnes aut leves aut graves sunt. Signum id levitatis si addatur cæteris aquæ bonitatem indicantibus, θεωρεῖσθαι μόνον ἢ οὐκ ἐξαρχεῖν, Æginaeta scribit. Athenæus lib. II. Peirenes fontis in Corintho appensam tradit leviolem fuisse deprehensam reliquis omnibus totius Helladæ. Idem.*

*Calestat] Et corrumpatur, ac putrescat. Idem.*

*Insaluberrimos potus prædicant] Ita censuit Hippocrates de aëre, aquis, et locis. Idem.*

*Celerrime putrescere] Æginetæ id bonitatis certissimum signum. Idem.*

*Faucibusque] Ruffus apud Aëtium 1. 165. 3. aquam pluviam distillationes generare scribit, præsertim si frigida bibatur. Idem.*

*Limi non aliis inesse plus] Limum esse colligit e tectorum et canalium sordibus, per quos in cisternam defluunt. Idem.*

*Animalium quæ faciunt tædium] Quæ putredine in aquis gignuntur. Idem.*

*Amnium utilissimas esse] Quæ assiduo fluxu exercentur. Πηγάια καὶ ποτάμια ἔμματα πρόσφατα εἶναι καὶ νεογενῆ, λιμναῖον δὲ ἕδωρ ἕωλον καὶ παλαιόν, veteres crediderunt, ideoque palustrem aquam noxiam esse, fonta-*

nam et fluviatilem perennem, salubrem. Rhod. xxvii. 3. *Idem.*

*Quædam igitur et hujus generis aptissima alia alibi]* Scribe, *Quenam igitur et cujus generis aptissima? Alia alibi.* Ut sit interrogatio et responsio, ex antiquo codice; sic non multo post: 'Ex quonam ergo genere maxime probabilis contingit?' *Pintian.*

*Parthorum reges ex Choaspe et Eulæo tantum bibunt. Hæc quamvis in longinqua comitantur illos]* *Idem* ergo Choaspes et Eulæus, sed alio nomine ubi primum oritur; alio ubi denuo exoritur signari. *Salmas.* 700. a. *Parthorum reges, &c.]* Herodotus lib. 1. Athenæus lib. 11. *Dalec.*

*Tineas]* Vulgo *Ecroelles.* *Idem.*

*Ante omnia autem damnantur, &c.]* *Lege: Ante omnia autem damnantur amaræ, et quæ sorptæ statim implent: quod evenit Træzene; nam nitrosas atque salinacidæ in desertis, &c.* *Salinacidæ* non sunt simpliciter, *al ἀλυπίδες* aut *ἀλυκίδες*, ut Græci vocant fontes salso, sed acidi simul et salsi, acidæ nimirum salinæ. *Plin.* 'aliæ sulphuris, aliæ salis, aliæ nitri, aliæ bituminis:' uno verbo 'salinacidæ' has Latini vocarunt. *Salmas.* p. 115.

*Quæ scrobem statim implent]* Effossa leviter terra, quoniam eæ non perennibus venis scaturiunt, sed sub extima terræ facie colatæ ejus sordibus inquinantur. *Dalec.*

*Amaræ et quæ scrobem statim implent]* Quæ vero illæ sunt aquæ, quæ scrobem statim implent? Liber optimus habet *quæ sorbem.* *Lege, quæ sorptæ statim implent.* *Hactenus δ' ἔδωκεν ad Solinum pag. 115.* Adeo placebat sibi, ut mallet ignorare omnium adhuc tractatorum codicum optimum esse Chiffetianum, et in eo legi *sorbentem*, quam levisimam conjecturam perdere. *Vossianus* Chiffetiano subscribit. *Gronov.*

*Salmacidæ]* *Lego atque salso;* gustu salso ingratas ac injucundas. *Salmacides* Græcis, quæ molles reddunt,

ac eviratos: qualis Halicarnassi fons fuit, memoratus ab Ovidio, Strabone, Vitruvio. Huic lectioni adstipulatur Vitruvius VIII. 3. Vide Scal. in Anson. 'Vidit semivirum fons Salmacis Hermaphroditum.' *Dalec.*

*Polenta]* Hordeo. *Cassianus* 11. 4. *Idem.*

*Damnantur in primis fontes]* Vitruvius VIII. 5. *Idem.*

*Si vasa ære inficiant]* Si maculam faciant, si vasa æruginè inficiant: *τοιῦν τὸ λῶδες*, Athenæus dixit lib. 11. *Idem.*

*Tarde percoquant]* Ostendit magnam humoris id crassitiem. *Idem.*

*Si liquatæ leniter terram relinquunt]* Si effusæ non ab ea combibuntur. *Idem.*

*Est etiamnum vitium]* *Arist.* de Sensu cap. 4. *Idem.*

*Certior subtilitas]* Hippocr. Aph. v. 26. *Idem.*

*Puteis nimirum]* *Avicenna* 1. 2. damnat. *Idem.*

*Neronis principis inventum est, &c.]* *Suetonius:* 'Dum clandestinus ad villam introitus pararetur, aquam e subjecta lacuna potaturus manu hausit, Et hæc est, inquit, Neronis decocta.' Vide Athenæum lib. 111. *Juvenal.* Sat. v. 'Si stomachus domini fervet vinoque ciboque, Frigidior Scythicis petitur decocta pruinis.' *Idem.*

*Aqua frigida injecta sistitur sanguis]* *Voss. ingesta.* *Plautus Pseudolo* 1. 2. 'Tu qui urnam habes, aquamingere.' Hoc lib. cap. 7. 'E puteis ac fonte aquam in salinas ingerunt.' Deinde idem: 'Æstus in balineis.' *Gronov.*

*Clarissima, &c.]* *Strab.* lib. v. *Tacit.* *Annal.* xiv. *Frontin.* lib. 1. *Dalec.*

*Marcia est]* In Cœlium et Aventinum montes eam Nerva deduxit; post Diocletianus super portam Exquilinam in suas thermas. *Idem.*

*Fucinum lacum]* E Fucino lacu



ἔξῃ, non, ut legitur, εἶναι, et Πόμην πορῖσιν, καὶ παρὰ τῆλλα θάλασσα εὐδοκίμειν, Strabo scribit lib. v. *Idem.*

*Mox specu mersa]* Mox in specus mersa, in vetusto exemplari. *Pintian.*

*Diverticulo]* Transversis semitis, quæ sunt a latere viæ militaris. *Dalec.*

*Decoquentibus]* Avertentibus, et ubertatis publicæ copiam minuentibus ac præripientibus. *Idem.*

*Non ab re sibi]* Vitruvius VIII. 1. Palladius c. 8. Augusti. Paxamns et Democritus apud Cassianum in Geoponicis cap. 4. et 5. ex suis hydroscopicis, sive hydrophantleis. Cassiodorus Variar. lib. III. nomine Theodorici Ostrogothorum regis. *Idem.*

*Convexitatis]* Devexi ac declivis tumuli et collis fastigio. *Idem.*

*Albi montes]* Λευκογαῖοι. *Idem.*

*Herba]* Tussilago silvestris, XXVI. 6. *Idem.*

*Et alnus et vitex aut heder]* E Chiffet. porrigunt, aut vites aut arando. Nostri quinque, aut vitex aut hærundo aut heder. Gronov.

*In altitudinem pedum quinque]* Cubitorum trium, unius latitudine. Paxamns in altitudinem pedes quinque, latitudinem tres. Vitruvius, Palladius. *Dalec.*

*Figulari creta semper adimitur spes]* Plato in suis legibus vetuit aquam e vicini puteo quemquam haurire, ni prius eam in fundo suo ad cretam usque quæsiasset: πρὸς τὸν κέρανον. Victorinus XIII. 15. *Idem.*

*Figulari creta semper adimitur spes]* Voss. ut et Chiffet. *Figularis creta semper adimit spes.* Lego *spem.* In Andeg. rursus hic lacuna a verbis, 'fodiuntur æstuarina quæ gra.' usque ad cap. 6. 'fecisse post consulatum meminimus.' Gronov.

*Ordo supra dictus]* Ad masculosam et glaucam. *Dalec.*

*Masculum]* Grandius, ὑπόρερον. Asperum, scabrum, subfuscum, minus flavam, interpretantur quidam: du-

rum et compactum metallici, ut foeminam, solum ac mollem. *Idem.*

*Sulphurata]* Bituminosa addit Palladius. Sulphurati aluminosive hallitus, vaporisque flamina et spiracula. Vitruv. VIII. 7. *Idem.*

*Assiduo linteorum jactatu coentilando]* Vide Agricola de Re Metallica lib. VI. *Idem.*

*Sine arena opus surgit]* Imus paries, qui puteum inferne ambit; is enim lapidibus tantum aliis super alios aggestis et collocatis struitur, sine intrita calcis et arenæ. *Idem.*

*CAP. IV. Aquarum subito nascentium, aut desinentium ratio.*

*Nam ipsa æstate deficiunt]* Scribent cum minore, et adjungit superioribus: non ipsa æstate deficiunt, ex apographo nostro. *Pintian.*

*Ut circa Olympum]* Athenis rigent maxime putei circa Arcturi ortum, ad principium mensis Septembris. *Dalec.*

*Ut circa Olympum]* Voss. *Olythum.* Gronov.

*Lutum feri prodens]* Cum arena humore prius dissoluta, in luti spissitudinem coit. Vide quæ notavit P. Merula super Enn. p. 389. *Dalec.*

*Imbre pulverem]* Primum e cælo cadente. Nam tum verberato solo arenæ pulvisculum commovet et excitat. *Idem.*

*Hieme dulcor]* Quia crebris imbris diluitur ac dulcescit. *Idem.*

*Qualis terra per quam fluunt]* In Asia lacus Sinnaus circumnascente absinthio inficitur cap. 103. lib. II. *Idem.*

*Nisi rigua pluvio amara fecere]* Athenæus lib. II. p. 21. lin. 8. *Idem.*

*CAP. V. Observatio historica.*

*Circa Phenæum Arcadiæ]* Theophrast. Hist. III. 1. et v. 5. Seveca Nat. Quæst. III. 11. Sumpta hæc esse puto ex amisso libro Theophrasti περί τῶν ὕδρων, quem Athenæus citat lib. II. *Idem.*

*Sicut in Magnesia calidas factas frigidas, alias non mutato sapore]* In ve-

tusto exemplari, sicut in *Magneside calidas, factas frigidas salis non mutato sapore*. Quam lectionem confirmat quod statim sequitur: 'ante dulcis mutatus in salem est.' *Pintian*.

*Per Olympia*] Dum in Elidem, quam Alpheus irrigat, Olympici ludi celebrantur. Tum enim sumum equorum in amnem conjectum Arethusæ, in quem subitus mare Alpheus subit, aquas odore suo inficit. Strabo hanc de Alpheo fabulam reprehendit. *Legge Senecam, Quæst. Natur. III. 26. Dalec.*

*Sicut Babylonis lacus ætate*] *Voss. Babylone. Gronov.*

*Carruleus fertur*] *Ἰσοβάφης Athen.* Is aquæ ejus color est, nullo modo infectæ. Sic et Rhodanus cum purus fuit, nempe suo colore partibus anni reliquis e cinereo candicans, vel ob arenas quas locis abradit vicinis, et secum aufert, vel permixtum nivis liquidatæ humorem. *Dalec.*

*Superiorem Hypanim steri*] *Hypani, non Hypanin, in antiquo codice. Pintian.*

*Quod nullum halitum*] *Lipsius lib. II. cap. ult. in Thessaliæ fluvio, quem ob id Anauron nominarunt, idem observari tradit. Quin et auctor v. 9. scribit, Nitum anram nullam expirare. Arriannus in Periplo Euxini Ponti Phasin omnium fluviorum quos novisset lenissimum esse tradit. Levitatis indicium esse, tum in pondere, tum quod mari non immiscetur, sed supernatet. Brod. v. 28. Dalec.*

*CAP. VI. Ratio aquæ ducenda, et quomodo medicatis utendum: et quid prosit navigatio, et medicina aquæ marinae.*

*Duci scitilibus tubis*] Nam et rivis per canalium structuras ducitur, et per fistulas plumbeas, et per ligneos tubos. *Idem.*

*Ita ut superior intret*] Superioris sine lingulato. *Idem.*

*Libramentum aquæ*] Aquam librant, dum altitudinem loci e quo colligitur,

cum loco in quem deducitur conferunt, sive lineis rectis id fiat sive obliquis. *Idem.*

*Libramentum aquæ in centenos pedes sursum elici minimum erit*] Hæc integer non sunt. *Academ. in centenos pedes sicillimus invenerit. Gnd. sicillimis mimerit. Men. sicillici minumerit. Voss. sicillici mixis numerit. Forte, sicillici minimum erit. XIII. 15. 'Item a Nomio Ti. Cæsaris liberti nomen trahentis, tribus sicillcis intra quatuor pedes, totidem intra semipedem crassitudinis.' Ibidem, 'mensam quatuor pedes sextante et sicilico excedentem.' Quarta pars cujusque uncie sicilicus est; hic pollicis, triens digiti. Plus requirit Vitruvius VIII. 7. 'Si canalibus, ut structura fiat quæ solidissima, solumque rivi libramenta habeat fastigata, ne minus in centenos pedes semipede, eoque structuræ conformicentur, ut minime sol aquam tangat.' Ubi annotat Philander ætatis nostræ libratores in sexcentos pedes tantum deprimere pollicem, id est, quatuor sicilicos; in centenos sextulam. Sic et e suo *Pintianna. Gronov.**

*In binos actus*] 240. pedes, quæ jurgere est longitudo. *Dalec.*

*Fistulas denum pedum*] Et ut facilius, ac majore vi curvat. *Idem.*

*Et si quinarie erunt*] Hæc portione cuius digito laminæ nondum curatæ pondo libræ 12. respondent. *Idem.*

*Centena*] Nonaginta sex. *Vitruvius. Idem.*

*Ubi detinetur impetus*] Et vehementioris spiritus, et aquæ collisæ et decurrentis. *Idem.*

*Castella*] Aquæ publicæ dividiculis, receptaculis. *Palladius. Idem.*

*Homerum calidorum fontium mentionem*] Meminit *Iliad. X. Κρονὸς δ' Ἰναρον καλλιπῆρα, ἔνθα δὲ πηγαὶ Διοὶ ἀνασσουσι Ζακυνθίου διήροτος. Ἡ μὲν γὰρ ἔ' ἔθανι λιὰρ ἴκει. Idem.*

*Lavari calida frequenter*] *Odyss. Θ. Ἐματὰ τ' ἐξημοῦθ', λοτρὰ τε θερμὰ, καὶ*

eboul. Iliad. X. *Hectori e pratio redamti calidum balneum paratur.* Έκρημα θερμὸν λουτρὰ μύχης ἐκποσθήσονται. Iliad. K. Odysa. Δ. legitur: "Ες ρ' ἀρακίθους βάρτες. *Idem.*

*Videlicet, quia medicina tunc non erat hæc]* Converte verba, *Videlicet quia medicina hæc non erat tunc, ex antiquo codice. Pintian.*

*Aut simili morbo solutis]* Voss. *simili modo; neque aliter tres alii, qui nobis servant. Gronov.*

*Utilis est bibendo atque purgationibus]* Vox utilis non est in Vossiano, quippe repetenda sensu e superioribus, ut legatur: *Est autem utilis sulphurata nervis, aluminata paralyticis aut simili modo solutis; bituminata aut nitrosa, qualis Cutilia est, bibendo atque purgationibus.* Gud. Acad. Menap. *qualis utilis est bibendo.* Vides τὸ utilis corruptum esse, ἐκ τοῦ Cutilia; deinde utranque vocem admissam. Vitruvius VIII. 8. 'Sulphurosi fontes nervorum labores reficiunt, &c. Aluminosi, cum dissoluta membra corporum paralyti aut aliqua vi morbi, &c. Bituminosi autem interioris corporis vitia potionibus purgando solent mederi. Est autem aquæ frigidae genus nitrosam, uti Pinnæ Vestinæ, Cutiliis, aliisque locis similibus, quod potionibus depurgat.' *Idem.*

*As potes frigida dulci]* Voss. *dulcedi, an molceri?* Menap. Gud. et Acad. *frigida dulcedine sine.* *Idem.*

*Similis error, quo quidam plurimo potu]* In cod. *Similis error quam plurimo potu gloriantur; scribe gloriantium, non gloriantur.* Pintian.

*Similis error quo quidam plurimo]* Voss. et Pintiani, *error quam plurimo.* Scribe, *Simili errore quidam plurimo potu gloriantur.* Menap. Gud. et Acad. *similis error quodam.* Pintianus: *Similis error quam plurimo potu gloriantium.* Gronov.

*Salis gustu]* Qui ad excreationem intestina stimulat. *Dalec.*

*Sicut in Egesta Sicilia]* Legendum

alterutro modo, aut *Egesta*, cum diphthongo prima, aut *Segesta*. Utrouque enim modo geographi et historici usurpant. In vetere item codice *Sicilia* legitur, non *Siciliæ*; quod non magnopere displicet, ut sint duo auferendi casus: *Segesta, Sicilia, Larisæ, Troade.* Pintian.

*Argenti]* Aquis intincti et immersi, quas medicatas esse nos putamus. *Dalec.*

*Ferruminant et fracturas ossaque contusa]* In vetusto exemplari, *ferruminata ac fracturis ossa*: legendum forte, *ferruminant et fracta cruris ossa*; reliqua redundant. *Pintian.*

*Ferruminant et fracturas ossaque contusa]* Voss. *ferruminata fracturis ossa contusa item corpora ad siccanda.* Eodem modo Men. Gud. et Acad. nisi quod hic *ferruminantia*. Fortasse: *qua calefiunt ad nervorum dolores, ferruminandas fracturas, ossa contusa, item corpora ad siccanda.* Pintiani codex, *ferruminata ac fracturis*; ipse, *ferruminant et fracta cruris ossa, item corpora ad siccanda.* Gronov.

*Ut diximus]* Lib. XXIV. cap. 6. *Dalec.*

*Neque enim Ægyptus propter se pititur]* Plinius tamen Secundus lib. v. Epistol. quandam sanguinem rejicientem in Ægyptum se misisse refert, in celo illo potius quam in navigatione spem habens. Brod. vi. 25. Vide Celsum III. 32. Aurelianum I. 14. *Idem.*

*Pectoris]* Hippocr. Aphor. iv. 14.

*Decoquatur hordeacea farina]* Dioscor. miscetur cataplasmatibus ex hordeacea farina. *Idem.*

*Maxime allia]* Quoniam aquæ marinæ salsugo maxime dealbat omnia, præcipue ceram. *Idem.*

*Crebro ictu]* Leg. *cerebro icto.* Galeo Meth. lib. vi. sub finem, in vulneribus capitis membranæ valentissima remedia sustinent. *Idem.*

*Et in hoc vetustate virus deponentem]* Sincera et sine potabili aqua si repo-

natur virus exiit. Sunt qui præcoctam recondant. Diosc. *Idem*.

*Clysteribus*] Dejectionibus movendis. Diosc. *Idem*.

*Testium quidem tumori fovendo*] Si est flatuosus, vel serosus. *Idem*.

*Quin et ad ictus venenatos salutaris intelligitur*] Qui refrigerationem et tremorem afferant. Diosc. *Idem*.

*Ut phalangiorum et scorpiorum*] Morosis a cane rabido Septentrionalis maris aecolæ cum ter sub fluctibus demerserunt, a rabie tutos esse putant. *Idem*.

*Mammæ sororiantes*] Ob nimium incrementum demissas, et mutuo conjunctas: lactis abundantia sic distentas, ut mutuo se contingant, et tanquam sorores osculentur. Plautus in *Fribularia*, apud Festum: 'tunc papillæ primitus Fraterculabant: illud volui dicere, Sororiabant: quid opus est verbis?' Fœminas ea mammarum deformitate indecoras *ὑπερμαζῆν* ait Synesius, *μαστοὺς σπαργῶντας*. Diosc. *Idem*.

*Inventa ratione qua sibi quisque aquam maris faceret*] Muria veteribus fuit *ὑμετέρα*, crudior, quam lib. i. Gynæceion Hippocrates *γλυκείην* vocat, nempè minus salsa. Altera *ἔκκρατος*, matura Columellæ, justo salis pondere confecta. Maturitatis indicium est Gal. *Simpl. lib. iv.* quod *ὄνυμ* innatet. Tertia *ἄκρατος* Archigeni *κατὰ τόπου*s, lib. i. in remediis quæ phtheiriasi conveniunt, *δεινῶς ἀλμυρὰ* Galeno supra citato loco, dura Celso *iv. 9.* meraca, vehementissime salsa. In eam sal ingestus non liquecit, nec minuitur, sed integer in sporta permanet, Galeno. Verum Columella maturæ murie experimentum id esse dicit, et si caseus dulcis demissus non pessum eat: cum enim casens innatat, maturitatem suam habet. *Idem*.

*Cum quatuor aquæ sextariis mergatur*] Scribendum, in quatuor aquæ sextariis mergatur, ex vetere codice. *Pintian.*

*Salsissimi maris vim et naturam implet*] Adde particulam *que, vimque et naturam implet*; et paulo post *excalfacit, non calfacit*. *Idem*.

*Cum melle temperabatur*] Duabus partibus aquæ pluvie veteris, et una mellis. Diosc. *Dalec.*

*Quibus vinum*] Nervos enim tentat ac caput. *Idem*.

*Frigidam suspectam hauriendo*] Sic enim gustata protinus vitiosam qualitatem deprehendunt. *Idem*.

*Siccandis corporibus cooperitis hydropticorum*] Arena litoris sole ignita, torrenda corpora, inquit Aurelianus. *Idem*.

*CAP. VII. De generibus salis, et confectionibus, et medicinis et observationibus.*

*Aliud etiam in eo mirabile*] *Ἄλδς ἕχρη*, Dioscor. v. 127. spumosi salis ramentum, in exiguis petris inventum, ejusdem cum sale facultatis. *Idem*.

*Sunt et in Africa lacus*] Est et prope Carcassonem, vulgo *Marsounette*. *Idem*.

*Calidi fontes*] Talis et fons in vico Monspensuli vicino, quem incolæ vocant *Balerve*. *Idem*.

*Lapidinarum modo caditur*] Lapidinarum in vetusto exemplari, non lapidinarum. *Pintian.*

*Majusque regum vectigal ex eo est quam ex auro atque*] Voss. et Chifflet. *quam ex auro est atque*. Scribe, *majusque regum vectigal ex eo quam ex auro est atque margaritis*. Gronov.

*Crescens*] Ex humore spissato, quem interdum fervidus sol non absumpsit. *Dalec.*

*Adjuvant aquæ*] Quæ injecta gravia gestant, et nobis movere conautibus levæ præbent. *Idem*.

*Et in totum sponte nascens inter hæc est*] Scribe, *intra hæc est*, ex antiquo codice. *Pintian.*

*Non sine aquæ dulcis riguis*] Monspensuli ex sola maris aqua conficitur, sed imbre cadente citius spissatur,

dum imber non abluat diutius; sic enim liquatur. *Dalec.*

*Aquam salsoam infundunt*] Maris, ut nitrosos et salso cineres eluant. *Id.*

*Muridam appellant*] Vulgo apud Sequanos, *Mure* et *Murelle*. *Idem.*

*Humoris*] Quem longiore coctura in salē densarent. *Idem.*

*Qui Tattaus vocatur*] Straboni lib. XII. post Galatiam Austrum versus lacus est nomine Tatta, Cappadociæ majori vicinus, juxta Morimēnos in Phrygia majori. *Idem.*

*Qui in laterculis affertur*] Minulus, qui in lacu siccatur. *Idem.*

*In igne nec crepitat, nec exilit*] Legend. *In igne nec crepitat Tragasæus, neque Acanthius ab oppido appellatus: nec ullius spuma, aut ad ramenta tenuis; nec quid aliud salis ramentum, nisi sal tenne.* *Salmas.* 116.

*Tragasæus*] A Tragasæ Epiri, Acanthius ab Acantho Macedoniæ urbis. Tragasæ, Stephano in Epiro locus, ab Tragasæ dictus, cujus Nepotus fecit mentionem, ut ibi in Hælio campo sal nasceretur. Est et apud Athenensium in Troade sal Tragasæus, cui cum vectigal Lysimachus imposuisset, evanuit, et vectigali mox sublato succrevit rursus. *Rhod.* ix. 12. *Hædrian. Junius* III. eandem historiam recitat, et multas præterea ejusdem argumenti. *Dalec.*

*Nec ullius spuma, aut ramentum*] *Nec ullus ex spuma aut ramento, in vetere codice. Pintian.*

*Agrigentinus*] *August. de Civ. Dei,* XXI. 6. et 7. *Jac. Cell.*

*Ignium patiens*] In igne non crepitans. Cur sal crepitet, vide apud *Aristot. Probl.* xi. 42. et 43. *Dalec.*

*Tanti splendoris, ut imaginem recipiat*] Sic *Vossianus*, sic *Academicus*, sic *Gudianus*, sic *Menapius*, sic plus minusve litera. Itaque mallem temperasse *Salmasium* ad *Solinum* pag. 116. scribere, corrupte in omnibus libris *Plinian.* legi, *ut magnitudinem recipiat; temperasse inde conjicere,*

*ut imaginum similitudinem recipiat.* Sane in *Andegav.* et mihi occurrit, *ut magnitudinem recipiat; sed id detrahendo, non addendo erat curandum.* *Librarius*, qui male ceperat et fecerat *uti, ex imaginem, quod sine sensu erat, fecit magnitudinem.* *Gronov.*

*Spumeum*] *Levem et veluti pumicosum ac fistulosum spongiæ modo, aut marinæ spumæ.* *Dalec.*

*Oculis*] *Caligantibus, maculosis, ungue impeditis.* *Idem.*

*Inter innumera condimenta*] *Plutarchus condimentum condimentorum vocat, ut mox dicetur.* *Idem.*

*Ergo hercule vita humanior sine sale nequit degere*] *Vossiani tres, hercules: tum Opt. et Andeg. non quit degere.* Et profecto sæpe sic maluerunt. *VII.* 16. *'Bituminum sequax alioquin ac lenta natura, &c. non quit sibi avelli: ut correxit Salmasius ad Solin. p. 27. et succinunt quatuor nostri. XXXII.* 10. *'Quod in terrestribus volucribusque fieri non quit.'* *XXXIV.* 8. de *Apoxyomeno: 'Mire gratum Tiberio principi: non quivit temperare sibi in eo.'* Sic *Vossianus.* At *Dalecampius*, quasi tanti sit, corrigat: *qui nequivit.* Eodem capite de *Apollodoro: crebra perfecta signa frangentem, dum satiare cupiditatem artis non quit; ideo Insanum cognominatum.* Sic iterum *Vossianus.* Vulgo *nequit artis, et ideo.* Sed nec copulativa opus esse ostendit illud *Flori* II. 7. *'Ad id temporis liberas gentes, ideo impatientes jugi.'* *Plinius* IX. 31. *'Pinnotheres autem vocatur minimus ex omni genere; ideo opportunus injuriæ.'* *Cicero Famil. VII.* 6. *'Qui ipse sibi sapiens prodesse non quit, nequicquam sapit.'* Ubi etiam vitiantur. *Gronov.*

*Ut transierit intellectus ad voluptates animi quoque.* Nam ita sales appellantur] Pro tribus illis dictionibus, quoque nam ita, substituo *scommata; andacter quidem, sed forte non infelicit.* *Pintian.*

*Nam ita sales*] Catullus formosam mulierem habendam non putat, quæ venustate careat, ac sale, id est, lepore et argutia. Pntarchus Sympos. lib. v. Διὰ τοῦτο δὲ ἴσως, αἰτ, καὶ κάλλος γυναικὸς τὸ μὴτ' ἀργόν, μὴτ' ἐπιθαινον, ἀλλὰ μεμυγμένον χάριτι, καὶ κωμητικόν, ἀλμυρὸν καὶ θριμὸν καλοῦσι. Victorius xii. 18. Salis usum ante bellum Trojanum multis incognitum fuisse, his versibus Homerus indicat Odyss. A. οἱ οὐκ ἴσασι θάλασσαν Ἀνέρες, οὐδέ θ' ἔλεσσι μεμυγμένον εἶδωρ ἔθουσιν. Eustathius putat ἕκταν δηλοῦσθαι ἀγροικίαν ἐκείνων ἀνθρώπων οἱ οὐδαμῶς ἔλας εἶδασιν, οὐτε θαλασσίους, οὐτ' ὄρυκτους, οὐτε τοὺς ἄλλοθεν, quod refert et Pausanias in Atticis. Brod. vi. 8. Jocus est Plauti lepidus in Casina de sene fatuo et insulso: 'Non ecaster villis est omptu modius qui venit salis;' nempe hic salem carum esse oportet, alloqui emeret sibi hic senex tam insulsus, stolidus, ineptus. Dalec.

*Vita lepos*] Homerus salem ideo θεῖον divinum vocat. Plato in Timæo Diis charissimum, plerique χάριτα. Rhod. xxvii. 24. Catullus: 'Nulla in tam magno corpore mica salis,' id est, gratiæ, et Veneris, non ut Quintilian. putat, vi. 8. ridiculi. Plutarch. in Symp. Κυνδυνοῦσι γὰρ οἱ ἄλας τῶν ἄλλων ὄψων εἶναι, καὶ ἡδύσμα· διὸ καὶ χάριτας ἔπαι προσαγορεύουσιν αὐτοῦς. Brod. vi. 12. Idem.

*Quoniam illa sal in Sabinos portari*] Verrius Flaccus apud Festum. Idem.

*Ancus Marcius rex salis modia*] Brevis in scripto codice: *Ancus Martius rex modios salis in congiario dedit populo.* Pintian.

*In congiario*] Congiarium populus accipiebat, donarium miles. Dalec.

*Exitasse enim salem cum pane*] Sincerior lectio scripti codicis: *et sales cum pane exitasse eos proverbio apparet.* Pintian.

*Ut proverbio apparet*] Huc pertinent proverbia duo. Alterum ἔλα λείχει, salem lingere. Persius: 'Vare re-

gustatum digito terebraſe salinum Contentus perages, si cum Jove vivere pergis.' Alterum, ἔλα καὶ τράπεζαν μὴ παραβαίνειν, salem et mensam ne prætereat. Vide Erasmus. Dalec.

*Mola salsa*] Farre tosto, et sale addito, quo hostium conspergebantur. Molam salsam Homer. Odyss. E. ἀκτὴν ἀλφίτου vocat hoc versu: Καὶ τὰ μὲν ἐν πυρὶ βέβηλε, παλῶνας ἀλφίτου ἀκτῆ. Ὀβλοχότην etiam Græci vocant. Varroni in Aboriginib. mola simpliciter hordeum: 'Grunnit,' inquit, 'tepido lacte satur, mola mactatus porcus:' nempe hordeo saginatus. Idem.

*Est enim etiam in sale pinguitudo*] Ideo lucernæ melius ardent sale injecto. Macrobi. Saturn. vii. Aristot. Problem. 28. Plutarch. Sympos. lib. i. Idem.

*Diluyente factitium colorem*] Debuente in apographo nostro, non *Diluyente*, rectius. Pintian.

*Propter colorem*] Emplastris et unguentis coloris causa miscetur, ut rosaceo. Diosc. Dalec.

*Canitia*] Mucedus succus. Idem.

*Ut dicimus*] Hujus rei nusquam alibi mentionem fecit. Obliviosus hic Plinius. Idem.

*Acopis et smecticis utilis*] *Acopis et smecticis utilis*, in scripto codice. Quam lectionem veram esse, nemo Græce doctus diffitebitur; confirmatur etiam Pauli Æginetæ auctoritate lib. vii. ubi de smecticis medicamentis agit. et paulo post, *feces imæ*, redundat verbum *imæ*. Pintian.

*Salsugo*] Salsilaginem esse puto maris affusi in areas salinarum humorem, qui sub salis crusta liquidus manet, nec in salis naturam densatur. Dalec.

*Garon*] Latinis liquamen. Cælius Aurel. Chronicon lib. ii. Cassianus in calce Geoponicon, Vopiscus in Aureliano. Oxygaron Apitio, liquamen acetosum. Cujacius Observ. ix. 9. Idem.

*Quæ abjicienda essent, sale maceratis]* Ut sanguine, branchiis, capitibus, præsertim garorum et lycostomorum.

*Idem.*

CAP. VIII. *De scombro pisce, et maris, et aleæ.*

*E scombro]* De hoc Strabo lib. III. Athen. lib. II. Horat. 'His mixtum jus est, oleo quod prima Venafri Præsitis calla, garo de succis piscis Ibori.'

*Idem.*

*Sociorum id appellatur]* Archigenes *αρά τέρων*, l. II. 'Hispanum' vocat, Aesclepiades eodem lib. 'nigrum,' *παρασίον* Paulus. III. 59. 'Fecosum' Martial. in Xenii: 'Expirantis adhuc scombri de sanguine primo Accipe fecosum munera prima garum.' Quanquam ibi 'fastosum' quidam legere malunt, ut ad raritatem et pretium referatur. 'Archanum' idem lib. VII. 'Sed coquus ingentem piperis consumet acervum, Addet et Archano mixta Falerna garo.' *Αλμύρας γάρος* vocat Constantinus lib. XX. quasi *sanguiculum* dicas. *ραρχήνδρ* vocat Pherecrates comicus in Tripolemo. *Idem.*

*Et Mauritanæ, Baticæque, et Cartheis ex Oceano intrantibus]* *Baticæ*, non *Baticæ*, legendum ex vetusto codice: recte; nam Cartheia Bæticæ urbs est. *Pintianæ.*

*Alex]* Piscosum salsamentum a suo liquamine nondum separatum. Plautus in Pœnulo: 'Tunc etiam amator andes esse alex viri?' quasi viri fex, indigne qui vir habearis. *Dalec.*

*Ex inutili pisciculo, minimoque confici]* *Ex mutilo pisciculo, minutoque confici.* Quidam sic legunt, et in verbis significari putant garum paratum ex encrasicholis, vulgo *anchryes*. Ii enim sale conditi in optimum garum liquescent. At ne garum corrumpatur, semper avulso capite conduntur; sic enim una cum capite fel, hepar, intestina, viscera eximuntur et abjiciuntur. *Idem.*

*E pluvia nascitur]* E spuma imbribus excitata, cum aqua multa e cœlo decidit: Arist. Hist. VI. 15. quam obrem *ἀπέρης* vocatur. *Idem.*

*Ad castimoniarum superstitionem]* In casto Cereris erant, qui Cereri operabantur. Festus in voce Minuitur. Id autem fiebat summa temperantia et continentia; quamobrem *ἀγρέτες* *ἀκυσσῆς*, pariter facere Cereri dicebant. Quamvis illis diebus adeo severa frugalitatis et parsimonie lex esset, tamen permittebatur id gari genus. *Idem.*

*Dicatum]* Leg. *abdicatum.* Judæi namque piscibus squama carentibus abstinent. Garum id fortassis est, quod voce a Garo detorta nos Caviari quasi Gaviari nuncupamus. Paratur ex ovis acipenserum, vulgo *Eturgeons*, sale conditis in ceteriis Borysthenis, Phasidis, Tanais. Ejus loco Judæi nunc ovis Cyprinorum, conditis eodem modo, vescuntur. *Idem.*

*Sic alex pervenit ad ostreas]* Plautus apud Festum in Narita: 'Muristica autem video in vasis stanneis, Bonam naritam, cammarum, et tagenia, Echinos fartos, conchas piscinarias.' *Νηπικας, ναυμύδους, τερήνιωτὰς*, echinos saginatos in vivariis, conchas in piscinis. *Scaliger.*

*Muria quoque]* Muriam, sive, ut apud Festum legitur, 'muriem,' salem etiam durum appellarunt. Servius: 'Virgines tres Vestales maxime ex nonis Maiis ad pridie Idus Maiis alternis diebus spicas adreas in corbis messariis ponunt, easque spicas ipsæ virgines torrent, pinunt, molunt: atque ita molitum condunt. Ex eo farre virgines ter in anno molam faciunt, Lupercalibus, Vestalibus, Idibus Septembribus, adjecto sale cocto et sale duro.' *Scal.* in Festum.

*Spissat, mordet, extenuat]* Ineptè Plinius muriam extenuare ac spissare scribit, quæ contraria sunt. *Dalec.*

CAP. IX. *De natura salis, et ejus medicinis.*

*Alligans*] Contrahens, *συστέλλουσα, δύναμις ἔχει κατασταλτικῆν*. Diosc. *Idem*.

*Cum quarta parte lini seminis*] Nostrium apographum, *cum aqua parte lini seminis*; et paulo post, *et vespas*, non *vel vespas*. Pintian.

*Pustulas*] *Ψοδάκια*, Diosc. Ruellius vertit, *albidas capitis pustulas*. Dalec.

*Ad hæc maxime probatur Tattarus aut Caunites*] In vetusto codice, *ad hoc maxime probatur et Teus et Caunites*; puto scribendum, *et Teius et Caunites*, a duabus civitatibus, Teio Ionie, Anacreontis poetæ natalibus clara, et Cauno Carie, quæ est finitima Ionie. Nec me latent quæ hic Hermolaus, et alibi alii de sale Tattaro et Tragasæo tradunt. Pintian.

*Suggillatisque*] Faciei suggillationibus, *ἄψος ὄνεια προσώπου*. Diosc. Recte hunc locum et feliciter Plineus vertit. Dalec.

*Idem noxia et tinearum genera pellit*] In antiquo exemplari non *idem noxia*, sed *innoxia* una voce legitur, et junctim cum præcedentibus; deinde sequitur, *et tinearum genera pellit*. Pintian.

*Maxime usurpanda observatione*] Celus II. 17. Aurelianus Tard. Pass. v. 1. Dalec.

*In saccis aqua ferventi crebro madefactus*] Scriptus codex *candefactus*, non *madedactus*; quam lectionem confirmant verba quæ statim sequuntur, *In iisdem saccis imposita candens*. Pintian.

*Candens*] Fervidas. Observa: nisi ferram latam et candens intelligat, sacco impressum, quale describit Aurelianus. Dalec.

*Qua quidem totis corporibus nihil*] Legendum videtur *quidam*, non *quidem*; et antiquum exemplar *dixit* præfert, non *dicunt*. Pintian.

*Ibi maxime observanda usurpatione,*

*qua quidem totis*] Scribendum ex Chiffet. *usurpanda observatione*: et hæc duo vocabula eodem et Voss. et Pintiani libro auctoribus delenda versus altero præcedenti, ubi particula *maxime* male iis inculcandis occasionem dedit. Deinde Voss. *quæ totis*; item, *dixistique cornea videmus*. Lego: *ibi maxime usurpanda observatione, quæ totis corporibus nihil esse utilius sale et sole dixit*. Itaque *cornea videmus corpora piscatorum*. Quatuor nostri, *quæ totis corporibus nihil esse utilius dixit*. Gronov.

*Acopis*] De salis flore id Dioscorides. Dalec.

*Item smegmaticis ad extendendam cutem*] Scribo, *Item smegmatis ad extenuandam cutem*, ex scripto codice. De smegmatis vero quæ cuti admota abstergunt, exterunt, extenuant, et discutunt, Paulus lib. VII. Pintian.

*Et oculis jumentorum*] Vide Plutarchum in Quæst. Natural. III. Dalec.

CAP. X. *De nitri generibus et confecturis, et medicinis, et observationibus.*

*Theophrasto*] Non extat liber is Theophrasti. *Idem*.

*Sed sine viribus densandi*] Sed quæ coctura insolatave in nitrum minime densari possunt. *Idem*.

*Clytis Macedonia*] *Chytis* Vet. Chytas Geographi collocant in ora sinus Macedonici, ubi est promontorium Chalastæum. *Idem*.

*Excedente Nilo siccantur, &c.*] Pauciora verba in vetusto codice, *Hæc cedente manant succo nitri*: cætera redundant. Pintian.

*Sic quoque olei, &c.*] Oleosa pinguitudo, quam et in sale reperiri supra tradidit. c. 7. ult. proximo. Hanc pinguitudinem cum detrahunt, qui excutiendis tormentis bellicis igniarum pulverem faciunt, suo more aiunt: *Degresser le salpêtre*. Dalec.

*Mirum in lacu Ascanio*] Aristoteles sic ejus aquas nitrosas esse tradit, ut vestes demersas abstergant, earumque maculas et sordes eluant. Is



autem lacus Prusiae est, v. 31. ultim.  
*Idem.*

*Magnus et nitro usus*] *Lege, Magnus et vitro usus, qui dicitur suo loco;* id est, ad vitrum; quod enim promittit suo loco dicturum, id xxxvi. 16. in mentione vitri dicit. *Gelen.*

*Nitriarum egregiarum Aegyptiis, &c.*] *Brevius in vstato exemplari, Nitriarum Aegypti circa Naucratis et Memphin solebant esse. Pintian.*

*Faciunt ex his vasa*] *Ut apud nos fit e soda, quae nihil aliud est, quam nitrum factitium, impurum, grave, fuscum, lapidosum, quale Aegyptium fuisse paulo ante dixit. Dalec.*

*Liquatum cum sulphure*] *Ut vasa pingant, quemadmodum figuli nostri solent soda et lithargyro simul fusis sua fictilia oblinere. Idem.*

*Quae inveterari volunt*] *Ut mortuorum corpora. Herodot. illo nitro utantur, nempe in tumulis congesto et durato. Idem.*

*Spumam nitri*] *Ἀρροσίριον, ab ea differt ἀρροσίριον, nempe nitrum cum spuma sua adhuc confusum ac commixtum. Idem.*

*In speluncais*] *Leg. In speluncarum molibus, id est, saxosis crepidinibus et antris. Quidam legunt mollibus, id est, tophaceis, quod tophus longe sit mollior et saxo et lapide. In structurarum et edificiorum cameratis fornicibus, praesertim subterraneis, ex humore in cemento cum calce mixto, stillat succus nitrosus, oblongis striis, friabilis, aridus, gustu salus, et fervidus, ab Asiatico nitro parum, vel nihil discrepans. Nostri vocant salpêtre. Idem.*

*Specus eos colycas vocant*] *Leg. Specus eos cochliacas vocant. Cochliax, sive cochlas, sive κάχληξ, nunc testudo est, fornix, camera; nunc lapis, silex, glareae, flumine congesta et attrita. Testudinatos specus eos incolae cochliacas vocabant. Idem.*

*Ne liquescat*] *Humoris contactu, vel aëris occursu. Idem.*

*Cum in salinis herbis gignantur*] *Aelianus Histor. Anim. XIII. 8. has recenset, brya, phycia, vites, nvas, brassicas, mea, quae et capillos, sive trichas vocant. Iis pisces vescuntur. Idem.*

*Tantum algæ*] *Non gignatur, subaudi. Idem.*

*Chalastrae*] *Omnium praestantissimo, iudicio Platon. et Plutarchi. Idem.*

*Ad raphanos Aegyptio*] *Ad brassicas. Illas enim viridiores facit, quod paulo post ait, et teneriores, coctumque faciliores: nec tantum eas, sed et carnes, si apponantur. Plutarch. Sympos. VI. 19. Theoph. de Caus. VI. 14. Idem.*

*Item contra argema oculorum. Ungues decoctum cum passo*] *Chiflet. et quatuor nostri, argemas. Voss. argema. Potest excusari, ut 'cum servili schema,' et 'imperatæ schemæ.' xxxix. 6. 'Item in gallinae felle ad argemam et albugines.' Sic Vossianus et in parte Chiflet. Mox: Argema ex melle omnibus, quae supra scripta sunt, sanatur. Vossianus: Argema; deinde, sanatur. Scribe sanant. Refert enim hæc ex opinione quorundam: ut paulo ante, 'suadet,' 'promittitur:' unde suspicor et extenuare scribendum. Gud. quoque et Acad. sanatur: Acad. Argema et ex melle. Posterior ætas multo in his fuit licentior. Marculphus I. 1. 'Et sanctum chrisma singulis, si voluerint postulare, pro reverentia loci sine pretio concedat.' Sic edidit Cl. Bignonius. Sed in membranis antiquissimis legi, sanctam chrisam. Vossianus etiam nescit τὸ cum; habet autem, adjuvat ad claritatem, sine τὸ nitrum, quod nec in Chifl. est. Fortasse: item contra argemas oculorum, albugines, decoctum passo in mali Punici calice. Adjuvat ad claritatem visus cum melle inunctum. Sic xx. 5. 'Succo et cicatrices oculorum et albugines et argema inunxere.' xxii. 25. 'Hoc ad*

Venerem stimulantam et ad oculo-  
rum argema, albugines.' Pari et hic  
asyndeto Voss. XXVIII. 6. 'Contra  
oculorum albugines, obscuritates, ci-  
catrices, argema.' Nisi malis *ungues*  
pro *ungues*. Nec frustra adjicitur  
præpositio, quam et Acad. manu se-  
cunda invenio adscriptam. Vide ad  
Livium XXI. 1. Gronov.

In mali punici calice adjuvat nitrum,  
&c.] In apographo nostro: in mali  
punici calice adjuvat. Ad claritatem  
visus cum melle inunctum; et paulo  
post, Creta Cimolia, non Cimolia creta.  
Pintian.

Regium quoque morbum in vino ex-  
terminat potum] In eod. Regium quo-  
que morbum extenuat in potione vini.  
Idem.

Pruriginem alumine permixto tollit]  
Partem hujus capitia, ab illo, Addita  
et resina initiis cum aceto illinitur, re-  
petit Vossianus insertam XXXII. 5.  
Utroque autem loco habetur, Porri-  
ginem alumine permixto tollit. Gronov.

In lapidem vertitur] In lapidosam  
duritiam. Hoc est, quod supra hoc  
ipso capite dixit, Ægyptios nitrum  
liquatum frequenter in carbonibus  
coquere cum sulphure. Dalec.

CAP. XI. De spongiarum natura.

Alias ex his mares existimavere]  
Nostri duriores, et fistulis minoribus  
pertusas, mares vocant: molliores  
autem, laxiores, et amplioribus ca-  
vernis fistulosas, feminas. Idem.

Persorbentes] Quæ plus humoris

exsorbent, ob corporis densitatem.  
Idem.

Pruinæ] Rores potins. Æstate  
nulla pruina fit. Idem.

Aliqui narrant et auditu regi eas]  
Plutarchus spongas ab animali, si-  
milli araneo, regi scribit. Spongo-  
therem is vocat, quod monet ac in-  
dicat cibum aut insidias venantium  
adesse. Idem.

Usquam diutius durare] In aliis  
maris locis quam Aquiloniis. Idem.

Spiritum] Nativum, quem o mari  
natalibusque suis conceptum, et fis-  
tulis abditum celant. Idem.

Minus in calida aqua] Quæ salsu-  
ginem citius diluit, quam frigida.  
Idem.

Minusque unctas] Oleosa enim ac  
pinguia salsuginis vim obtundant.  
Idem.

Penicilli] Achillas Aristot. vocat  
lib. IX. Idem.

Ad abstergenda] Non tantum mem-  
bra corporis, sed alia quævis, ut  
mensas καὶ θρόνονι περιουλλίας Home-  
ro. Martialis: 'Hæc tibi sorte da-  
tur tergendis spongia mensis Utilis,  
expresso cum levis imbre tamet.'  
Cujac. Obs. XIII. 18. Idem.

Ex aqua vero celesti imposita, &c.]  
Siccant in scripto codice, non seota;  
ut ad præcedentia pertineat. Pintian.

Vitia hulcerum] Pravos succos, sor-  
des, excrementa, saniem. Idem.

Africanæ cum porri] Quæ generan-  
tur in Syrtibus, lib. IX. Idem.

## LIBER XXXII.

PROEM. *Medicinæ ex aquatilibus.*

CAP. I. *De eckeneide pisce, et mirabili ejus proprietate, et torpedine et marino lepore, et mirabilia Rubri maris.*

*De eckeneide*] Vide IX. 25. Fracas-  
torium de Sympathia, cap. 8. Ronde-  
letium de Piscib. xv. 18. Ælianum de  
Animal. II. 17. Plutarchum Sympos.  
II. 7. Dalec.

*Pisciculus Eckeneis appellatus in se tenet, &c.*] Exemplar nostrum: *pisciculus eckeneis appellatur, cuncta in se tenuerat. Venti licet sciant, procellæ, imperat furori; scribendum forte: cuncta vi sua temerat. Venti licet sciant, procellæ, imperat furori.* Pintian.

*Astura*] Flumine et insula Circeis proxima. Dalec.

*Antium*] Antium (quondam Aphrodisium) civitas in rupe sita, maritima, ab Ostia distans stadis 260. portu carens, Romanis imperatoribus ad otium et rerum urbanarum vacationem præcipue selecta, ideoque frequentissimis et ornatissimis ædificiis exalta. Strabo lib. v. *Idem.*

*Novissime tum in urbem reversus ille imperator*] Quis non videt postrema dno verba adjecta esse expositionis causa ab aliquo, ut aiunt, glossatore? *Pintian.*

*Conchas quoque ejusdem*] Quod navem detinuerint portantem nuntios a Perianthro, ut castrarentur nobiles pueri. Supra IX. 25. Dalec.

*De ulla potentia naturæ atque effectus*] Voss. *naturæ ut quæ et effectus.* Legge, *de ulla potentia naturæ vique et effectus.* Andegav. *naturæ utque effectus.* Gronov.

*Venenum est altis in potu*] Tito rogante quo genere mortis obiturus esset, fatis responsum, Ulyssis modo periturum ἐκ τῆς θαλάσσης, nam pastiqacæ ictu exanimatus est: Titus vero marini leporis veneno, Domitiani fratris fraude dato. Rhod. xxvi. 30. Dalec.

*Eadem res in mari et tactu quidem nocet*] In scripto exemplari: *eadem res in mari. Nam et tactu quidem nocet.* Pintian.

*Vescitur eo unum tantum animalium*] Athenæus lib. VIII. etiam scarum lepores marinos venari, iisque pasci tradit. Dalec.

*Tenerescit tantum*] In mullorum carne maxime durities commendatur. *Idem.*

*Cætero moriuntur totidem diebus*] Sic apud Theoph. Hist. IX. 16. sumpto aconito par spatium interitus est temporis intervallo, post quod id effossum fuit. *Idem.*

*Mitulos*] Inepte quidam legebant, *vitulos.* Rondeletius, sed parum feliciter, cap. de phoca, reponendum censuit, *lepores marinos.* *Idem.*

*Pinguique ejus negotiatores et omnium piscium*] Voss. *pingit qua ejus mercatores in egotiato et omnium.* Men. et Gud. *pinguique ejus mercatores negotiator et omnium.* Academ. *pinguique ejus mercatores negotiantur et omnium.* Andegav. *pinguique ejus mercatores negotiator omnium.* Scribe, *pinguique ejus mercatores negotiales et horum piscium adipe camelos perungi,* nam ad hæc omnia ex superioribus intelligimus, 'Juba tradit.' Quod autem constanter hic legitur, *pinguique ejus,* ex eo

noscas licet *cetos* supra dixisse Plinium non numero plurativo, ut existimarunt etiam accuratissimi viri, sed singulari, ut Græci τὸ κήρος. Frustra quoque subjiciunt *cetum*; nam *cetos* tuentur optimi codices. Adde huc, quæ ad XXI. 13. diximus. Gronov.

CAP. II. *De ingenii et mansuetudine quorundam piscium, et ubi ex manu edant, et ubi responsa dentur ex piscibus.*

*Scarum inclusum nassis*] Ælianus Histor. Anim. I. 4. Plutarch. de Solert. Anim. Dalec.

*Lupum rete*] Ob eam causam apud Athenæum ἀβραξὶ δὲ πῶρων ἰχθύων σοφώτατος. Idem.

*Harenas arare cauda*] Mallem legeres, *harenam sulcare cauda*. Pintian.

*Atque ita conditum transire rete*] In vetere exemplari, *Atque ita candidum transeat rete*; scribo, *atque ita conditum transeat rete*. Idem.

*Quoniam sit dorso cullellato, &c.*] Lego: *quoniam sit in dorso cullellata ei spina, eaque, &c.* ex veteri exemplari. Idem.

*Totusque capite constat*] Imo potius *ventre*. Dalec.

*Ab hoc nave perfossas mergi*] De hac re vide historiam apud Ælianus Hist. Animal. XIV. 23. Idem.

*Ad locum Mauritanæ, qui Gotta vocetur*] Lege, *Ad locum Mauritanæ, qui Cota vocetur*. Notandum vero ita vocari et promuntorium, et ipsum sinum. Alibi Plinius XIX. 4. simpliciter æstuarium vocat, non addito nomine. Isaac. Voss. in Melam XVIII.

*In Labradii Jovis fonte*] Lego *Labrandii*, non *Labradii*, tum ex vetusto exemplari, tum ex Stephano, cui Labranda vicus est Cæræ. Confirmat id quoque Strabo quartodecimo, qui et mentionem facit templi Jovis. Pintian.

*Anguillas*] In Arethusa Siciliæ sicures et sacras fuisse Ælianus tradit Hist. Anim. VIII. 4. Dalec.

*Hæ et inares additas gerunt*] Idem

traditur de muræna Crassi, quam mortuam is flevit, et sepelivit. Idem.

*Nam in Lyciæ*] Varro III. 13. 'Nam ut Pausias, et cæteri pictores ejusdem artis, loculatas magnas habent arculas, ubi discolors sint ceræ, sic hi loculatas habent piscinas, ubi dispares disclusos habeant pisces, quos proinde ac sacri sicut ac sanctiores quam illi in Lyciæ, quos sacrificanti tibi, Varro, ad tibicinem Græcum gregatim venisse dicebas ad extremum littus atque oram, quod eos capere auderet nemo, cum eodem tempore offulas ludionum ibi corrosas vidisses, sic hos pisces nemo cocus injus vocare audet,' &c. Apud Athenæum lib. XI. in Lyciæ fons est mari propinquus Apollini sacer, Δῖνα Polycharmo, Δῖος Artemidoro, in quo piscibus e mari adnatantibus, qui oraculum adeunt, hostiarum primitias veribus ligneis transfixas offerunt, assidente sacerdote anguria captantes. Vide locum. Idem.

*Myris in fonte*] Supra XXXI. 2. fontis Limyræ meminit. Straboni lib. XIV. et Myra in excelso monte sita, et Limyra, clarissima sunt Lyciæ oppida, Ælianus Hist. Anim. VIII. 6. Lyciæ pagum eum Syrrham vocat, positumque esse inter Myra et Phellum tradit. Idem.

*Ampelon*] Sami promontorium. Id. *Porcum*] Rondel. XV. 7.

*Recentia effici constat*] Sic evanescente sale, ut eo condita nunquam fuisse videantur. Idem.

*Ni pollucerent patrimonia*] Vertranus apud Varronem hic legit: *Numa constituit, ut pisces qui squamosi non essent, non pollucerentur, commentus, &c.* Sextus Pompeius scribit pisces omnes squamosos polluceri præter sacrum. Lego, *pollucerentur sacris cæremoniis*. Vide Scalig. in Featum voce 'Pollucere.' Idem.

*Polluctum*] Alex. ab Alex. *pollinctum* legit, et funebrem cœnam interpretatur a pollinciendo. Budæus *pol-*

lactum restituit. 'Pollucere' ad sacra pertinet, libare, Diis offerre, votivum epulum facere. 'Polluctum' cœna lauta, epipara, et splendida, qualis esse solet in sacris epulis. *Idem.*

*In curulis*] Corallium inter gemmas recenset Theophr. libro *περὶ λίθων*, rubrum, rotundum, simile radici, ac eam eo comparat Indicam arundinem in saxum duratam. De corallo multa Orpheus libro *περὶ λίθων*. *Idem.*

*Et in Siculo circa Helian ac Drepanum*] *Culias*, non *Helian*, in scripto codice. *Pintian*.

*Forma est ei fruticis, color viridis*] Voss. tollit *rd ei*: dein *color*, ut semper alibi Plinius. Gronov.

*Exemplis confectum dantur et rubescunt*] Ovidius: 'Sic et corallium, quo primum contigit aras Tempore, durescit: mollis fuit herba sub undis.' *Dalec.*

*Hac de causa curalium vocitatum*] *Ὅτι ἐν ἑλί κορυφαίς*, quoniam in mari tenditur. *Idem.*

CAP. III. *De his, quibus in terris et in aquis victus est: et de castoreis medicinis, et observatione.*

*Quos castores vocant*] Arist. *Histor. VII. 5.* *Ælianus Hist. Anim. vi. 24.* *Idem.*

*Negat Sextius diligentissimus*] Credit Apuleius, qui *Asini lib. 1.* Thesalam venificam scribit, amatorem suam, quoniam alterius molles consuetudine usus fuisset, in castorem mutasse, ut amputaret sibi genitalia, si quando venatores insequerentur. *Idem.*

*Ne vesicas quidem esse*] Quæ testes circumdant castoris; verum si duplices sunt, falsas quoque esse. *Idem.*

*Quod nulli animalium*] Nulli animalium, nedum castori, contingit, ut testes habeat diversis ac divisim membranis sejunctos. Est unicam ac simplex scrotum, itemque darton: id est, quod ait Dioscorid. eligendos ex uno ortu connexos: fieri enim

*Delph. et Var. Clas.*

non posse, ut folliculi duo in una membrana conjuncti reperiantur. *Id.*

*Liquorem*] Pinguem et oleosum. *Idem.*

*Cum sale Hammoniaco*] Vel ammoniacum cum sanguine et castoreo subtractum ita exiccantes. Diosc. *Idem.*

*Corrumpti fraude conicientibus gummi cum sale Hammoniaco*] Hermolaus Barbarus veterem lectionem esse monuerat non *cum sale*, sed *cum sanguine*; et eam se probare ex Dioscoride, qui hæc ipsa fere ad verbum tradat. Ecce alius, sive is Dalecampius est, qui ad marginem corrigi: *corrumpitur fraude conicientium* (hoc ex Pintiani cod. et Chiflet.) *gummi aut hammoniaco cum sanguine et castoreo, quoniam*. Dioscoridis verba sunt II. 26. *Δολοῦσι δὲ τῆς ἀπὸ ἀμμωνιάων ἢ κόμμι συμπυκνωμένον αἵματι καὶ καστορέω ἐρχόμενος εἰς φέρεσθαι καὶ ἐρησίζουρες*. Voss. *conicientium cummim cum sanguine aut hammoniaco*. Scribe, quod ipsum *corrumpi fraude conicientium gummi cum sanguine aut ammoniacum*; nam *corrumpi* mutandum non est, quum ad id intelligatur, 'tradit Sextius diligentissimus medicinæ.' Gronov.

*Tunicis circumdati*] Naturalibus suis tunicis circumdati. Diosc. id est, elytrōide, quæ utriusque testi sua et peculiaris est. *Dalec.*

*Odoris gravis*] Qua de causa 'virrosa castorea' Virgilius appellat. *Idem.*

*Efficacissimi e Ponto Galatiæ, mox Africa*] Scribe cum Voss. e *Ponto Galatiæque, mox Africa*. Statim Vossiani duo, et bis eadem verba referens melior, *sternumenta*. Gronov.

CAP. IV. *De testudine, et multorum piscium medicina, et observatione.*

*Geminus similiter victus in aquis terraque, &c.*] Legend. *Geminus similiter victus in aquis terraque et testudinum, effectus quoque par, in honore habendo vel prosper excellens in usu pretium figura camero*. Vide Salmas. p. 1122. b.

*Plinius,*

16 M

*Effectus quoque pari honore habendi]* In apographo nostro, *effectusque par honore habendo*; sicque fere habent Romana et Parmensia exemplaria. *Pintian.*

*Pretium]* Ad intestina variz suppellectilis opera. Earum cortices sive putamina secabantur in laminas, quibus lecti vestirentur et repositoria. ix. 11. *Dalec.*

*Naturæque proprietatem]* In scripto codice, *figuraque proprietatem.* Parmenses et recentiores nonnulli codices, *figuræque proprietatem*; ut scribendum putem, *figuræque lyrae proprietatem*; ad exemplar enim testudinis lyram Mercurium excogitasse ferunt. Hyginus de testudine lyram fecissae Mercurium prodit. *Pintian.*

*Marinarum carnes]* Mures marinos prisca appellaverunt. Hiue Plautus festive sic piscatores vocat, quod illarum modo, velut animantia quaedam *ἡμάρβια*, partim in aquis degant, partim in terra: 'Salvete mures maritimi, conchitæ, atque hamiotæ, Fæmelica hominum natio.' *Dalec.*

*Alopeciarum inanitas et porrigo]* *Pu-rigo*, non *porrigo*, in veteri codice; et statim post sanantur, non curantur. *Pintian.*

*Miscetur autem sanguis heminis, &c.]* In eodem: *Miscetur autem sanguinis heminis tribus, caeti hemina, vino addito. His et cum hordeacea farina.* Idem.

*Dein post aliquot dies vespera]* Deest verbum *bina*, ex eodem: *Deinde post aliquot dies bina vespera.* Idem.

*Dein post aliquot dies vespera]* Scripti quatuor, *dies die vespera.* Præcipuus, *dein post aliquot dies bina vespera.* Dictum erat ante, 'Hæc singula et matutina et vespertina dantur.' *Reperies et apud Pintianum. Gronov.*

*Quod si dentes per annum colluantur testudinum]* Scribo, *Quod si dentes ter anno colluantur, &c.* ex eodem. *Pintian.*

*Sed dix in vino testudinem excoquunt]* *Sed vino testudine excoquunt*, in eodem; cætera supersunt. Et statim post, *oculorum utique, non oculorum quoque.* Idem.

*Oculorum quoque vitia]* *Vosa. Oculorum utique vitia*; ut et *Pintiani. Gronov.*

*Suffusiones etiam marinæ fol cum fluviatilis]* Duo prima verba ad præcedentia attinent; reliqua sic legito, *Marinæ felle cum fluviatilis sanguina, &c.* ex eod. *Pintian.*

*Capillus mulierum]* Duo prima verba superioribus applica; cætera scribe sic: *Fel contra Salamandras vel succum decoctæ bibisse, satis est*; et statim mutato ordine lege, *Tertium genus testudinum est*, ex eod. *Idem.*

*Inscitur felle]* Luteo et aureo colore, sive flavo tingitur. *Dalec.*

*Nec convexo incurvo calice]* *Vosa. nec convexo corvata calice.* Quod est, *curvata.* Gronov.

*Pituitas]* Quidam *pituitas* exponunt, *ἔκσθημα*, pituitæ eruptiones: sanguinem autem vitiatum, in ecchymomata et livores effusum. Alvi dejectionem potius intelligendum puto, quod ostendit proxime sequens oratio: sanguinem vitiatum, in grumos concretum. *Dalec.*

CAP. V. *De aquatilibus, remedia in morbos digesta: et prima contra venena et venenata animalia.*

*Supercordis palpitationem]* Ad mammam sinistram, qua cordis motus et pulsatio sentitur. *Idem.*

*Sunt quæ in vepribus tantum vivunt]* Lib. VIII. c. 31. Rubetis vitam esse et in terra et in humore antea scripsit. *Idem.*

*Quas Græci phrynos vocant]* Buffones quidam vocant, vulgus Gallicam *Crapanz.* Idem.

*Geminis veluti cornibus]* Extuberantibus ossibus, in quibus oculi reconduntur. *Idem.*

*Apocynon vocari]* Quia canum impetus frumat. *Idem.*

*Coluber est in aqua vivens*] Omnes quinque, *Colubra in aqua vivens*. Sed et quod præcedit Voss. *Idem his raris*; deinde, *auxiliatur vero etiam efficacius est*. Alii quatuor: *Item his raris hienem, &c. auxiliatur secur vero etiam efficacius*. Menap. et Gud. quoque *efficacius est*, et Andegav. qui et *auxiliatur*. Lege: *Idem, de his raris hienem contra venena, quas stant ex ipsis, auxiliari; cor vero etiam efficacius*. Est colubra in aqua vivens. Malunt autem veteres sæpe 'colubras' quam 'colubros.' Sic infra c. 7. 'Enhydria vocatur a Græcis colubra in aqua vivens.' Sic Pintiani, Chiffet. quatuor nostri: c. 9. non aliter, 'aquaticæ colubræ.' 'Idem' putata 'tradunt auctores.' Gronov.

*Hujus adipem et fel habentes*] In scripto exemplari, *Hujus adipe et felle habentes, &c.* Verbum *habentes* putamus falso adjectum. Pintian.

*Scytalen*] *Σκυτάλη, μυγάλη*, seu *μυγάλη*, mus araneus. Columellæ, capite decimo septimo libri sexti, serpens exitiosus. Lucanus: 'Et scytale sparsis etiam nunc sola pruinis Exuvias positura suas.' Dalec.

*Suesque percussas*] Et si quando hyoscyma per imprudentiam de pasto posteriores corporis partes resolutæ fuerint. Ælianus Var. Hist. 1. 7. *Idem*.

*Nilo quidem peculiare sunt*] Inter reliquos fluvios; nam in alios nullos amnes e mari subeunt, quam Nilum: et in alio nullo fluvio sponte gignuntur, quam in Nilo, qui etiam in palude origini sue vicina multos creat, v. 9. Strabo inter alios pisces Niloticos præcipue coracinum memorat lib. xvii. In Danubio etiam capi, ac vivere, scribit xiv. 28. *Idem*.

*Carnes eorum adversus scorpiões valent impositæ*] Coracinum piscem adversus formicas arborum valere scribit Palladius; quo loco in exemplari vitioso legitur, 'coracinam piscem.' Rhod. xii. 5. *Idem*.

*Poti hippocampi*] Apud Ælianum xiv. 20. piscator Cretensis filios, a canicula rabiosa morsos, hippocampis, abjectis ventriculo et intestinis, quæ sunt venena periculosissima, sanavit, partim assis et in cibo datis, partim cum acetate et melle tritis, plagæque impositis. *Idem*.

*Et iis qui succum Carpathii biberint*] Exemplar nostrum *Carpathi* præfert, non *Carpathii*; neutra lectio vera: scribendum *Carpati*, ex Dioscoride sexto, et Paulo Ægineta quinto; qui tamen *Carpesiam* vocat, non *Carpatum*: et statim verbum *ejus* eradendum, ex eodem. Pintian.

CAP. VI. *De ostreis et purpuriis, et alga, et eorum remedia.*

*Idem videtur, nec potest videri satis dictum, &c.*] Locus miserabiliter depravatus. Apographon nostrum: *Id ne potest videri, satis dictum esse de his, &c.* legendum opinor: *Fidem nepotes vestram, satis dictum est de his, &c.* ut sit interrogatio ducens ad negationem. Quintilianus in declamatione, Cæcus in limine: 'Fidem vestram judices, ut nobis prosit argumentum criminis nostri.' Et in Mathematico: 'Fidem vestram P. C. ne quid amplius de misera pietate speretis,' et alias subinde. Hoc autem verbo 'nepotes' et 'nepotatores' utitur frequenter Plinius, cum Romanorum mores luxumque incensit; ut paulo post, 'Nec non inter nos nepotis ejusdam nomenclator,' &c. Item, *attribuatur* legitur in eodem, non *tribuatur*; et paulo post, *Ideo pelagia*; redundat *ideo*. *Idem*.

*Contra leporis marini venena et ostrea adversantur. Item videtur*] Verbum ultimum non habent Voss. Chiffet. Pintiani codex; qui omnes etiam, ut et alii nostri quatuor, *idem*. Unde Pintianus: *Fidem, nepotes, vestram, satis dictum est de his*: elegantius quam vere. Me quoque offendebat genus loquendi, *adversari contra venena*. Etsi haud ignorem Plauti in Mercat. 'no-

lo advorsari tuam advorsus sententiam.' Sed placet conjungi principium hujus capitis cum fine superioris, hoc modo: *Et cancri marini decocti jus contra dorycnion efficax habetur; peculiariter vero contra leporis marini venena. Et ostrea adversantur iisdem. Nec potes videri satis dictum esse de his.* Gronov.

*Cum palma mensarum diu jam*] Apud Macrob. Saturn. lib. III. in pontificiæ cœnæ apparatu primum apponuntur echini, ostreae crudæ, pelorides, spondyli. *Dalec.*

*Et ubi plurimi influunt annes*] Vide IX. 54. Arist. Hist. I. 6. et V. 15. *Id.*

*Grandescunt sideris quidem ratione maxime*] Luxatus est ordo verborum. *Lege, Grandescunt quidem sideris ratione maxime, ex vetusto exemplari. Pintian.*

*Multo lacte prægnantia*] Humorem intelligit lacti similem, fœtificum, quem in ostreariis compertum ex ostreis effluere tradidit IX. 51. Tom temporis Athenænsis snævissima esse scribit, *πλήρη, plena, θαλασσίφορα, mare sapere, non cœnnum aut limum. Dalec.*

*Hæc videtur causa quare minora in aliis locis reperiantur*] In vetusto exemplari non in aliis locis habetur, sed in alto; nam si grandia reperiuntur ubi sol penetret in vada, consequitur ut in alto, quo sol non penetrat, parva reperiantur. *Pintian.*

*Quare minora in aliis locis reperiantur*] Nusquam τὸ locis. *Andeg. Men. Gud. in aliis reperiuntur opacitas prohibet. Acad. in aliis reperiuntur opacitas inhibet. Primarius: causa ista alio quare minora in reperiuntur opacitas cohibet. Quorum solum cohibet ex Chiff. notarunt. Potest autem edidisse auctor: Hæc videtur causa, in situ alio quare minora reperiantur. Opacitas cohibet incrementum et tristitia minus adpetunt cibos. Plinianum, ut quod maxime, in situ alio. Vide ad XXI. 31. Gronov.*

*Et tristitia minus appetunt cibos*] *Tristia, non tristitia, scribendum ex eodem. Pintian.*

*Circeis*] Horatius: 'Ostrea Circeis, Miseno oriuntur echini.' *Dalec.*

*Spondylo brevi atque non carnoso, nec fibris lacinioso, ac tota in alvo, &c.*] *Spondylus* in ostreis est τράχηλος Græcorum, quem vult brevem et callosum magis esse quam carnosum. *Fibræ, quas ambit crinis purpureus, sunt τὰ μικρόνια. Vide Salmas. 1172. a. Spondylo brevi*] Interioris carnis solido callo. *Dalec.*

*Calliblephara appellantes*] Sic Hermolans, cum esset, *callibia parata. Voss. callibia pharata. Andegav. et Gud. callybie parata. Acad. callybio perata. Menap. callibie parata. Scribe, calliblepharata appellantes; nam calliblepharum est ipsum ornamentum: quo quæ insignita sunt, merito appellantur ostrea calliblepharata. Gronov.*

*Edulis*] Vetus codex, *Suaviora Adultitia. In sinn maris rubri oppidum Adultiton, conditum a servis Ægyptiorum, a dominis profugientibus. Populus Adultitæ, VI. 28. Invenio, sed nullius auctoris testimonio, et Eduillos montes Tarraconensis Hispaniæ, qui hodie Moncaio vocentur. Dalec.*

*Lucensibus*] Lucensis conventus in Hispania citeriore supra III. 3. Hodie vocari sicut, *Macarin di Catalogna. Idem.*

*Coryphantenis*] Coryphanta Bithyniæ oppidum. Coryphas oppidum maritimum, V. 30. *Idem.*

*Necnon inter nos nepotis ejusdam nomenclator tridacna appellavit*] In veteri codice, *Nec nos inter nos nepotis ejusdam nomen celaturi tridacna appellavit. Pintian.*

*Molliunt album leniter*] Succo suo nitroso: sistunt vero dura carnis suæ pulpa. *Dalec.*

*Uti clausa venerint*] Succo suo madentis, nec disclusis testæ suæ valvis excitata. *Idem.*

*Distillationibus prosunt*] Tenuibus:



succi quem gignunt crassitie. *Idem.*

*Plura ejus genera*] Ex his generibus algæ, primum paleam marinam vocant; secundum, ζωστήρ est; tertium, alga lactucacea; quartum alga fœniculata tinctoria, quam et scorpionium icibus mederidictum est XXVII. 7. *Idem.*

CAP. VII. *Ad alopecias, et capillos, et oculos, et aurium et dentium, et faciei vitia.*

*Præparat cutem sepiarum crusta farina medicamentis. Cutem replet et muris marini cinis*] Aliter apographum nostrum: *Præparant autem sepiarum crusta farina medicamentis cutem, et maris marini cinis*; ut superfluat verbum replet, ex eodem. Ego vero et illud medicamentis falso additum suspicor. *Pintian.*

*Cutem replet*] Pilo vestit. *Dalec.*

*Callionymi*] Testudinis coriaceæ apud Rondeletium. *Idem.*

*Supervacuas consumis*] Supra modum excrecentes, ut cicatrices in ulceribus relictas, pterygia carnosæ. *Idem.*

*Nulli hoc piscium copiosius*] Id ipsum tradit Arist. item et Ælianus Hist. Animal. XIII. 4. quo loco citantur versus Menandri ex Messania: Τίθημ' ἔχειν χολήν σε καλλιωνύμου Πλαίου. Et Anaxippi in Epidicazumeno, Ἐάν με κωῆς, καὶ ποθήσεις τὴν χολήν Ἀπασαν, ἵσπερ καλλιωνύμου ζῆσαι. *Habere censeo te callionymo fel copiosius. et, Si moveris me, feceris statimque fel fervere Totum, more callionymi.* *Dalec.*

*Ab oculo quem in capite habet*] Lego oculis, quos: nisi sit numerus δωαλλαγή. Lego præterea, quos in superiori capite: alioqui hoc non foret eximium, cum et alii pisces oculos in capite habeant. *Idem.*

*Pectinoculi salis*] Tellinæ, Diosc. *Idem.*

*Diopetes et calamitas vocant*] De his agitur infra c. 10. Διοπετῆς dicuntur, quod a Jove plui ac immitti fuerit opinio: quod falsum esse docet Theophrastus in fragmento περὶ τῶν ἄρρῶν

φαινομένων. Alii legunt *Dryopnitas*, in arboribus nascentes. Διοπετῆς aquationibus fere autumnalibus gignuntur, et nonnunquam e cælo decidunt. *Idem.*

*Cum lacryma*] Apud Galen. κατὰ τότους, lib. IV. Archigenes remedium hoc ex Papiæ medico Laodicensi refert, sed pro lacryma vitis, chamæleon albus requiritur, et illic scribitur. *Idem.*

*Vitis*] Albæ, ut paulo post, bryonia. Diosc. psilothrum est. *Idem.*

*Sepiæ cortex*] Sepiæ os, observat. Ἰστυρακὸν Dioscor. *Idem.*

*Imposito mitigant nocte*] Cum lacte. *Idem.*

*Eadem cortice et nyctalopes curantur in farinam trita et ex aceto illita*] Masculino genere in vetusto codice semper, eodem, trito, illito. *Pintian.*

*Squamas*] Oculorum. Squamas, vel πτερόγυια, vel λευκόματα, apud Diosc. vel furfures capitis πύρρα. *Dalec.*

*Ichthyocolla appellatur piscis*] Exos Rondeletio lib. de Pisc. fluvi. cap. 8. *Idem.*

*Tetanothris*] Quæ faciei cutem erugant ac extendunt. *Idem.*

*Nativi coloris pannu*] Fusco, citra tincturam, lænæ proprio colore. *Id.*

*Est parva rana*] Calamites infra cap. 10. quoniam inter arundines fruticesque vivat. *Idem.*

*Muta ac sine voce*] De hac vide Rondeletium. Rubetarum modo venenata est. Alia est dryophites viridis, descripta eod. capite. *Idem.*

*Hujus corporis humorem specillis, &c.*] Est autem specillum instrumentum iungendis oculis aptum: quemadmodum legimus VII. 53. 'C. Julius medicus dum iungit, specillum per oculum trahens.' *Gelen.*

*Specillis*] Scalpellis, ταῖς σμίλαις. Plinius legit ταῖς μήλαις. *Dalec.*

*Juncis confingunt quidam: succum earum, qui ita effluerit, admiscunt lacrymæ, quæ ex alba vite manat*] Brevius et magis ex Pliniana dignitate in

scripto codice: *Junciis configunt quidam, succoque earum, qui ita effluerit, admiscunt vitis alba lacrymam.* Pintian.

*Succumque earum, qui ita effluerit, admiscunt lacrimæ, quæ ex alba vile emanat]* Vossiani duo succoque: deinde mellior admiscunt viti salvat lacrymam. Scribe: *succoque earum, qui ita effluerit, admiscunt vitis alba lacrymam, atque ita palpebras emendant.* Quod et Pintiano visum. Gronov.

*Idem tæniæ jecur siccatum pondere X.* IV.] Tæniarum hepata anatomici tam facile scil. ostenderint nobis quam calicum adipem: *thynnorum* volumus. Sic enim cap. 10. 'Pailothrum est thyuni sanguis, fel, jecur,' &c. Tò X nota est χαλκοῦ, seu ærei, quam Græci ita figurabant. Vide Reines. Var. Lect. II. 7. pag. 174.

*Item tæniæ jecur siccatum]* Sic Hermolans, aut *chamaæ*, pro vulgato *cheni*. Reinesius Var. Lect. II. 7. emendat *thynni*. Vere, ut puto; nam Voss. *theniococonsiccatum*. Quod est, *thynni siccatum*. Ita enim idem codex sæpe pro *jecur*. Acad. *cheni jecur siccatum*. Acad. Men. et Gud. *theni*. Sed hoc vento projectus idem vir eruditissimus, Illustremus etiam, ait, Plinium de dosi medicamenti seu pondere, quod nou ab omnibus intelligi scimus. Illustrat autem ita, ut τὸ X notam velit esse χαλκοῦ sive ærei, quam Græci sic figurant χ, proque ea Latini editores Plinii suæ linguæ X quasi *ισοδοσιμωσαν* substituisse: chalcos autem seu æreos quatuor ponderare obolus, seu scrupulum dimidiatum. Jejune admodum, et non pro Reinesio; nam obolus (qui sane dimidiatus est *scripulus*, non *scrupulus*) octo chalcos Athenis habebat. Galenus de pond. 'Ὁ γὰρ ὀβολὸς ἔχει χ η'. Paulus Ægineta: 'Ὁ δὲ ὀβολὸς κεράτια γ' τὸ δὲ κεράτιον χαλκοῦς δύο διμοίρων δ γὰρ ὀβολὸς ἔχει χαλκοῦς ὀκτώ. Cleopatra: 'Ὁβολὸς ἔχει θέρμον α' ἡμισυ, κεράτια γ', χαλκοῦς η'. τὸ ἡμιωβό-

λιον ἔχει κεράτιον α' ἡμισυ, χαλκοῦς δ'. Alius: ὁ χαλκοῦς ἔχει ἡμιωβόλιον τὸ τέταρτον, ὅποτε τοὺς τέσσαρας χαλκοῦς ἔχει τὸ ἡμιωβόλιον. Hæc saltem communis et usitatissima ratio: etsi Plinius decem, alii sex chalcos interdum obolo assignent. Nec vero X est nota chalci, sed χ. Poterat e Paulo ab Ægina nosse: Πρῶτον μὲν οὖν τὸ χ στοιχείον ἔχον ἐπιεικόμενον αὐτῷ τὸ εἰλαφα, χαλκοῦν σημαίνει. Denique Plinii editores, sive Latini, quos ille appellat, sive Galli, sive Germani, novebant, nihil exemplaribus ejus esse vulgarius, quam per X significari Æ denarium vel drachmam: et ita hic quoque *pondere X. IV.* esse pondere denariorum vel drachmarum quatuor. Gronov.

*Banchi]* Lego *Bacchi*: Myxona Bacchum olim nominarunt, vel quia caput ut vino conspersum rubet circa labra, et opercula branchiorum: vel quoniam ebriorum modo temere huc illuc natando fertur. *Dalec.*

*Et per se conchylis infecta, &c.]* Crito κατὰ τόπους, lib. III. κροκίδα κορχυλλου, quemadmodum eodem lib. Andromachus κροκίδα πορφυράς, floccum sive tomentum lanæ purpura tinctæ vocat. Aëtius vocat ἔριον πορφυρόν, tam etiam πτόγμα πορφύρας ἔριον. Alii πλάκα, πλάμα, στρόφιον. *Idem.*

*Gari excellentis sociorum cyathum]* Verbum *sociorum* non habetur in vetere exemplari. *Pintian.*

*Pastinaca quoque, &c.]* Celsus v. 9. Et plani piscis, quem *pastinacam* vocat, τρυγῶνα Græci vocant, aculeus torretur, deinde conteritur, resinaque excipitur, quæ dentl circumdata hunc solvit. *Dalec.*

*Salsamentorum etiam, &c.]* Galen. κατὰ τόπους, ad finem lib. v. ad oris jucundum odorem, dentiumque dolorem ac splendorem, salsamentorum cybiique cinere utitur. *Idem.*

*Fortioribus stomachis ex jure edendas dabal]* Quatuor scripti, *medendas. Optimis, mandendas*; ut et Pintiani

codex. Gronov.

*Enhydria vocatur*] Enhydria Arist. Histor. 1. 1. lutra: Plinio serpens aquaticus, matrix, quem et hydram vocat sequenti capite ab hoc altero, nisi mendosus locus sit. *Lutras canes fluctatiles* Ælianus vocat Hist. Animal. xiv. 21. Dalec.

*Mænarum cinis cum mellis obolis terwis*] Omnes quinque, *Mænarum*; sic et cap. 8. *Mænarum maris et ospitum cinis*, non Chiffet. modo, sed Vossianus, Academicus, et Gudianus. cap. 9. 'Mæne salsam cum felle taurino ihibitæ umbilico.' Et, 'cinis ex capite mænarum.' Gronov.

*Ilithus*] Et affricatus, quas exhalaretur pars. Dalec.

*Quidam delphini jecur in fectili torvent*] *Delphinum*, non *delphini*, scribe, et verbum *jecur* detrahe ex scripta lectione. Pintian.

*Colycia*] Quidam legunt, nec sine probabili conjectura, *cochlidia*, alii *corythia*, ut *cochlidia*, quoniam minima sint in muricum genere, dicantur: *corythia* vero a similitudine quam habent *ὄν τῆ κόρυθι*, id est, cum *gules*, sive *causide*, a qua *κορυθολος* Hector Homero dicitur. Talem cochleulam pinxit Rondeletius ultimum ex quinque, cap. de turbinibus intra spongas viventibus: *κόρυθι* certe, a quo vocabulo duci posset *κορυθίων*, concharum generis sunt, non muricum aut turbinatorum. *Κορυφαία* pro *corythia* Rondeletius legit, quod in marginibus verticibusque extremis extantibus aculeis armata sint. Aristotelis aporrhides. Hic murex genus est ad turbinatas omnes conchas. Dalec.

*Drin contusa, colluta, et subacta*] Verbum *colluta* non est in nostro exemplari; et paulo post, *tumida ulcera*, non *humida*. Pintian.

CAP. VIII. *Promiscua medicina.*

*Quidam maris lanugine*] Pruinosa tenuitate et flore. Sic vocat ἄλδς ἔχρη Homerus: ἀνοιγίμ δ' ἄλδς ἔχρη.

Virg. 'salsa spumant aspergine cautes.' Dalec.

*Attalus thynni recentioris adipe ad ulcera*] In nostro exemplari, *Attalus thynni adipe recenti ad oris ulcera*. Pintian.

*Scari piscis marini jecturibus*] *Sauri*, non *Scauri*, nec *Scari*, in eodem: confirmatur et Athenæi auctoritate libro septimo. Idem.

*Spasticis*] Aliam partem corporis privatis convulsionibus. Dalec.

*Suspiciosus castoreum cum hammoniaci exigua portione, &c. utilissime potatur*] Quatuor scripti *castoreo*, tres *utilissima tota*. Andeg. *utilissima ole eadem potio*. Præcipuus *castoreo*, tum *utilissime pota*. Scribe, *Suspiciosus castoreo cum hammoniaci exigua portione ex aceto mulo jejunis utilissima potu*. Gronov.

*Spasmus stomachi*] Vehementiores singultus, quorum importunitate ægri convellantur. Dalec.

*Suspensa autem pedibus*] Suspenduntur et a Sallustio Dionysio, ut ex ore virus defluat, proxime præcedenti capite. Idem.

*Exenterari jubentur*] *Exenterari* in vetusto codice. Notanda orthographia, quod videlicet Latine dicantur 'interanea.' Pintian.

*Est rana parva arborum scandens*] Differt hæc a rana viridi descripta loco citato. Rana hæc dryophites est Rondeletii. Dalec.

*Tussis cruenta*] Sanguinis reiectione: *τῆ τοῦ αἵματος ἀπαγωγῆ, καὶ ἀναφορῆ*. Idem.

CAP. IX. *Ad jecturæ vitia laterumque, ad stomachi, alvi, et alia promiscua medicina.*

*Concha longa*] *Σωλήνος, ἀλοῦ, δέφανος, ὄνυχος*, tot nominibus a Grecis vocatur. Idem.

*Otus marinum*] Brassica silvestris in maritimis nascens. Silvestris brassica sativæ quidem similis est, sed amara, hirsuta, candida; brassica vero marina sativæ omnino dissimi-

ha, stomacho inimica propter acrimoniam: estur cum pingui carne. Hæc Plinius pro suo more oscitanter confundit. *Idem*.

*Additis oleo et sale*] Tale est album jus, toties a Galeno memoratum. *Id.*

*Myaces*] *Μύακες* generis nomen complectitur *μύας*, grandiores, ampliores, majores, longiores. Ii sunt Latinorum *mytili*. Continet et *μύλας*, sive, ut legit Hermolaus, *μύσκακας*, sive, ut Rondeletius, *τοῦς μύσκακους*, minores, rotundiores, Latinorum *musculus*. Athenæus distinguit in mares et fœminas, *τοῦς καὶ τὰς μύας*. Porro purgare, ut et peloridas, echinos, ostrea, Celsus scribit lib. II. *Idem*.

*Multa dulcis aqua miscetur mari*] Quoniam eorum succus alioqui, ut scribit Athenæus lib. IV. est *σικκῶδες*, id est, acer, mordax, ingratus. *Idem*.

*Pituitæque pulmonis*] Morbis pulmonis e bilioso et pituitoso succo genitis. *Idem*.

*Cinis eorum potus emendat caligines*] *Lotus*, non *potus*, in apographo nostro; cui lectioni suffragantur verba infra paulo sequentia, 'Lavantur quoque plumbi modo ad genarum crassitudines.' *Pintian*. *Cinis eorum potus emendat*] Nihil Diosc. Illinitur, aut instillatur convenientius. *Dalec*.

*In mutulos*] *Μύακας*. Horatius: 'si dura morabitur alvus, Mutulus et viles pellent obstantia conchæ.' Athenæus I. III. *μύτλον* interpretatur *τετράλιπνον*. Cato de Re Rustica CLVIII. 1. 'Alvum dejicere hoc modo oportet: Sume tibi, &c. mutulorum I. II. piscem capitonem.' Victorius III. 13. *Idem*.

*Myacas*] *Leg. Myacos qui, &c. hirti*. Rondel. *myacos* parvos *μύας* hirtos esse dicit, quoniam testa foris nigra fere semper musco aut lanugine obducitur. *Idem*.

*Qui vehementius volunt uti, addunt cucumeris sativi radices sicca drach-*

*mam*] Verbum uti non legitur in vetusto codice; et *siccata*, non *sicca*, scribendum. *Pintian*.

*Cucumeris sativi radices sicca drachmam*] Voss. *siccata*. *Lego siccata*, ut et *Pintianus*. *Gronov*.

*Tethæa*] *Leg. Tethya*, et mox, *hæc, &c. sugentia*. Plinius Græcorum neutrum genus *Τήθυα* vertit in fœmininum Latinorum. Nominis ratio est, quod *τηθίζω*, id est, nutricum, mammis similia sint. *Dalec*.

*Salsamentum*] Præsertim ex aphyis, et aliis tenellis pisciculis. *Idem*.

*Item rhombus vivus*] *Strombus*, non *rhombus*, in antiquo exemplari; est autem *strombus* piscis genus, ut constabit ex ultimo capite hujus voluminis, et ex aliis scriptoribus. *Pintian*.

*Blenniorum cinis*] *Magilum myxonum*; de quibus lege Rondeletium. *Belennos* Oppianus vocat. *Dalec*.

*Donacas*] *Δόνακας*, a figura cavæ et crassæ arundinis, quæ apud flavios nascitur; *ἀλόδης*, quod tabæ modo sculpti sint; *δονάκας*, a colore et figura extremis unguibus nostris simili, qua de causa et *δάκτυλοι*, id est, *dâgiti*, vocantur IX. 6. et hujus libri cap. ult. *Diphilus* Siphæius apud Athenæum I. II. ait *σκληρὰς ἐσθέρους ἐλ- ναι λιθίωσι καὶ δυσουροῦσιν*, utiles esse calculo et urinæ difficultati. *Dalec*.

*Sepiæ quoque ova*] Paulo ante id jam scriptum fuit. *Idem*.

*Jecur quoque aquatilis colubri*] Verbum quoque redundat. et *aquatilæ colubræ* sexu fœminino, in eodem, ut supra capite 7. 'Enhydri vocatur a Græcis colubra in aquis vivens;' sic enim ibi legendum ex vetusto codice. *Pintian*.

*Sciænæ*] Umbra: *Monpensulanis, Pois rey*, piscis regius. *Dalec*.

*Ceræ et thuris drachmas XX.*] Paulo lib. VII. describitur confectio *διὰ τῶν θερπύκων* hoc modo: 'Cadmithuris sing. unc. I. cineris ostreorum unc. III.' *Idem*.

*Aut squatina piscis cutis combusta*]

Dele verbum *pisca*, ex antiquo codice; et paulo post, *Zmarides*, non *smarides*, antiqua orthographia. *Pintian*.

*Bryon*] Alga lactucacea. *Dalec*.

CAP. X. *Ad febres omnium generum, et contra diversas infirmitates.*

*In frigidis febribus*] Cum extre-  
morum refrigeratione invadentibus. *Id*.

*Magi quoque oculis earum ante Solis ortum adalligatis aegro, ita ut cæcas dimittant*] In scripto codice: *Magi oculis eorum ante Solis ortum alligatis aegro, ita ut cæcos dimittant*; et paulo post, *alligatos* legito, non *adalligatos*; et confestim, in *lethargumque vergentibus*, dele conjunctionem *que*. *Pintian*.

*Lusciniæ*] Quoniam lusciniæ noctes totas insomnes canunt. *Dalec*.

*Et spondylus per se adalligatus*] Τρῶχλος Athenæi. Vide Rondeletium. *Idem*. *Et spondylus per se adalligatus*] Scribendum *per se*, non *per se*, ex eodem. quod alii etiam annotarunt. *Pintian*.

*Strombi*] Στρώβηλοι, turbines. Vide eundem. *Dalec*.

*Prodest et febrī ranarum fellis cinis*] Scribo, *prodest et fibrinarum pellium cinis*, ex vetusto codice. De fibrinis pellibus capite antecedente non longe a fine: 'Fibrinis quoque pellibus calciari,' &c. Mentio quoque earum paulo infra. *Pintian*.

*Prodest et febrī ranarum fellis cinis*] Quatuor scripti, *fellium cinis*. Voss. *fibrī ranarum pellium*. Nihil hic voluit de febrī, nihil de felle ranarum. *Lege*, *Prodest et fibrinarum pellium cinis*. *Infra*: *Fibrinarum pellium cum pice liquida combustarum cinis*; et hoc *Pintianus*. *Gronov*.

*Nerves vel præciosos purpurarum calicem*] Intelligo autem operculum, quale et in terrestribus cochleis conspicimus, quoties intra calicem contractæ suo succo victitant. *Gelen*. *Nerves vel præciosos*, &c.] *Leg*. *vel præ-*

*cisos*, id quo *purpura cavum suum operiunt*. His intelligit purpurarum τὸ πῶμα Galeno: τὸ κάλυμμα, ἐπικάλυμμα, ἐπίπυγμα Aristoteli. *Dalec*.

*Letargicos coagulum vituli adjuvat in vino potum*] Ex Chiffi. notant, *Tethanicos castoreum*. Voss. *Tetanicos coagulum vituli adjuvat ex vino intum*. *Lege*, *Tetanicos coagulum vituli adjuvat ex vino inlitum*. XXXII. 7. 'Datur tetanicis et spasticis.' XXVI. 12. 'Peucedani succo perunguntur spastici, tetanici.' Mox Voss. duo: *Tremulos castoreum, si ex oleo perungantur, sine τῷ juvat*. Satis est paullo ante poni *adjuvat*. *Gronov*.

*Minima omnium et viridissima cinerem fieri jubent*] Tres membranz, *viridissima sanguinem cineremque fieri*. Men. *sanguinem cinerem fieri*. Voss. *viridissima sanguinem cinerem vel fieri*, Scribo, *sanguinem cineremque fieri jubent*; præcessit enim, 'ranarum illiunt cinerem vel sanguinem arefactum.' *Idem*.

*Quod admissa semel desiderium*] Præsertim aperiendis mariscis. *Dal*. *Messalinum*] Ejus mentio fit x. 22. *Idem*.

*Invehunt virus remedio verso*] Inveniunt, non *invehunt*, in apographo nostro. Quid si scribas, in veneni *virus remedio verso*? *Pintian*.

*Alibi quam in Nilo nascitur*] In *Manno*, vel, ut alii legunt, *Rheno Germaniæ*, supra ix. 25. *Dalec*.

*Hulcera quæ serpunt et quæ ex iis excrescunt, ex capite manarum cinis*] In scripto codice: *Ulcera quæ serpunt, et quæ in iis excrescunt, capitis manarum cinis*; ut non multo infra, *capitis manarum cinis cum allio tritus*, &c. *Pintian*.

*Ex iis excrescunt*] *Supercava carne*, τῇ ὑπερσφοδῶσει, atolluntur. *Dalec*.

*Cunila capitata*] *Cunila capitata* Sereno κεφαλῶν, polycnemom, cunilæ bubulæ, id est, origano, foliis simile, sed ea re diversum quod umbellæ lo-

co in cacumine caulium corymbi caput habeat, acre et odoris jucundi. Quamobrem cnilam ut origanum vocaverant, capitata vero ad origani differentiam. Vide quæ adnotata sunt in xx. 16. *Dalec.*

*Mammas*] Ulceratas, lacte turgentos. *Idem.*

*Cancri fluviatiles illiti vel marini*] Demendam verbum illud illiti, ex antiquo exemplari; et paulo post, crescere mammas; dele mammas. *Pint.*

*Pilos in mamma*] Vide quæ adnotata sunt lib. xxvi. c. ult. *Dalec.*

*Item scombri in aëto putrefacti*] *Strombi*, non *sombri*, ibidem, ut supra etiam notatum est. *Pintian.*

*Instillatur igni naribus*] *Instillatur igniaribus*, in eodem. *Idem.*

*Et cum coagulo ejusdem in vellere imponitur*] Brevius in eodem, coagulo ejusdem in vellere imposito. *Idem.*

*Stranguletur*] In enixu laborioso parturientis matris. *Dalec.*

*Vulvam*] Strangulantem. *Idem.*

*A frigore laborantibus*] Gelatis, quod accidit sæpe in transitu Alpium nivis. *Idem.*

*Vulvæ pennis*] Strangulationibus et suffocationibus uteri: *ἄσπετος τὰς βόρε-  
πεντὰς ἀπρυόπεντας*, *Dioscor.* *Idem.*

*Nam carbunculos et carcinomata in mulierum parte præsentissimo remedio sanari tradunt*] In vetere codice non *mulierum* legitur, sed *mulieribus*. Legendum itaque mihi videtur sic: *Nam carbunculos et carcinomata in mulieribus peræ præsentissimo remedio sanare traduntur.* *Pintian.*

*In mulierum parte præsentissimo remedio sanari tradunt*] *Pintianus* observat in scripto esse *mulieribus*; itaque legendum sibi videri: *in mulieribus peræ præsentissimo remedio sanare traduntur.* Sed si percarum ea vis est, quid verbis fiet sequentibus, quæ cancro femina id fieri ostendere videntur? *Voss. mallebris.* Cui voci una litera demenda, ut sit: *in muliebri parte*

*præsentissimo remedio sanari tradunt cancro femina.* *Andeg. in mulieris partus.* Tres alii, *in mulieres partu.* *Gronov.*

*Mangoniavis*] *Mangonio* imberbes diu conservavit. *Dalec.*

*Eadem vis est pulmonis marini: leporis marini sanguine et felle*] In apographo nostro, *eadem vis pulmone marino: leporis marini sanguini et fellis*; et non multo infra: *adalligatusque idem pavores*, &c. detrahe particulam que. *Pintian.*

*Eadem vis est pulmonis marini, leporis marini sanguine et felle*] *Correxerunt sanguinis et fellis.* Sed *Vossiani* duo, *pulmoni marino*; dein melior etiam sanguini. *Scribe: Eadem vis est pulmone marino, leporis marini sanguini et fellis*; ut et *Pintianus.* *Gronov.*

*Aridam*] Exiccata nfmio fervore capitis inflammati. *Dalec.*

*Hippopotami frontis s sinistra parte pellis in linteolo adalligata*] Tres codd. *pelle in agnina alligata.* *Andegav. pellis in agnina.* *Voss.* ut *Hermolai*, *e sinistra parte pellis in agnina alligata.* *Gronov.*

*Jecur ranæ diopetis et calamitæ*] *Vidi* equidem certis locis tantum numerum ranuculorum, ut cum imbre delapsi, vel certe ex imbre provenisse videri possent. Hos opinor hic *diopetes* vocari, quod Græci *διωκέρης* nominent, quicquid est ex aëre delapsum, quasi a *Jove* demissum. *Gelen.*

*Atunque ita curatos non repeti postea.* *Et Salpe negat canes latrare*] *Scribe* detrahis duabus particulis sic: *Aiunt ita curatos non repeti postea.* *Salpe negat*, &c. ex scripto codice. *Pintian.*

*Calamochnus*] *Pericalamitis* *Galeno*, et *limnestris calamachne.* *Vide xvi. 36. xx. 22.* *Dalec.*

*Marina*] *Marinæ* salis. *Nascitur* enim in paludibus, aut lacubus salis, in quorum vadis imis scatrit fons aliquis dulcis, non in mari; vel con-

tra in iisdem aquis dalcibus, in quarum profundo salcus fons emicat, ut in lacu Marsonetæ prope Carcassonem Gallis. *Idem.*

*Phragmitis radix*] Ad sepos facienda utilis ob rarissimam et firmitatem. Eam esse volunt, quem ex Theophr. loco proxime citato appellavit *χαρᾶνδρα*. *Idem.*

*Folia extrahendis quæ influxu sint corpori*] Radix per se aut illita cum bulbis extrahit quæ infixa sunt corpori: folia trita et imposita medentur igni sacro. Dioscorides. *Idem.*

*Ablato priore lumine Anaxilæus tradit*] *Yokumins*, non *lumins*, in vetusto exemplari: legendum forte, *velamine*. Pintian.

*Rubeta decocta et in aqua potu data suum morbis medetur*] *Rubeta excocta aqua potui data*, &c. in eodem; et confectum *eiusque rana*, non *eiuscumque*. *Idem.*

CAP. XI. Animalium omnium in mari viventium, centum septuaginta sex genera esse.

*At hercula in tanto mari Oceano, &c.*] Plinii seculo detecta nondum erat America, atque adeo nec India Orientalis, quarum maria pisces quamplurimos a nostris diversissimos nutriunt. *Dalec.*

*Arbores*] Arbor belua, non stellæ marinæ genus maximum, memoratur VIII. 4. Ibidem Physeter, Triton et Neræis cap. 5. ibidem. Tritonem describit Ælianus Hist. Anim. XIII. 21. Pausanias in Bœoticis, Alex. ab Alex. III. 8. *Idem.*

*Elephanti*] Elephantum esse volunt rosarum Olæ Magni, sic dictum quod dentes exertos habeat elephantimodo, e quibus capuli gladiatorum fiunt, ut ex ebore. Rotas describit auctor VIII. 4. Ælianus Hist. Anim. XIII. 20. Jovius de piscibus. *Idem.*

*Homines qui marini vocantur*] Quales Episcopus et Monachus Rondeletii. Apud Pausaniam in Phœciis Cleon Magnes refert marinum hominem se

vidisse in littus ejectum non breviter quinque jegerum spatio, qui fulmine ictus conflagraverat. *Idem.*

*Arietes*] Arietes memorat auctor VIII. 5. Arietes marem et fœminam describit Ælianus Hist. Animal. xv. 2. Arietes priore loco hic appellatos quidam esse volunt arietis, bellicæ machinæ similes: alios vero paulo post nancupatos, arietis quadrupedi, et cornibus et capite. *Idem.*

*Dromones*] *Dromones* a cursu, marium belluæ genus. Aristot. Hist. II. 2. *δρῶνδες* vocat, qui in Pontum aliunde excurrunt, thynnos, pelamidas, amias. *Dromones* Hesychio parvi cancri, qui in maris æstuariis velocissime per aquam summam decurrunt. *Idem.*

*Belone, quos Aculeatos vocamus*] Scribendum videtur, non *aculeatos*, sed *acus aciculatus*; id enim significat vox Græca *βελόνη*. Ostendimus quoque hoc lib. x. Pintian.

*Belone, quos aculeatos vocamus*] Pintianus legendum censet *acus aciculatus*; id enim significare Græcam vocem *βελόνη*. Quasi hæserint memoris ejus quem scribit Hermolans ad xxxv. II. his verbis: Est autem belone, quam nos *acus* et *aciculum* dicimus. Sic ille. 'Acus tenues' e Martiali movimus x. 24. et Plinio ipso IX. 6. 'Acus, sive belone, unus piscium dehiscente propter multitudinem utero parit.' 'Aciculum' autem passim quidem in Lexicis exhiberi video, ut diminutivam *τοῦ ἄκου*; auctorem tamen ejus vocabuli antiquum nondum reperi. 'Aciculum' Excerpta vet Lexic. efferunt: *ἄκου*, *λαβή* *Acicula*, *βελόνη*. Et Constantini L. I. Cod. Th. de repudiis: 'Oportet eam usque ad aciculam capitis in domo mariti deponere.' Sed vix est, ut non *acula* et *aculam* his locis legendum sit: ut locutus mihi veteres constat. Glossarium: *βελόνη*, *acula*, *acus*. Clodionius in arte: 'Hæc in diminutivo genus mutant, ut *acus*

acula, hoc scutum hæc scutella, hoc pistrinum hæc pistrilla.' Accedet ipse Plinius infra xxxiv. 13. Corruptum quoque in Glossis Isidori: 'Acucula, aculus, solers, agagula.' Scribendum: 'Acriculus, acutus.' Eo vocabulo utitur Cicero Tuscul. iii. 'Ille acriculus Athenis senex Zeno, istorum acutissimus.' Ergo et hoc Plinii loco malumus: *belonæ, quas aculas nos vocamus*. Pintianus, quod censuit, et ostendisse ait se ad lib. x. Caput est illic §2. ubi de nidis halcyonum: 'Nec unde confingantur, invenitur. Putant ex spinis aculeatis: piscibus enim vivunt.' Quæ translata sunt ex Aristotelis Animal. Hist. ix. 14. Ἀπορείται δ' ἐκ τίνος συντίθησι τῆν νεοττίαν δοκεῖ δὲ μάλιστα ἐκ τῶν ἀκανθῶν τῆς βελόνης. ἕρ γὰρ ἰχθυοφαγοῦσα. Ergo Pintianus, *ex spinis acus piscis*. Et voluit tale quid haud dubie Plinius. Sed verba potius fuisse crediderim, *Putant ex spinis acularum*. Gronov.

*Saxitanus a patria Bætica*] Scribo *Sexitanus*, a Sexi oppido Bæticiæ Plinio, Ptolemæo, cæteris. Favet et apographon nostrum: celebrat item Athenæus salsamenta Sexitana ex auctoritate Strabonis lib. iii. *Pintian. Saxitanus a patria Bætica*] Vet. sive *Sexitanus*. Martialis, 'Cum Sexitani fertur tibi cauda lacerti,' Juvenalis Sat. xiv. 'Alterius concham æstivi cum parte lacerti.' Quæ sequuntur sic lego: *Lacertorum æmulus. Ex hoc et concisa pelamide Mæoticis paratur quod cybium vocant. Pelamis hoc nomen habet, cum post XL. dies e Ponto in Mæotia revertitur, Cordyla vero pelamis pusilla est cum in Pontum e Mæotide exit. Cantharus, &c.* Fallitur tamen Plinius; nam pelamis, auctore Aristotele, a mari in Pontum revertitur, cordyla vero e Ponto in mare exit; ut legendum sit: *nomen habet eum e mari in Pontum revertitur, cordyla vero pusilla pelamis cum post XL. dies e Ponto in mare exit*. Dalec.

*Cybium ita vocatur Pelamis, quæ, &c.*] Stupendum, quod Plin. *Cybium* inter piscium nomina referat; cum salsamentum sit, et pars piscis in quadram concisa, ac tessere figura. Vide Salmas. p. 1317. a. *Cybium ita vocatur, &c.*] Verno tempore thynnus Pontum e mari per Euripum subeuntes ibi foeticant. Minutus scetus, qui quadragesimo post die redeuntes in mare comitatur, cordylæ vocatur. Eadem in mare reversæ, et illic augescentes, pelamides nominantur, tritones, orcyini, sive apolecti. Anno post tertio verno tempore, cum in Pontum revertuntur adultæ, thynni sunt. Ex cordylis integris fiebat salsamentum, de quo Martialis: 'Ne toga cordylis, ne penula desit olivis,' &c. Ex pelamidibus (quarum maximæ, tritones et apolecti, quasi eximix nuncupantur) concisis fiebant salsamenta cybia, quadratæ figuræ, et *ὄβραϊα* sive, *ov* mutata in *ω*, *ὄβραϊα*, e locis quæ ad caudam sita sunt, naccerrima, et nullo pingui grata. Plinius non satis hæc distinxit. Suetonius Vespasianum ab Alexandriolis ob sordes vocatum fuisse 'Cybiosæten,' non, ut legimus, 'Cybiotaten,' ait, quasi Salsamentarium, a cognomine unius e regibus suis turpissimarum sordium, de quo Strabo lib. xvii. *Idem*.

*Cinædi soli piscium lutei*] *Cinædi toti piscium*, Rondel. vi. 4. nam et cancri quidam et cancelli, et leones flavi sunt: *κηριοειδεις*, id est, *cereos*, vocat Athenæus; *πυρροδς, ξαθοδς*, Numenius. *Idem*.

*Chamatrachea, Chamæleos*] Scribo, *Chama striata, Chama leves*, ex vestuto codice. *Pintian*.

*Melicembales*] Lego, *μελικριβάλοι, meliceribali*. Est autem *μελικήρα*, sive *μελικήρα*, *Gassa favus*, purgamentum buccinorum et purpurarum, verno tempore simul coëuntium, et salivario quodam lentore struem gignentium putaminibus cicero alborum cohæ-



rentibus, et connexis similem. Vide Rondelet. Dalec.

*Cynopus*] Quidam legant *cynoglosson*, memoratum ab Epicharmo inter pisces apud Athenæum; quidam *cucullam*, Plinio lacteum non dictum. *Idem*.

*Cynoedexia*] Legendum puto *synodontis*, ac reponendum in censu piscium, quorum nomen incipit a litera S. *Idem*.

*Est autem graculo similis*] *Gericula*, non *graculo*, in vetusto codice, ut sit diminutivum nomen a *gerro*, de quo paulo post in litera G. *Pintian*.

*Hippus*] Lego *hippeis*; nempe caneros littorales Phœnicæ, tantæ velocitatis, ut eos cursu assequi facile non sit. Dalec.

*Meryx*] Cum scari duo sint, alter *δολας*, alter *αλόλας*, *όνια* etiam *μήρυκα* epitheto peculiari vocaverunt, quod latius utriusque maxillæ dentibus solus ruminet. *Idem*.

*Otia*] Anres marioræ, sive *λεπδες άγρια*, Rondeletii. *Idem*.

*Hic est pelamidum generis maximus*] *Hic pelamidum generis maximus, tritoni similis, neque redit in mare, neque vetustate fit melior*. Sic emendandus locus; nam cum orcyus Athenæo carne sit dura, et senescentia corpora omnia duriora fiant, eum vetustate deteriorem fieri probabile est, contra naturam aliorum piscinum. Non tamen satis attente Plinius orcyum, qui post cetaceum maximus thynnus est, cum tritone, in pelamidum genere, majore sarda, minore quam apollectus, comparat. *Idem*.

*Sciadeus*] Coracinus subniger Rondeletii. *Idem*.

*Smyrus, scepini, strombus*] In apographo nostro non *scepini* legitur, sed *scapia*; ut legendum videatur *scapia*: cujus non alibi fit mentio, utique non prætereundæ. *Pintian*.

*Solen*] Vide ix. 61. et cap. 9. hujus libri. De eo pisce Sophron mimographus apud Athenæum: *σωλήνες*

*γλυκυρεων κορχόλιον, Χήραν γυναικῶν λίχνομα*. Leopard. x. 22. Dalec.

*Turdus inter saxatiles nobilis*. *Tomus Thuriæus, quem alii Xiphiam vocant*] Hæc stupenda. Xiphias est canicula: frustum ejus, sive *τόμος*, concisæ et salitæ pro integro pisce et vivo descripsit. Moris habent Græci partes salsamentorum magnorum eodem nomine appellare quo pisces, unde sumptæ sunt. Sic Icesius *κόβια*, quæ frusta sunt quadrata Pelamidis, vocavit 'Pelamidis.' Sic *τόμος θουριανός*, frustum caniculae, quam et *ξιφίαν* dixerunt. Sic paulo ante: *Phager, Phycis saxatilius, Pelamis, earum generis maxima Apollectos vocatur, &c.* Atqui *ἀπόλεκτος* subaudiendo *τόμος* pars grandior et selectior Pelamidis connectæ. *Salmas*. 1817. a, b.

*Tomus Thuriæus*] Salsamenti genus fuit ex Xiphia cetaceo, et ingenti pisce in frusta dissecto sale condita, quod ex Thuriis Romam advehebatur. Nomen id Græcum est *ἀπὸ τοῦ τέμνεσθαι*. Sic olim veteres præcisum vocarunt carnis et viscerum dissecatam partem. Lucilius Sat. lib. xx. 'præcisio atque epulis capiuntur opimis.' Athenæus pag. 138. lin. 16. *Ῥουτίλιος παρὰ τῶν ἑλιουόντων αὐτοῦ δούλων τριμβόλου τὴν μῶν ἀνείτο τοῦ ἔψου, καὶ μάλιστα τοῦ θουριανοῦ καλουμένου μέρος δὲ ἐστὶ τοῦτο θαλασσίου κυνός, οὕτω καλούμενον*. Ac rursum pag. 155. lin. 13. *Τούτου τοῦ ἰχθύος μέρος ἐστὶ καὶ ὁ διὰ Ῥωμαίων καλούμενος θούριος τόμος, ἥδιτος ἂν καὶ τρυφεράτατος*. Dalec.

*Urenæ*] Veneriæ. Seneca Epist. xv. 'Veneriæ spondyliques, et ostrea eatenus circumcisæ, qua eduntur.' Turneb. Advers. xvii. 22. *Idem*.

*Bopyrum*] Apud Ovidium fortassis legendum fuit *box piger*, quod vocabulum in *bopyrum* vitiatum est. *Idem*.

*Labrum*] Vide an legendum *labracem*, id est, lupum; an potius mugilem *χειλώνα*, *labrum*, a magnitudine

labrorum vocaverit. *Idem.*

*Epodas lati generis*] Quidam *epodas latorum generis*. De lato pisce, coracino simili, multa Rondeletius et Athenæus. *Idem.*

*Nostris incognitum indis*] 'Et pretiosus helops nostris incognitus indis,' ex fragmento Halientico. *Id.*

*A nullo auctore nominati*] Mirum quod scribit Plinius, sphyrenas et pernas ab auctore nullo fuisse nominatas, cum sphyrenarum auctores

omnes Græci meminerint, pernaque pinnarum sint genera celebratarum a Græcis, et hyænas tursiones esse quidam magna auctoritatis censeant. *Idem.*

*Pedali non minus spatio*] Quantum byssus, cui alligatæ hærent, longitudine sua permittit. *Idem.*

*Hyenam piscem*] Hyæna, cetaceus ingens et vastus piscis. Oppian. *ἀναιόριον ἄχθος δαίτης*. *Idem.*

## LIBER XXXIII.

PROEM. *Metallorum natura.*

*Quaqua calcatur: inter hæc minimum, &c.*] Archetypum nostrum et recentiora exemplaria, *quaqua secatur: et inter hæc minimum*. Pintian.

*Quanquam et hæc summa sui parte tribuit, ut minime parca*] Locus insanabiliter corruptus, egregie, ut puto, curatus est, restitutusque in pristinum statum: in eodem nostro exemplari, non *minime parca* legitur, sed *fugre si archa: scribo, frugi sitarcha*. *Idem.*

*Ut minime parca*] Hoc nimis abit ab antiquissima Vossiani manu, quæ est, ut *sugresiarca facilisque*. Literæ *I* manu altera additum corniculum est, quasi *E* voluerit. Frustra; nam Plinii fuit, ut *suggerens large facilisque in omnibus quæcumque prosunt*; sic enim et Vossianus alique codices, non tantum, *quæ prosunt*. Pintiani liber, *fugresiarca*; unde ille, *frugi sitarcha*. Gronov.

*Ut repente mens ad inane evolans*] Superfluit prima vox ex eodem. *Pintian.*

*Quousque penetret avaritia*] *Penetratura*, non *penetret*, in eodem. *Id.*

*Si nihil aliud quam supra terras concupisceret*] *Si nihil aliunde nisi supra terras concupisceret*, in eodem. *Idem.*

*Ut preciosior videatur nomen ex auro custodiens*] Ultimo verbo caret nostrum exemplar; reliqua sic legit, ut *preciosior videatur nomen natura*; scribendum puto, *nomenclatura*, in casu auferendi. *Idem.*

*Auri etiam sanies*] Non chrysocolla fit e limoso succo per auri venam fluente, et illic densato in punicis duritiem. *Dalec.*

*Et aurum argentumque calando carius*] Voss. et aurum et argentum *quæ calando*. Forsan: *Accessit ars pictura ad aurum et argentum, quæ calando cariora fecimus*. Gronov.

*Et smaragdis teximus calices*] *Χρυσόβητρα* vasa intelligit, aureis sculpturis, crastis, imaginibus, annulis ornata. *Dalec.*

*Ac temulentia causa tenere Indium iuvat*] Non *tenere* in scripto codice, sed *temere* legitur; scribendum forte *temerare*. *Pintian.*

*Accessio est*] *Id* est, quod Jurisconsultus ait, lib. XIX. § penult. nonnunquam aurum gemmis ac margari-

tis cedere. Cujacius Obs. x. 18. Dalec.

**CAP. I. Quæ prima commendatis metallorum auri, et de origine anulorum aureorum, et modo auri apud antiquos, et equestri ordine, et de jure anulorum aureorum.**

**Aurum, sacra fames]** Probabilior lectio, *Auri sacra fames*; ut alludat ad notum Virgiliti carmen. Pintian.

**Homero credi convenit]** Iliad. H. Ἐσθὲρ ἔρ' οὐκ ἔχομεν κερκρομένους Ἀχαιοί, ἄλλοι μὲν χαλκῆρ, ἄλλοι δ' αἰῶνι σάβηρ, ἄλλοι δὲ βυοῖς, ἄλλοι δ' ἀντοῖσι βέβησαν, ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσιν ἴδεντο δὲ δαῖτα θάλλειαν. Dalec.

**Ita enim (ut opinor) commercia, &c.]** Idem Pausanias in Lacedæmoniiis, quo loco scribit Polydori domum post ejus mortem de uxore hokus emptam fuisse, ac ideo partem illam urbis *Βολύγγρα* vocatam. Idem.

**Quæquam et ipse miratus aurum]** Quæquam et ipse mirator auri, in vestato exemplari. Pintian.

**Quæquam et ipse miratus aurum]** Voss. *mirator auri*. Acad. quoque, Gud. Menap. *mirator*, sed vox æqueus in tribus istis deficit. Seneca Epist. 115. 'Ut expectarent videntque, quem admirator auri exitum faceret.' Noster XIV. 4. 'Minime utique miratore inanium.' Pintian liber, ut Vossianus. Gronov.

**Ut centum boum arma aurea]** Bovem quidam Athenis numum fuisse interpretantur, imagine bovis signatum, quem et didrachmum vocabant. Dalec.

**Permutasse Glaucum]** Iliad. Z. Ἐσθ' αἶψα Γλαυκῆ Κρονίδης φέρων ἐξέλετο Ζεὺς, ὅς πρὸς Τυδείδην Διομήδεα τέτχεν ἔμπεδον, Χρόσσαν χαλκαίων, ἑκατόμβοι' ἐνταβόλων. Idem.

**Multa legum antiquarum]** Supra XVIII. 3. Gellius XI. 1. Festus in dictione, 'Multa.' Brissonius I. 3. Id.

**Mida quidem anulum]** Gygæ vel Gygis legend. ex Platone Polit. lib. III. Cicero Offic. I. III. Lapsus est

memoria Plinius. Idem.

**Romana, quorum more ferreum id erat et bellica virtutis]** A Gelonio est, Acad. et Gud. Romani quorum more ferendum id erat; ut et Menap. nihil quod caret τῷ id. Voss. *Romano quorum in more ferrent erat et virtutis bellicæ insigne*. Scribe: *Manus, et prorsus sinistra, maximam auctoritatem conciliavere auro, non quidem Romana, quarum more ferreum erat, ut virtutis bellicæ, insigne*. Quarum, inquit, Romanarum sinistrarum insigne erat mere ferreum, (non ut alia esset annuli, alia palæ vel gemmæ materia) utpote virtutis bellicæ. Gronov.

**Quorum e Græcia fuit origo]** Tarchinii Prisci pater Demaratus Corinthinus fuit. Dalec.

**Bulla cordis]** Figura cordis, quæ significabat ætatem puerilem alterius consilio regi oportere. Alexander ab Alex. II. 25. Idem.

**Insigne id habent]** Quod jam puberes facti solemniter festo laribus suspendebant, ut pnellæ nobiles pupas suas Veneri. Idem v. 18. Idem.

**Hetrusca]** Tertull. de Corona Milit. 'Præferuntur etiam illis Hetruscæ. Hoc vocabulum est coronarum, quas gemmis et follis ex auro quercinis ob Jovem insignes ad deducendas tensas cum palmatis togis sumunt.' Idem.

**Anulus ferreus mittitur]** Anulus pronubus is Septimo Florenti dicitur. Idem.

**Sine gemma]** ἄπειρος et ἀπειρον Græcis, ἄλιθος Polluci, aliis λυθός, levis Ulpiano. Καὶ γὰρ, inquit Arist. III. φυσικῆς ἀκροτάτους, δακτυλίους ἀπειρους φασὶ τοὺς μὴ ἔχοντας σφενδόνην. Huius contrarius est gemmatus Livio. Vide Rhodig. VI. 19. Alexand. ab Alexand. II. 5. Idem.

**Cum et codicillos missitatos]** Iliad. Z. de Bellerophonte et Præto: πόρον δ' ὕπε σήματα λυγρὰ, Γρήβας ἐν πύκναις πτυκτῶ θυμοφθόρα πολλά. Idem.

**Conditas arcis vestes]** Odys. 9.

Δεῦρο, γίναι, φέρε χηλὸν ἀριπρεπεία.  
Et ibidem: Φέρος εὐπλωνές, ἥδ' ἄε χητῶ-  
να. *Idem.*

*Ac vasa aurea argenteaque]* Vasa quidem colligata fuisse Homerus non ait, nec vestes, sed arcam, in qua erant posita, colligatam firmissimo nodo, ne quid ex eo surriperetur. Ulyssem igitur sic Arete compellat: *Αὐτός νῦν ἴδε πῶμα, θοῶς δ' ἐπὶ δεσμὸν ἦλον, Μή τις τοι καθ' ἑδδὸν θηλήσεται.* Cui mox obsecutus Ulysses: *Αὐτίκ' ἐπήρτυε πῶμα, θοῶς δ' ἐπὶ δεσμὸν ἦλε Ποικίλον, ὃν ποτέ μιν δέδαε φρεσὶ πρότινα Κίρκη.* Cujacius XII. 37. *Idem.*

*Sortiri quoque contra provocacionem]* Iliad. H. provocat Hector proceres Græciæ ad singulare certamen: illi jactis sortibus in galeam deligunt quem opponant: *Ὅς ἔραθ' οἱ δὲ κλη-  
ρον ἐσημῆσαντο ἕκαστος, Ἐν δ' ἔβαλον  
κυνὲρ Ἀγαμέμνωνος Ἀτρείδασ.* *Idem* fit et in duello Paridis Iliad. Γ. Sortes autem, οἱ κληροί, calculi fuerunt, aut ex terra ficti globuli, nota quadam signati, qua suum quisque agnosceret. Sophocles in Ajace: *κλη-  
ρον ἐς μέσον καθέλις Ἵγρᾶς ἀρούρας βῶ-  
λον.* Sortes em licet signatæ forent, non tamen annulo signabantur, cum eo tempore annulus prorsus in usu non esset, nedum signatorius. Fuerunt et sortis indicia, concha, ascia, ac sæpius lignum proprio quodam signo notatum, unde κληρον dictum vult Herodianus ἀπὸ τοῦ κάλον, ut et πάλλον, quod sortes conjectas moveant antea quam proferrentur; quamquam alii dictum malunt a κλώ, quod καλεῖν significat. Hadr. Jun. I. 5. *Id.*

*Fabricam etiam Deum fibulas]* Iliad. X. Vulcanus ait: *χάλκεον θαλάλα πολλὰ, Πόρτας τε, γναμπτὰς θ' ἕλικας, κάλυκας τε, καὶ ὄρμους.* Et in Hymnis: *Πόρται τε, γναμπτὰ θ' ἕλικες, κάλυκας τε, καὶ ὄρμοι.* *Idem.* In Pintiani codice legitur fabricare.

*Consertoris usu]* Legi potest, cum sartoris usu; verum in antiquo codice legitur, sartoris usus. Turneb. Ad-

vers. VI. 2. Rhod. vero X. 4. legit insertorii; idque esse interpretatur lorum annulo simile, inter quòd et scutum brachium inseritur, Græcorum τελαμώννα. Ego lego consertoris, id est, militis pugnacis ac bellatoris, qui fortiter et alacriter pugnet et conflictus tempore cum hoste manus conserit. *Idem.*

*Intelligi etiam consertoris usu]* Jo. Andreas edidit, etiam insertorii usu, quod Cælius Rhodiginus scuti lorum interpretatur. Hermolao vulgatum debetur, et consertor est pugnator bellatorque. Vox utraque et auctore et Venere omni caret. Turnebus probat sartoris usus, etiam Kirchmanno in libello de annulis. Hæc vero vox sartoris pro eo qui vestes suit, quam nunc recepta, tam infreqvens antiquis est, et in solis Grammaticis adhæsit. Quis autem sensus impedimentum potuisse in annulis esse, si dextra gererentur, quod ei inserti fuerint impedituri sartorum operam, non tam facile obligata annulo manu, quam libera et nuda, arte sua usurorum. Scilicet is Plinio et Romanis labor, ut qui vestes suunt (qui tantum negotii olim ne in luxuria quidem habnerunt, quantum nunc habent in justo usu) dextra recte uterentur. Et tamen digitalia induunt instar annulorum. Dalecampius ait posse legi, cum sartoris usu, sed mox adoptat Hermolai conjecturam, nomen reddere oblitus, etsi id non modo apud ipsum, sed et apud Cælium, quem advocat, legisset. Gudianus plane et Men. ut retulit Turnebus, etiam sartoris usus. Acad. Chiff. Voss. etiam sertoris usus. Ego tentabam: *Quod si impedimentum potuit in ea atiquod intelligi etiam armorum usui, argumentum est, majus in læva fuisse, qua scutum capitur.* Ait pudorem ejus et contationem fuisse, qui lævis manibus latentibusque (ita enim Voss. cum Chiffet.) induit annulos; non enim honoris et ornatus accessionem,

quam si quassisset, dextra potius eam ostentasset. Poterat aliquis objicere: immo dextram ad armorum usum voluit expeditam esse, atque adeo non impedire istis vinculis. Respondet Plinius: Præbes altro argumentum in contrariam mihi; nam si armorum usui annulos impedimento esse credidisset, atque ideo dextra eos prohibuisset, ne sinistram quidem violasset illis, cujus officium est militiæ sustinere ac prætereundum scutum, Erunt fortasse, quibus mirum et incredibile videbitur, vocabulum tam notam et obvium sic corrumpi potuisse. Verum qui veteres codices tractarant, sciunt nihil esse tam monstruosum, ut in illud non paulatim abeant verba etiam vulgatissima, postquam semel male legi et reddi ceperunt. Gronov.

*Est quidem apud eundem, &c.]* Locas est apud Homerum Iliad. P. paulo post principium: Πλοχμοί θ', οὗ χρυσὸν τε καὶ ἀργύρεον ἐσφικκωντο. Aurum atque argentum neclabant undique crines. Dalec.

*Duo millia pondo auri]* Perierunt et Julii Cæsaris primo consulatu tria millia pondo auri, quæ ille furatus e Capitolio, tantundem inaurati æris reposuit. Sueton. in Julio c. 54. *Idem. Reperisse, non periisse,* in apographo nostro. Pintian.

*Anno trecentesimo LXIV.]* Livius lib. v. in oratione Camilli, Romam captam fuisse anno ab urbe condita scribit trecentesimo sexagesimo quinto. Dalec.

*Frequentior autem usus anulorum]* Veteres Hebræos annulis usos fuisse Josephus auctor est Antiq. lib. III. De annulis plura vide apud Alex. ab Alex. II. 19. *Idem.*

*Cn. Flavium]* Cic. Orat. lib. I. et pro L. Mpræna, ad Attic. VI. 1. Val. Max. II. 1. Pomp. in l. II. § postea 3. ff. de orig. Jur. Jac. Cellar.

*Tantum gratiam plebis adeptus est]* Vossianus plebi; ut et lib. XXI. 3.

Delp. et Var. Clas.

'appellavit tribunus plebi.' Sed et idem tantum gratia. An tantum gratia? Sed parum interest. Gronov.

*Aurumque millibus lapillorum vilium fecit]* Sic et Mss. nisi quod millibus. Conjeciebam, aurumque micis lapillorum vilium fecit; sic per contemptum appellat illam gemmarum pretiosissimam parvitatem. Infra cap. 4. 'Non illo modo, quo in Oriente Sapphiro atque Thebaico alisque in gemmis scintillat, sed micas amplexum marmoris.' Quod vellem intactum reliquisset Salmasius, nec subjecisset ignavum illud, 'micam amplexu marmoris,' ad Solin. p. 1075. Gronov.

*Nec non et servitia, &c.]* Servis in usu etiam fuisse ahenos annulos et viriolas, ostendit hic locus ex Truculento Plauti: 'dic quod te rogo, Mancupio unde accepisti quos gestas ahenos annulos? Sr. Dignis dant. AHT. Laverniæ hæc sunt quas habes viriolæ.' Apuleius, lib. x. de Asino, ferreum servi anulum his verbis memorat: 'Donec jussu magistratum ministeria publica, contrectatis nequissimi servi manibus, anulum famuli deprehensum cum signo sacculi conferunt.' Dalec.

*Jam ferrum auro cingunt]* Id est, ut ferrum pro gemma sit: alias anulum totum ferreum inaurant. Emero ferro Lucretius factos ait hoc versu: 'Ekultare etiam Samothracia ferrea vidi.' Isidorus Samothraciam aureum esse, sed ferreo capitulo tradit, ut Thynicum, nimirum Bithynicum, aureum totum. Turneb. xx. 2. Samothracios hos annulos ἀλεξίφθορον vim habere credidit antiquitas, ut et Græcorum φυσικὸς δακτυλῖος, intus per vios et cassos, quemadmodum scripsit Artemidorus. In ceremoniis flaminis dialis scriptum fuit, 'Anulo nisi per vios cassoque ne utitor.' *Idem.*

*Minimo dare]* Eum qui minimo geritur, ob parvitatem ἀκαρῆ, qui indice, κορίλαμον, vocari ex Polluce tradit Rhodig. VI. 12. In digito, qui minimo

Plinius.

16 N

proximus est, annulus gestabatur, præsertim pronubus, quod in eo venam esse crederet rudis antiquitas ad eor usque pertingentem. Alex. ab Alex. II. 19. et lib. IV. cap. ult. quo loco apud Pollucem legit pro *ἀναψῆς*, *ἀχέρης* pro *κόπαιος*, *κόπαιος*. *Idem.*

*Alitis plures quam unum gestare labor est*] Alii ætate graviore, vel etiam mollis amplioris gemmas. Juvenalis Sat. I. 'Ventilet æstivum digitis sudantibus aurum, Nec sufferre queat majoris pondera gemmæ.' *Idem.*

*Bracteas infarcire*] Orbis anulorum intus cavi et exsculpti. *Idem.*

*Tutius gemmarum sollicitudini putant*] Ne decedentibus præ nimio pondere annulis vel auri vel gemmæ, gemma amittatur. *Idem.*

*Sicut Demosthenes*] Sicut et Annibal, et æditus Capitolii supra hoc ipso capite. *Idem.*

*Marcipores*] Marci pueri, *Μάρκου παιδες*. *Idem.*

*Circa Polycratem Sami tyrannum*] Valerius lib. VI. cap. ult. et posthac XXXVII. 1. Herodotus lib. III. Cicero de Finibus lib. III. Is ab Oronte Persarum Satrape in crucem actus et interfectus est. Vide Strab. lib. XIV. *Idem.*

*Purpura latiore tunica*] *Leg. Purpura latiore tunica*, id est, assutis tunicæ fasciis purpuræ latioribus; quod Plinii seculo tantum concessum fuit Senatoribus. Præcones magistratuum jussa populo denuntiabant; auctonibus præerant; theatris silentium et audientiam imperabant. *Idem.*

*Divo Augusto decurias ordinante*] Augustus ad tres judicum decurias quartam addidit ex inferiore censu, quæ ducentiarum vocaretur, judicaretque de levioribus summis. Suetonius in August. cap. 32. *Idem.*

CAP. II. *De decuriis judicum, et quoties nomina equestri ordinis immutata, et donis militaribus, et quando primum corona aurea.*

*Tribunorum aris*] Alex. ab Alex. II.

24. et v. 2. hos Julius Cæsar sustulit. Sueton. in Julio c. 41. *Idem.*

*Selectorum*] Vide Rævardum c. 11. Protribunalium, et de tota hac judiciorum ratione cap. 19. et 20. Vide et Turn. XXIX. 16. *Idem.*

*Nongenti vocabantur*] Ministri comitiarum omnium fuerunt distributores, sive distributores, qui tabellas populo per centurias ministrabant; rogatores, qui cistas per tribus deferebant colligendis suffragiis; et cistaram custodes, quos hic nominat Plinius. Græchias lib. de Comitibus. *Idem.*

*Equester ordo*] Quæ fuerit Equitum prima institutio, quæ dignitas, quod ornamentum, multis explicat Alex. ab Alex. II. 29. *Idem.*

*Popinarum panis*] Tiberius ædilibus negotium dedit popinas ganeasque eo usque inhibendi, ut ne opera quidem pistoria proponi venalia sinerent. Suetonius in Tiberio c. 34. *Id.*

*In XIV. ordinibus*] L. Roscius tribus plebem legem tulit, ut equitibus Romanis in teatro quatuordecim gradus primi assignarentur. Florus lib. XC. *Idem.*

*Non capiant eum ordinem*] Nunc capiant eum ordinem, in vetusto codice. *Pintian.*

*Ei senatum concilians*] Vetus exemplar longe aliter, *contilianis rebus*; ut forte scribendum sit, *Carillianis rebus*. *Idem.*

*In consulatu suo ei senatum concilians*] *Senatum* illum ignorant nostri quatuor, hoc est, omnes: et tres quidem *eis concilians*; optimus, in *consulatu suo contilianis rebus ex eo ordine*. Fortasse: *M. Cicero demum stabilitis equestre nomen in consulatu suo, Catilinæ rebus, ex eo ordine profectum sese celebrans*. Pintianus quoque invenit in suo *contilianis rebus*; facit autem *Catilianis*; ut idem fecit II. 5. 'In Catilianis prodigiis;' neque ausim spernere. *Gronov.*

*Quia etiam ipsam equitum nomen*] In eodem, qui tum quidem etiam no-

men ipsam; lego, *Equitum quidem etiam nomen ipsum*. Pintian.

Quin etiam ipsum equitum nomen saepe variatum est] In Gud. Men. Acad. deest rō equitum. Voss. qui tum quidem etiam nomen ipsum. Lege, *Equitum quidem etiam nomen ipsum saepe variatum est; ut vidit et Pintianus. Gronov.*

Trossuli] Varro in Sesculyse apud Festum: 'Itaque tum equum mordacem et calcitronem horridus miles virque vitabat; nunc emunt trossuli, nardo nitidi, vulgo Attico talento equum.' Marcellus trossulos dictos vult, quasi torosulos. Dalec.

Multos pudet eo nomine appellari] Notarunt ad marginem in Chiffletiano esse, *pudet trossulos vocari; sed in quam vim habeat, quis intelligat? Sciendum igitur hæc ita concipere Vossianum: Ideo quia non intelligunt, trossulos nomen quid valent; multosque pudet trossulos vocari. Sunt adhuc aliquæ non omittendæ, &c. et omnia illa: ex nomine appellari, et causam, quæ supra indicata est, exponit, inuitoque etiamnum tamen, in optimo codice non apparere; uti nec in tribus aliis, quorum nobis copia est; qui una re differant a principe, quod habent multos pudet, sine particula; quod tamen cur præferam, nihil est canone. Neque in hæc scriptura quidquam est corrigendum, modo memineris, trossulos priore loco antiquæ poni, ut sit trossulus. Pintianus notat in suo codice deesse: et causam, quæ supra indicata est, exponit, inuitoque etiamnum tamen trossulos vocari. Gronov.*

Et causam quæ supra indicata est exponit, inuitoque etiamnum tamen trossulos vocari] Hæc verba non sunt in nostro exemplari. Pintian.

Æternos torquibus aureis donavere] Apud Lævium lib. III. Decad. v. duobus fratribus Gallorum regulis senatus manera mittit reges duos factos ex auri pondo quinque. Dalec.

Hanc coronam ex præda dedit] Adde

pronomen is, ex antiquo exemplari: hanc coronam ex præda is dedit. Pintian.

Eamque coronam testamento reip. legavit] In eodem, *eamque coronam ex testamento populo Romano legavit*, postposita præpositione. Idem.

Eamque coronam testamento reipublica legavit] Quare potissimum, reipublica? Pintianus, *populo Romano*. Quare hoc quoque? Vossianus ille *duplex, testamento extralegavit*. Scribe: *Piso frugi filium ex privata pecunia donavit, eamque coronam testamento ei prælegavit*, id est, per præceptionem dedit: præcipuam eum habere voluit, nec conferre in arciscunda hæreditate. Ulpianus l. x. D. de peculio legato: 'Si peculium servo vel filio prælegare velis.' Scævola l. ult. eodem tit. 'Tite filii, e media præcipito, sumito, tibi que habeto domum illam, aureos centum. Alio deinde capite peculii filii prælegavit.' Et notissimum juris studiosis est. Sed et aliis partibus laborat hic locus, et est omnis partim ex optimis codd. partim ex conjectura ita concipiendus: *Quis primus donatus sit ea, non inveni. Equidem, qui primus donaverit, a Pisonè traditur A. Postunius dictator apud lacum Regillum, castris Latinorum expugnatia: cuius maxima opera capta essent, huic coronam ex præda is dedit. Item L. Lentulus Ser. Cornelio Merenda Samnitium oppido capto. Sed huic quinque librarum Piso frugi filium ex privata pecunia donavit, eamque coronam testamento ei prælegavit. Pro eo quod vulgo est, Sed quis primum, Men. et Gud. et quod quis primum, Acad. et quos quod si quis primum quod quis primum, ita ut quinque voces inductas velit pro nullis haberi: optimus, ut representavimus. Idem pepulerat rō et, ante cuius, et pæne ut Pintiani: hanc coronam ex præda his dedit. Samnitum oppidi Caudii nomen excidisse aspicatur Pighius: quod posses respondere pro illo sed huic: quod non te-*

mero sic apparet in Chiflet. et Voss. *capto sed huic quinque librarum Piso.* Unde discimus certe vocabulum *coronæ* male his verbis interpositum, quod et ingrata ejus repetitio in tanta vicinitate et historia arguit. Quam licet ex Valerio Maximo IV. 3. recognoscas: 'Consul gravi fugitivorum bello a se liberata Sicilia eos, quorum præcipua opera usus fuerat, imperatorio more donis prosequeretur. Inter quos filium suum, locis aliquot præliatum fortissime, titulo trium librarum aureæ coronæ decoravit; præfatus non oportere a magistratu e publica pecunia erogari, quod in ipsius domum rediturum esset: tantumque ponderis se testamento adulescenti legaturum promisit; ut honorem publice a duce, pretium a patre privatim acciperet.' Numquid ergo, *Spe auri quinque librarum Piso Frugi filium.* Gronov.

CAP. III. *De reliquo usu auri in viris et mulieribus, et de nummo aureo: et quando primum signatum est as, argentum, et aurum; et antequam signaretur qui mos in ære, et qua maxima pecunia primo censu, et quoties et quibus temporibus auctoritas auri.*

*Ut M. Bruti in Philippicis campis epistolæ reperiantur frementes fibulas tribunitias, &c.]* Philippis, non Philippicis, in apographo nostro; et aptiorem lectionem ducimus *frementis* quam *frementes*; ut referatur ad Brutum. *Pintian.*

*At hercules idem tu Brute]* In eodem, *ita Hercules: idem enim tu Brute.* Idem.

*Pedibus aurum gestari tacuisti]* Quod urbana calciamenta clavibus aureis suffigerentur, Brissonius II. 5. Auro abundantanti uti Romanos fœminis permisisse scribit Valer. II. 2. de Instit. Antiq. Livius lib. IV. belli Macedon. *Dalec.*

*Cujus sceleris nos coarguimus illum primum qui, &c.]* Scribe, et nos sceleris arguimus illum qui primus auro, &c.

ex antiquo codice. *Pintian.*

*Cujus sceleris nos coarguimus illum primum qui]* Voss. *Et nos sceleris arguimus illum, qui primus auro dignitatem per annulos fecit.* Ut et *Pintianus*, cujus etiam, *Ita hercules, idem enim tu Brute*, plane *Vossianus* confirmat, Particula, ut in *Virgiliano*: 'Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?' *Gronov.*

*Itaque Dardanium vocabatur]* *Dardanium*, vel, ut alii legunt, *Dardanum*, aureum brachiorum ornamentum, *Viria* ornamentum colli aureum, viriculis cœlatum ac sculptum, gemmis per intervalla dispositis. *Lego: itaque et Dardanium vocatur, sicut et Viriæ Celtica dicuntur, et viriola Celtibericæ.* *Habent, &c.* Ornamentum id *Isidorus* viris et fœminis commune *dextras* vocat, vulgo *Brasselets*: atque ante manicam portari, et ibi clavo jungi. Idem armillas victoriæ et virilis fortitudinis causa datas virilias quondam vocatas ait, ut hic legi possit: *Viriæ, Celtica dicuntur, virilia Celtibericæ.* *Dalec.*

*Et inserta margaritarum pondera e collo dominarum auro pendeant]* Scribe, et secreto margaritarum sacculi e collo, &c. ex antiquo exemplari, verissima lectione. *Pintian.*

*Pædagogii]* Puerorum educationi: qui bullas aureas e collo suspensas gestabant. *Pædagogia* pueri dicuntur, qui in deliciis habentur, vel puerorum multitudo. *Dalec.*

*Harpocratem]* Vide *Suidam* in dictione *ἡρακτος*. *Politian.* *Miscell.* cap. 88. *Idem.*

*Salutaris exortus Vespasiani Principis]* Parum interest, sed quatuor nostri, *Vespasiani imperatoris.* *Gronov.*

*Libralis, unde etiam nunc libella dicitur et dupondius, appendebatur assis]* Ita hæc interpungenda, ne dupondios asses inde, ut quidam fecerint, constituamus, id est, bilibres, monet *Salmasius* de Usuris p. 571. Sed unde hæc insolentia *Plinio*, ut *assis* malit in ro-



minativo quam *as* dicere? Scribe, *Librales* (unde etiamnum *libella* dicitur et *dipondius*) appendebantur *asses*. Sic infra Vossianus, *Fabio maximo dictatore assis uncialis facti*. Idem.

*Quin et militum stipendiorum, hoc est stipis ponderandæ*] *Stipendia*, non *stipendiorum*, in vetusto codice. Proinde certior lectio mihi videtur: *quin et militum stipendia, et stipis ponderandæ, &c.* et paulo post, *librale autem pondus, non libra*. Pintianus.

*Quin et militum stipendiorum, hoc est stipis*] Et hic facile aliquid molesti sentias. Vossianus, *stipendia hoc est stipis ponderandis*; dein dissimulat rō dicantur: et satis est paullo ante positum. Lego: *Quin et militum stipendia, hoc est, stipis pondera, dispensatores, libripendes: qua consuetudine in his*. Qui enim aut ubi *pensatores* isti? At *dispensatores* passim in magnis, ut et in Augusta, domibus. Sic 'Armeniaci belli dispensator,' quem Nero magna mercede munusit, VII. 89. 'Dispensator Hispaniæ citerioris' XXXIII. 11. Pintianus: *stipendia et stipis ponderandæ*. Gronov.

*Qua consuetudine*] Rævardus c. 16. in *Leg. XII*. Tabul. Brisson. I. 7. *Dalæc*.

*Servius rex primus*] Septimius Florens Apolog. tradit Saturnum primūq; omnium numum signasse, ac ideo creditam *ærafii* præsidem. Charisius I. Grammat. ex annali Varronis tradit numum argenteum conflatum primo a Servio Tullo quatuor scriptulis majorem quam numum. Victorius v. 13. *Idem*.

*Signatum est nota pecudum*] Alex. ab Alex. IV. 15. varia numi apud plerasque gentes *κόμματα*, et cap. 24. ejusd. et quando et a quibus primum signatam *æra*, aurum, argentum, multis explicat. *Idem*.

*Libra autem pondus aris imminutum*] Voss. *Librae*. Scribe, *Librale autem pondus aris, sive malis assis*. *Librale* et Pintianus. Gronov.

*Et quadrante rates*] Inde Lucilius *quadrantes rates*, id est, rates figura notatos et signatos vocat. Turn. Advers. XX. 30. *Dalæc*.

*Quadrans autem triuncius vocatus a tribus uncis*] Vocabulum *triuncius* Hermodanus firmat ex Varrone, sed corruptam lectionis. Voss. *teruncis*. Scribe, *teruncius vocatus*. Gronov.

*Postea Hannibale urgente Q. Fabio Maximo dictatore*] Vossianus: *urgentem arcumque Fabio*. Latet aliquid. Facile nasceretur, *urgens M. Minucium*. Sed non satisfacit. Forte, *iterumque Fabio Maximo dictatore*; vel, *iterum Q. Fabio Maximo dictatore*. Id.

*Placuitque denarius XVI. assibus*] Ejus rei argumentum apparet in quodam C. Titinnii denario, capiti Romæ, quod in altera parte signatum est, adjecta hac nota, XVI. ut in aliis multis X. nempe quia feriunda pecuniæ is præfectus fuerit, eum assibus sexdecim permutatus est denarius, qui pro decem antea dabatur. *Ursia*.

*Mox lege Papiria semunciales asses facti*] Voss. *paparia semunciaris assis facti*. An, *Mox lege Maria semunciaris asses facti*? Ut intelligatur Marins ille Gratidianus, de quo Cicero in tertio de Officiis: 'Ne noster quidem Gratidianus officio viri boni functus est tunc, cum prætor esset, collegiumque prætorum tribuni pl. adhibissent, ut res nummaria de communi sententia constitueretur. Jac tabatur enim temporibus illis nummus, sic, ut nemo posset scire, quid haberet. Conscripserunt communiter edictum eum pœna atque iudicio; constitueruntque, ut omnes simul in rostra post meridiem escenderent. Et cæteri quidem alius alio: Marius a subselliis in rostra recta, idque quod communiter compositum fuerat, solus edixit.' Neque offendat quemquam, quod Cicero vocatur 'edictum'; nam et 'legem' appellat infra cap. 9. extremo: 'Tam juvenuda lege plebi, ut Mario Gratidia-

no vicitim totas statuas dicavesit.  
*Semunciarii et Pintianus. Gronov.*

*Drusus in tribunatu plebis] Vossian. plebi. Idem.*

*Victoriatu] Vide Scaligerum in Festum, voce 'Patres.' Dalec.*

*Mercis loco habebatur] Dig. ad l. Corn. de fals. l. 9. § 2. prohibetur ne quis numos stanneos, plumbeos, emere, vendere, dolo malo vellet: quod, ut ait Volus. Metianus lib. de asse, peregrinus numus, puta Darius, Philippicus, Siclus, Tetradrachmon Atticum mercis loco esset. Brisson. l. 8. Dalec. Ubi tamen notandum, aut a Brisson. aut a librario erratum; dum id quod veterum principum solidos quoque mercis loco fuisse ex l. 1. C. de vet. numis. pot. astruere cogatur. Ea namque nil aliud cautum, quam ut venditor precii loco veterum quoque principum nummos recipere cogatur. Illud autem aperte evincitur non in veterum tantum, sed quorumvis solidis ex l. un. C. Theodos. l. 9. tit. 21. et l. 2. tit. 7. l. 12. Quibus in locis solidorum tam aperta mentio, ut satis demirari nequeam, quid hominibus quibusdam hodierna die in mentem veniat; uti aliud summis quoque principibus persuadere, eaque re viris bonis periculum creare conentur. Rectius utique facturi, si aut ipsi hæc diligentius investigarent, aut consulerent eos, quibus hæc nota, antiquarios. In Collybo certe semper hoc ipsum necessarium esse, qui neget, Anticyras alegandus. Idem.*

*Sed a nummo prima est origo avaritiæ excogitata, sanore quæstiosa segnitia] Scribe: sed ab nummo prima origo avaritiæ sanore excogitata, quæstiosaque segnitia, ex antiquo codice. Pintian.*

*C. Gracchi familiaris auro repensum] Voss. rependum. Lege, rependum. Gronov.*

*Quibus deliciis vacent tam aurea quam aurata] Logo, quibus delitiis vacent tam inaurata quam aurea, ex eo-*

*dem. Pintian.*

*Fuerat Philippum regem poculo aureo pulvinis subdito dormire solitum] Sic Vossianus. Gronov.*

*Antonius in contumeliam naturæ vitiatem auro fecit] Editum olim Antonius Sopus. Hoc vocabulum Sopus quædam exemplaria fere non habere notavit Hermolaus, ut supervacuum videri possit, inquit: Gelenius delevit. Vossianus, Antonius opus contumelia naturæ vitiatem auro fieri dignum proscriptione sed partaci equidem miror. Lege: Antonius apud nos contumelia naturæ vitiatem auro fecit. O dignum proscriptione, sed Sparthaci! Nimirum apud nos dicendum habuit, quia prius, apud exteros. Deinde dignum ait, qui proscriberetur: neque ab Sylla, aut aliquo condiscipulorum, sed plane a Sparthaco, qui aurum castris inferri viderat. Hoc de Sparthaco deprehendit etiam et cepit Hermolaus, et e suo Pintianus repetivit. Idem.*

*Opus proscriptione dignum. Sed præter alia equidem miror] In eodem: opus proscriptione dignum, sed Sparthaci. Equidem miror. Pintian.*

*Pondo annua in quinquaginta] Polybius et Eutropius scribunt, fœdere, quod ictum est, classe Punica cum Amilcare duce a C. Lutatius Coe. ad Egates superata, ut in 20. annos Pœni duo millia et ducentes talenta penderent, inter cætera pacis leges imperatum fuisse. Livius et Appianus tradunt, victo in Africa Annibale a P. Corn. Scipione pacem datam Carthaginensibus, conditionibus quidem multis, sed ea præcipue, ut in annos 50. decem millia talentum argenti æquis pensionibus descripta solverent. Id autem efficiebat æstimato talento libris sexaginta 600000. pondo argenti; et in annos singulos pondo; quorum singula si valeant 16. libras nostras, in singulos annos ea summa colliget 120000. Dalec.*

*Sicut Carthagini cum Hannibale vic-*

*te argenti pondo*] Voss. *victa aut pondo*. Neque necesse est vocem *argenti* repeti. Sine dubio in particula *aut* obrutus est numerus argenti librarum Pœnis imperatarum. Is erat omnis, Livio et Appiano testibus, decem millia talentum æquis pensionibus in annos quinquaginta. Decem millia talentum sunt bis millies quadringenties sestertium, nostri nummi sexages centena millia Philippum. Idem prorsus efficiunt Romana ratione sexcenta millia argenti pondo. Quibus mirifice conveniunt quæ scribit Entropius, Carthaginiensibus, cum ante Hannibalem adventum pacem petissent, datam a Scipione inter alias hac conditione: 'quingenta millia pondo argenti darent.' Postquam autem hanc pactionem ipsi fecissent irritam, et ventum esset ad colloquium cum Hannibale: 'Addita quingentis millibus pondo argenti centum millia librarum, propter novam perfidiam.' Id tum recusatum mox expressit necessitas; et, perinde ut in Antiocho, eadem pecunie summa, quam imperaverant hosti ultimis viribus integris, iisdem perditis contenta fuit Scipionis et Romanorum animi magnitudo. Hæc sexcenta millia argenti pondo si dispensentur in annos quinquaginta, singulis annis eveniant millia pondo duodecim; hoc est, quadragies et octingenta, talenta ducenta, nostrorum centum viginti millia Philipporum. Hoc igitur fuit annum: et scripsit Plinius: *sicut Carthagini cum Hannibale victa XII. pondo annua in quinquaginta annos, nihil auri*. Gronov.

*Nec potest videri penuria mundi id venisse; nam Midas et Cræsus in infinitum*] Voss. *id acuisse jam midas et cræsus infinitum*. Lege, *Nec potest videri penuria mundi id evenisse: jam Midas et Cræsus infinitum possederant*. Acad. quoque Men. et Gud. *id evenisse*, et *Cræsus infinitum*. Idem.

*Talentum autem Ægyptium pondo LXXX. capere*] *Palere scripti qua-*

tuor, quod adversus Guil. Budæum defendimus in Pecunia Vetere. *Id.*

*Velleribus aureis inolyto regno*] Phryxæo vellere nihil notius. Hoc Suidas et Palamphatus libros seu membranas auri conficiendi rationem docentes, totiusque artis chymicæ arcana continentes, fuscè interpretantur. Multus est in ejus explicanda fabula Had. Jun. v. 15. *Dalec.*

*Sicque triumphare*] Voss. *atque ita triumphavit*. Gronov.

*Ferasque argenteis vasis incessere tum primum vicium. Mox quod etiam, &c.*] Scribe: *ferasque argenteis vasis incessi, vere tum primum noxiis quod etiam, &c.* elegantissima lectione; noxios enim homines feris objici solitos notissimum. *Pintian.*

*Ferasque argenteis vasis incessere tum primum vicium. Mox quod etiam*] Voss. *ferasque etiam argenteis vasis incessivertum primum noxi quod etiam in municipiis*. Lege: *ferasque etiam argenteis hastis incessivere tum primum noxiis: quod jam et in municipiis amulantur. Noxiis*, puta bestiarum et confectores, de quibus et Observ. 1. 8. diximus. Suspiscabar aliquando *argenteis vasis*, ut tamen intelligeretur *hastis*. Sic 'interradere argentum,' noster XXXIII. 11. et 'interrasilio anrum' XII. 19. Hispaniensis triumphus Cæsaris apparatus 'argento rasili constitit' Velleio. Martialis VIII. 71. 'in cotyla rasa selibra data est.' *Incessivere* potavit et Hermolans. *Pintianus: ferasque argenteis vasis incessi, vere tum primum noxiis*; quam elegantissimam lectionem vocat. *Gronov.*

*Pegma duxit*] Machinam ligoeam, in qua statum collocantur: tubularum *atropæros*, et per se surgens, ac tacite crescens. *Dalec.*

*Unam VII. pondo habuit*] In Vossiano non conspicitur *unam*, non *alteram*, non *sicut*; est autem, *haberet æt titulis*; quod posterius est et in Acad. Men. Gudian. Scribe: *Claudius successor ejus, cum de Britannia triumpharet, inter coronas aureas, septem pondo*

habere, quam contulisset Hispania citerior, novem, quam Gallia comata, titulis indicavit. Cuique enim coronæ titulus erat proprius. Titulis indicavit, sine τῶ sicut, etiam Pintianus. Gronov.

Quam Gallia Comata: sicut titulus indicavit] Nostrum apographum, quam Gallia comata titulis indicavit. Puto totum locum legendum sic: quam contulisse Hispaniam citeriorem; alteram IX. quam Galliam Comatam titulis indicavit. Pintian.

Et quota pars ea apparatus fuit] Vox apparatus non est Plinii: nam liber optimus, et quod apars ea fuit aureæ. Quali ex scriptura in Acad. Men. Gud. factum, et quo apparatus fuit aureæ. Ex utraque mixta ortum quod vulgo habetur; cum scribendum fuisset: Et quota pars ea fuit aureæ domus ambientis urbem? Intellige omne id aurum, quo Pompeii theatrum operatum fuerat. Gronov.

Aute bellum Punicum tertium pondo CCXXVII. argenti] Vossianus, pondo XVI. DCCCX. argenti XXII. LXX. et in numerato LXII. LXXXV. CCCC. id est, pondo sedecim millia octingenta decem, argenti viginti duo millia septuaginta, et in numerato sexagies bis centena octoginta quinque millia quadringenti. Habet eundem numerum Pintiani codex, nisi quod DCCX. Idem.

Bellii socialis initio DCCCXLVI. auri pondo] Voss. bellii socialis initio auri XVI. XX. DCCC. XXX. hoc est, sedecies centena viginti millia octingenta triginta. Idem.

Laterum aureorum XXVI. M. et in numerato pondo CCC.] Voss. laterum aureorum XXXV. et in numero H-S. CCC. recte, modo facias numerato. Triginta quinque millia laterum vult et numeratum sestertium trecenties. Budæus ex nescio quo codice aureorum quindecim, argenteorum 36000. facit et in numerato quadringenties. Idem.

Perseo rege Macedonico devicto præ-

dam paulo trium millium] Voss. regē victæ Macedonico præda H-S. II. III. Scribe: Intulit et Emilius Paulus, Perseo rege victo, Macedonicæ prædæ sestertium bis millies trecenties. Eundem numerum Pintiani codex. Hinc ergo potius reformandi Livius et Velleius, quorum alter millies ducenties, alter bis millies centies edit. Idem.

Inde transiere in cameras: in parietes quoque] Voss. in cameras quoque et parietes, qui jam et ipsi tanquam vasa inaurantur; ut et liber Pintiani. Gron.

Tuto etiam in incendiis rogiisque durante materia] Duo postrema verba desiderantur in nostro apographo, et ipsa per se satis ostendunt falso adjecta esse. Pintian.

Aurique experimento ignis est, ut simili colore rubeat quo ignis. Atque ipsum obryzum vocant] Scribo: Aurique experimentum ignis est, ut simili colore rubeat ignescatque. Ipsum obrussam vocant, ex eodem: et forte dictio illa, ipsum, melius ad superiora pertinebit. Utitur vero hac dictione, 'obrussa,' et Suetonius in Nerone; et Seneca in Epistolis ac Nat. Quæst. Pintian. Aurique experimento, &c.] Lege: Aurique experimentum ignis est, ut simili colore rubeat ignescatque, atque ipsum obrussam vocant. Vide Salmas. pag. 1080. b.

Aurique experimento ignis est, ut simili colore rubeat quo ignis] Voss. experimentum; ut et Chiffet. Sed in super Voss. ut simili colore rubeat ignes atque et ipsum obrussam vocant. Legendum igitur: Aurique experimentum ignis est, ut simili colore rubeat ignescatque: id ipsum obrussam vocant; ut fere et Salmasius ad Solin. pag. 1080. sed post Pintianum Men. Gud. Acad. rubeat ignis atque ipsum. Obryzum, vel obrussum aurum, quis veterum dixerit melioris seculi, nondum novi. Gronov.

Obryzum vocant] Igne purgatissimum, purum patum: aurum ad obrussam vocat Seneca Epist. II. 23. Apud Sueton. in Nerone cap. 44. Nero in-

genti fastidio et acerbitate exegit nummum asperum, (usu non detritum, recenter casum,) argentum pustulatum, (tam diu coctum, ut in pustulas attollatur, quod perfectæ cocturæ ac purgationis indicium est,) et aurum obryzum. *Dalec.*

*Prunæ violentissimæ igni indomitum]* *Prunæ violentissimi ligni indomitum*, in vetere exemplari. *Pintian.*

*Palea]* Lib. XVIII. cap. 19. acerem, non paleam, ad aurificum usus decuti scribit. *Dalec.*

*Quaternum utroque digitorum]* Mallem legeres utrinque, aut certe utraque, quam utroque. *Pintian.*

*Tunica aurea triumphasse Tarquinium Priscum Verrius tradit]* Voss. *Verrius docet.* Gronov.

*Argento vivo]* Argentum vivum purum et nativum in metallorum venis repertum, cum aquæ stillantes nimium rigant, et, ut idem hic scriptor ait, vomica liquoris æterni: hydrargyros autem factitium, quod e minio fit. *Dalec.*

CAP. IV. *Ratio naturalis inveniendi auri, et quando primum aurea statua, et medicina ex auro.*

*Ut omittamus Indicum atque a formicis aut gryphibus apud Scythas erutum]* Dele conjunctionem atque, et lege hoc ordine: ut omittamus Indicum a formicis, aut apud Scythas gryphis erutum, ex scripto codice. *Pintian.*

*Aut gryphibus apud Scythas erutum]* Voss. et *Pintiani liber, aut apud Scythas grypis erutum.* Videtur grypos dixisse, quos alii gryphes, Græci γρῦπος: nec dubito quin et sic scripserit. VII. 2. 'Produntur Arimaspi, quos diximus, uno oculo in fronte media insignes, quibus assidue bellum esse circa metalla cum grypis.' I. 49. 'Pegasos equino capite volucres et grypos.' Gronov.

*Nec ullum absolutius aurum est, curru ipso]* Voss. est, ut cursu ipso trituque perpolitum. Habent et Acad. Men. *Gudianusque particulam; ut*

et *Pintianus; sed præterea ejus liber attrituque.* Idem.

*Cum jam inventum in summo]* *Hermolaus observat antiquam lectionem esse non cum jam, sed gummi; quasi hoc sensu, terram illam gummi similem, cui subsit aurum, in summo cespite repertam vocari glutinationem.* Et sic mecum Men. Acad. *Gud. gummi inventum est in.* Voss. *cummina inventum est in.* Scribe: ut nuper in *Dalmatia principatu Neronis, singulis diebus etiam quinquagenas libras fundens cum minimum, inventum est in summo cæspite; nisi et malis, ad quinquagenas; nam plerique et quinquagenas.* Idem.

*Alutationem vocant si et auro ea tellus subest. Cæterum montes Hispania]* Voss. *talutatum vocant si et auro a tellus subæ sicut ero montes spaniarum.* De prima voce decernere non est. *Balucaceum* veniebat in mentem a *baluce*, vel *baluca*, apud *Justinum*, nostrum, *Martialem.* Item, *Alutiatum*, ex lib. XXXIV. 16. 'in aurariis metallis, quæ alutia vocant.' Sit igitur, donec certius quid sit et melius: *Alutiatum vocant, si ei auro et tellus subest.* Cætera *montes Hispaniarum aridi sterilesque, et in quibus nihil aliud gignatur, huic bono fertiles esse coguntur; hoc enim postremo ordine in Vossiano. Men. et Gud. si et auro attellus subesi.* Academ. *si et auro attalus subesi.* Idem.

*Marmoris glareæ, &c.]* Lege: *Marmor id glareæ inharens, non illo modo quo in Oriente Sapphiro atque Thebaico aliisque gemmis scintillat, sed micans amplexu marmoris.* Vide *Salm. 1075. n.*

*Atque Thebaico]* Leg. *Atque lapide Thebaico.* *Thebaicum lapidum, qui in Africa reperitur, guttis aureis interstinctum esse, vide xxxvi. 8. Dalec.*

*Sed micæ amplexum marmoris. Hi venarum canales per marmor vagantur et latera puteorum]* Aliter in nostro apographo: *Sed micæ amplexum mar-*

*moris. vagantur hi venarum canales per latera puteorum. Pintian.*

*Quod effossum est, tunditur, &c.] Legend. Quod effossum est, tunditur, levatur, uritur, molitur ut farina, ac pilis cuditur. vocant argentum quod exit a fornace; hoc est ἀργήριος οὐδ' ἰσὸς ἠρίσσειρα. Vide Cl. Salmas. p. 1079. a.*

*Vocant: argentum, &c.] Lege: vocant argentum quod exit e fornace, sed auri. At quæ e camino jactatur spurcicia, in omni metallo Scoria appellatur. Salm. ibid.*

*Argentum] Nam omni auro permixtam argentum est plus minus: hoc autem, dum aurum pruna violentissima liquecit, extra fornacis ardore e catino ejicitur. Dalec.*

*Catini sunt ex tasconio, &c.] Sic legend. Catini sunt ex tasconio, hoc est, terra alba similis argilla: neque enim alia statum ignemque et ardentem materiam tolerat. Et quod præcedit ita legend. Hæc in auro tunditur, iterum, iterumque coquitur. Salmas. 1079. b.*

*Hæc est terra alba similis argilla] In apographo nostro, hoc est terra alba similis argilla, et paulo post, operatos, non operarios: neutro modo legendum reor, sed operas, ut non multo post, hic voce icture evocari jubet operas. Idem.*

*Et opprimunt operarios] Voss. p. m. operatos; sed duabus supra literulis pictis posterior manus ostendit maluisse operantes, ut est in Academ. Gudian, et Menap. frustra; teneamus enim vetus, quippe sensu ejusdem, propria quadam hujus verbi ratione. xxvi. 2. 'Sedere namque in scholis operatos gratius quam ire per solitudines.' Neque aliter in Æneid. II. 'sicco subductæ litore puppes,' 'Connubiis arvisque novis operata juventus.' 'Jura domosque dabam.' Horatius I. Epist. 2. 'In cute curanda plus æquo operata juventus,' id est, operans, in præsens occupata. Hæsit in hoc verbo et M. Zuerius ad Taciti Ann. III. Operatos et liber Pintiani,*

*quod ille frustra mutat in operas. Gronov.*

*Cædunt fracturis CL. libras ferri terrarum agentibus] Fractariis, non fracturis, in scripto codice, et verbum terram non legitur ibidem. Videtur autem fractarium esse genus mallei prægrandis, quo saxa montium rupesque rumpantur ac frangantur. Hispani almadana appellant. Esse autem fractarium genus mallei ipse non multo infra monstrat dicens, 'iisdem malleis.' Idem.*

*Latus sequitur: fossam ambit quiete] Cæditur, non sequitur, in eodem; nec lego, fossam ambit quiete, sed fossam ambiens. Idem.*

*Dantque signum ruinae eamque solus intelligit in cacumine montis ejus pervigil] Voss. dat signum ruinaeque solus int. in cac. ejus montis vigil. Acad. quoque ac Gud. Menapiusque, ruinae et vigil. Forte: Peracto opere cervicis fornicum ab ultimo cædunt: id signum ruinae, quod solus intelligit in cacumine montis ejus vigil. Gronov.*

*Hic voce icture repente operarios revocari jubet] Brevius in eodem, Hic voce icture evocari jubet operas. Idem.*

*Hic voce icture repente operarios revocari jubet, pariterque ipse devolat] Voss. Hic vocent icture vocari jubet operasque ipse devolat. Acad. Gud. Men. hic voce neve vocari jubet operasque ipse devolat. Locns afflictus et desperatus. Sed tamen lectus operas (quod et liber Pintiani) quam operarios. Forte etiam voce tinniture. Gronov.*

*Mons fractus cadit a sese longo fragore qui concipi humana mente non possit] Scribe: Mons fractus cadit a sese longe, fragore qui, &c. ex eodem. Pintian.*

*Mons fractus cadit e sese] Voss. et Gud. ab sese. Acad. et Men. a sese. Lege, in sese. Lucanus, 'In se magna runnt.' Pintianus, a sese longe. Gronov.*

*Tantaque ad pericula evincenda fuit*

*satis causæ*] Voss. *pericula et incendia satis fuit causæ*. Tres quoque alii, *pericula et incendia*. Scribe, *tantaque ad pericula et impendia satis fuit causæ*. Pintianus etiam *satis fuit causæ*. Gronov.

*Alius par est labor vel hoc majoris impendii*] Voss. *Alius par labor ac vel major impendi*. Lege: *alius par labor ac vel majoris impendii flumina ad lavandam hanc ruinam jugis montium obiter ducere*. Sic enim jubet membrana castissima. Gud. etiam Men. Academicusque, *ac vel major impendi*. Pintianus quoque, *ac vel majoris impendii*. Idem.

*Corrugas vocant*] Lego *corrigos*, a corrigando; vel, ut Plinius legisse videtur, *corrivos*. Dalec.

*Nimirum et hic labor est*] Scribe, in *mille et hic labores*, ex antiquo exemplari. Pintian.

*Nimirum et hic labor est*] Voss. *ni mille et hic labor est*; tum, *libramentum oportet et fruaris quam suat*. Conjeciebam: *Nimii et hic labores*. *Præcipue libramentum oportet et strui varis qua suat*, id est, furcis, vel perticis, vel vallis subjectis. Lucanus lib. iv. *'dispositis attollat retia varis Venator.'* Pintianus, *in mille et hic labores*; tum, *libramentum*; denique, *ut fiat ei qua insuat*. Gronov.

*Ut fruaris quando insuat*] Locus est corruptissimus, sed quoad melius inveniat, lego sic, *ut fiat ei qua insuat*: forte autem pro *fruaris*, *fracturis* substituti posset, de quibus paulo ante dictum, adjectis loco sequentium, verbis aliis materis accommodatis. Pintian.

*Ut procul intuentibus species nefaria quidem sed alitum fiat*] Scribe ex antiquo exemplari: *ut procul intuenti species, ne ferarum quidem, sed alitum fiat*. Idem.

*Ut procul intuentibus species nefaria*] Voss. *species nefarium*. Et profecto nihili est illa *nefaria species*. Numquid: *species natantium quidem, sed alitum fiat*? Gud. et Acad. *nefarium*.

Men. *nefarium*. Pintianus, *ne ferarum quidem*. Gronov.

*Et lineas itineri præstigunt*] Voss. *prædicunt*; quasi velit, *præducunt*. Sic cap. 8. *'Cum argento, ære, plumbo lineam producantur.'* Voss. *prædicantur*: lege *prædicantur*. Cap. 6. *'Lineas ex argento prædici fierique mirantur.'* Sic enim eximius liber, non *'produci'*; non *'feri produciue.'* xxxv. 18. *'Est et utilissima (creta) qua circum præducere ad victoriæ notam instituerunt majores.'* Colloquia Scholastica: Παράγρηται οὐκ οὐδ' ὅδ' ἐποὶ παράγρητον, ὡς οὐδ'α. *Præducere nescio: tu mihi præduc, quomodo scis*. Idem.

*Itaque insistentis vestigiis hominis locus non est*] Scribendam pato, *Itur qua insistentis, &c.* Pintian.

*Manes trahuntur ad homines*] Mannscr. *Manus trahuntur ad omen*. Sensus est: pendentem operarios obviam terram manibus trahere, ad omen et judicium, an firma sit ad sustinendas trabes, an vitiosa et tenerior. Mox lego: *ut terra vitium importent*. *Id genus aræon (ἀραὼν) vocant, &c.* id est, raram, laxam, fragilem, diversam ab argillosa et glareosa, quam supra dixit esse firmissimam, durissimam, spississimam, prope inexpugnabilem, etiam malleis et cuneis. Dalec.

*Erumpit torrens tanta vi, ut saxa pervolet*] Scribe cum Voss. Men. et Gud. *provoleat*. Terentius Andria: *'Jam ego hunc in mediam viam Provolveam, teque ibidem pervolveam in luto.'* Gronov.

*Fossæ in quas profuat cavantur*] Per quas, non in quas, in antiquo codice. Pintian.

*Ea sternuntur gradatim. Frutex est ulix*] Alio ordine in eodem: *ea sternuntur gradatim ulices. Frutex est roris marini similis, &c.* Idem.

*Ea sternuntur gradatim. Frutex est ulix roris*] Voss. *gradatim mulicem frutex est roris*. Lege, *ea sternuntur gradatim ulice. Frutex est roris marini similis*; quod et e suo suggestit

Pintianus. Gronov.

*In priore genere*] Cum aqua per canales a vertice montium deducta fuit. Dalec.

*Balucem vocant*] Martialis lib. XII. 'Illinc balucia malleator Hispaniæ.' Exemplaria vulgata habent, pro *balucia, paludis*. Turn. xxx. 26. *Idem*.

*Vicena millia pondo, &c. præstare quidam tradiderunt*] Commodior lectio *pensitare*, quam *præstare*. Pintian. *Callæciam et Lusitaniam præstare quidam tradiderunt*] Voss. Gud. Acad. Men. *prodiderunt*. Non *pensitare*, quam commodiorem lectionem putat Pintianus. Gronov.

*Italia parçitum est vetere interdicto patrum, ut diximus*] Paucioribus verbis et emendatis in nostro apographo, *Italiae parci vetere interdicto patrum diximus*, ut qui *parçitum* supinam a 'parco' deducunt, et ad confirmationem sententiæ suæ hunc Plinii locum afferunt, nihil dicant. *Piat*.

*Ictimulorum aurifodinæ, qua in Vercellensi agro cavebatur*] Diverso ordine in eodem, *Ictimulorum aurifodina Vercellensi agro qua cavebatur*. Pintian.

*Est etiam una ratio ex auripigmento*] Voss. *est etiam nunc una*. Gud. Men. et Acad. *est autem nunc una ratio*. Pintianus, *etiam nunc*. Gronov.

*Auripigmenti libra XIV. permulantur*] Voss. XIII. id est, denariis quatuor. *Idem*.

*Electrum*] Pausanias lib. v. quo loco electrum e Pado plurimum laudat. Dalec.

*Discurrunt in calicibus*] Serenus: 'Produnt electri variantia pocula virus.' *Idem*.

*In templo Anaitidis*] Nusquam hujus templi in Geographia meminit, sed v. 24. Anætiæ regionis Armeniæ, quam præterfluens Euphrates a Cappadocia excludit. Strabo lib. XII. templum id in Zela oppido fuisse tradit, a Semiramide constructo saper aggere, colique id religiosissime ab Armeniis. Anaitin Dianam fuisse multi tradunt: at Strabo sub

finem lib. XI. Venerem potius fuisse monstrat, quoniam virgines dicatæ in ejus templo prostituebantur. Vide Gyraldi historiam Deorum. Anaitidis Dianæ in Lydia præcipuo honore cultæ meminit præter Herodotum Pausanias in Laconicis. *Idem*.

*Anaitidis posita dicitur, quod in situ terrarum nomine hoc significavimus, numine*] Hermolaus Barbarus, *quod in situ terræ Armeniæ significavimus*. Gud. et Men. *quod si tute rarum nomen hoc*. Acad. *quod sit tutelatum nomen hoc*. Voss. *quod situ terrarum nomen hoc signavimus nomine*. Videtur monstrare: *quo sit situ terrarum numen hoc, signavimus nomine, gentibus illis sacratissimo*. Frustra igitur Plinium arguit Dalecampius, quod nusquam hujus templi meminerit in Geographumenis; non enim dixerat hic se alibi memuisse, sed nunc ipsum, ubi sit, signasse et denotasse nomine. Nimirum Anææ, vel apud Anaitas. Gronov.

*Tum maxime Aug. de cruce, &c.*] *De cruce ejus*, ut intelligamus huic in direptione fractæ statuæ crues obtigisse, cujus partem in hospitem conam insumpserit. *Gelen*.

*Respondit enim tum maxime Augustum*] Voss. *cum maxime Augustum de cruce ejus canare*; ut XXI. 7. Sequitur: *seque illum esse, totumque sibi censum ex ea rapina*. Sic Vossianus absque τῷ esse in fine. Gronov.

*Gorgias Leontinus*] Is apud Athenienses ob eloquentiæ vim in tanto pretio habitus est, ut dies quibus orabat *ἰοπράς* vocarent, orationes vero *λαμυρδίας*. Rhodig. XI. 25. Male vero Plinius, *sibi posuit*: non enim ipse sibi, sed ipsi Græcia auream statuam posuit. Valerius capite ultimo, libro VIII. Cicero de Oratore lib. III. Pausanias positam quidem ab universa Græcia, sed tantum inauratam, scribit. Athenæus lib. XI. ex Hermippo narrat, Gorgiæ Delphiæ Athenas reverso Platonem obvium dixisse: Ecce formosum aureumque



Gorgiam: illumque ejus vocis aculeo stimulatam respondiſſe, ἢ καλὸν γὰρ αἰ Ἀθήναι καὶ νέον τοῦτον Ἀρχιλοχὸν ἀναγράφουσιν. Victorius v. 9. Dalec.

Ut minus nocent quæ inferantur veneficiis] Inveterantur, non inferantur, in scripto codice; sunt enim et recentia venena et inveterata, ut infra cap. 6. 'Efficax et contra recentia venena.' Pintian.

Est et ipsi superlato vis malefica gallinarum et pecorum faturis] Voss. malefici: dein idem cum Pintiani libro, Academ. et Gud. pecuariorum. Men. peculiariorum: denique et primus, Remedium abluere, sine τῆ est. Blanditur: Est et ipsi superlato vis malefici gallinariorum et pecuariorum faturis. Remedium abluere inlitum et spargere eo, quibus mederi velis. XXXIII. 8. quoque Voss. argilla superinlata, pro superillita. Quanquam et XXVIII. 8. 'Sinistrum pedem superlatum parturienti letalem esse.' Gallinarios, quos mihi subjecit consensus codicum in pecuariis, habes et x. 55. 'Traditur ars gallinarii ejusdem dicentis: quid ex quaque esset.' Cicero Acad. lib. iv. 'An tibi erit querendus annularius aliquis, quoniam gallinarium invenisti Deliacum illum, qui ova cognosceret.' Meu. Acad. Gud. Remedium est dicitur enim abluere. Nempe et est et dicitur enim inaiticia. Gronov.

Torretur et cum salis gramo pondere triplici misso et rursus, &c.] In eodem: Torretur et cum salis gemino pondere, triplici misso ac rursus, &c. scribendum reor: Torretur et cum salis gemino pondere, triplici myaeos, ac rursus, &c. De Mysi Diosc. lib. v. Pintian.

Quod si trito spuma adjiciatur, putria ulcera, &c.] In eodem, quod si tritus spuma ex adjiciatur, &c. scribo, quod si tritus pumex adjiciatur, &c. suffragante etiam Dioscoride, qui lib. v. scribit 'pumicem ulcera explere, et ad cicatricem perducere.'

Idem.

Quod si trito spuma adjiciatur] Dalecampius, nitri spuma. Sed Voss. tritus spuma exadjiciatur. Lege, Quod si tritus pumex adjiciatur. Certe farinam pumicis ulcera purgare oculorum scribit xxxvi. 21. Sic quoque Pintianus. Gronov.

Verrucas curari eo M. Varro est auctor] In eodem, auro verrucas curari M. Varro est auctor. Pintian.

CAP. V. De chryso colla, et medicina ex chryso colla VI. et mirabilis natura ejus glutinandis inter se, perficiendisque metallis.

Ille quaque herba, quam luteam appellant] Voss. quam lutum. Ut et infra, Lutum putant a luto herba dictam. Uti præcepit Salmasius ad Solin. p. 255. Et tamen libri veteres, quibus ille usus, lotam, aut loton: hic noster plane luto. Statim, Natura est, qua lino lanæe ad succum bibendum. Voss. succum. Voluit, opinor, fucum: id est, colorem. Gronov.

Dein tenui cribro secernitur] Voss. et Pintiani liber, cribro cernitur. XVIII. 11. 'Posteaque gypsi pars quarta inspergitur, atque, ut cohaerit, farinam cribro subcernunt. Quæ in eo remansit, excepticia appellatur, et grandissima est. Rursus quæ transiit, arctiore cernitur, et secundaria vocatur.' xxxv. 6. de Indico: 'cum cernitur, nigrum; at in diluendo mixturam purpuræ cæruleique mirabilem reddit.' Sic bene Salmasius, cum et in Voss. sit, cernatur. Idem.

Ac deinde tenuius sic cribatur] Detrahe particulam sic ex antiquo codice; et paulo post lomento, non lomentum, ibidem. Pintian.

Orobitis vocant] Quod in grana figura et magnitudine orobo similia formarent. Dalec.

Summa commendationis est, ut colorem herbas segetis late virentis] Caret optimus rois est ut, dein præfert colore in herba. Scribe: Summa commendationis, colorem in herba segetis late ut vi-

rentis quam simillime reddat. Noster xviii. 5. 'Frumenta hieme in herba sunt, verno tempore fastigantur in stipulam.' Ovidius Met. v. 'primis segetes moriuntur in herbis.' Met. viii. 'segetes proculcat in herba.' Et in Epistola Paridis: 'et adhuc tua messis in herba est.' Men. Gud. et Acad. *est in colore in herba si segetes late virentes.* Gronov.

*Introduta opifscum turba*] Quod ibi negotium fuerit opifscibus introductis, videndum. Men. et Gud. *inducta.* Voss. *indocta*, ut et Academica. Sed et Voss. mox *distinguit*. Itaque scribendum: *cum ipse concoleri panno arigaturus esset. Indocta opifscum turba tribus eam generibus distinguit.* Etsi haud ignorem eleganter quoque dici posse, *turba distingunt*. Sed praevallet veteris libri auctoritas. Idem fere voluit Pintianus. *Idem.*

*Parætonium*] 'Parætonium,' inquit idem xxxv. 6. 'spumam maris esse dicunt solidatam cum limo, et ideo conchas minutas inveniri cum eo. Hæc ille. Sed si ita foret, spumæ marinæ natura siccissimæ et aridissimæ, nec tenax esse parætonium, nec pingue sineret. Ac sic existimandum, parætonium cretam esse littoralem, candidissimam, glutinosam, et pinguem, quæ tamen effodi non possit absque limo, spuma, et conchulis a mari inductis, quod in causa fuit, ut limum cum spuma mixtum esse putarent. Dalec.

*Luteam putant a lutea herba*] A luteo herba dictum. Turneb. vi. 17. Advers. Vitruvio luteum herba est, quæ cæruleum inficiunt. Virgilius: 'creco mutabit vellera luteo.' *Idem.*

*Datur et in angina orthopneæve miscenda cum melle*] In scripto codice, non *miscenda*, sed *pingenda*; lego *tingenda*. Pintian.

*Acesin appellant*] Vel quæ ad medicinam tantum usurpatur: vel *ἀκείων, ἀκείων, inelaboratam*, radem, nulla industria curatam. Vide num le-

gendum *Acesiam*. Acesium Apollineum memorat Pausanias in Eliacis. Dalec.

*Chrysocollam et aurifces sibi vindicant*] Apud Dioscor. v. 92. *ὁς χρυσοχῶν, ἀργυροχῶν, fit ex urina pueri impubis, trita in mortario æris Cyprii, cum pistillo ejusdem metalli, eademque vires habet auro ferrumimando, quas et santerna, id quod et Plinius scribit xxxiv. 12. Idem.*

*Et inde omnes appellatam, &c.*] Omnis, non omnes, in vetusto exemplari, ut scribendum forte sit, *commis*, hoc est, gummi. Pintian.

CAP. VI. *De argento, et argento vivo, et stibio, sive alabastro, et scoria argenti, et de spuma argenti.*

*Galænam vocant*] Molybdæna Dioscoridi, vena communis vel auri et argenti, vel argenti et plumbi. Dalec.

*Unde metalla Græci videntur dixisse*] 'Ἀπὸ τοῦ μεταλλῶν, ab inquirendo et percrutando, dicuntur, vel ὅτι μετ' ἔλλων, simul cum aliis, aut μετ' ἔλλα, post alia, inveniantur. *Idem.*

*Aquitani stantes*] Legendum forte, *Laceti*; qui sunt Hispaniæ populi; nam *Aquitani* ad Gallias pertinent. Pintian.

*Lucernarum mensura*] Ut quædam accensæ olei certo modo lucernæ ardent, in eo labore sint: cum lucernæ deficiunt, recantes ac integri succedant, qui eundem laborem obeant. Dalec.

*Annemque faciunt*] Legendum reor, *inanemque faciunt*. Pintian.

*Nullum finem spiriti fecit*] Desideratur primum verbum in codice antiquo. *Idem.*

*Cujus vomica liquoris æterni*] Hoc est quod Dioscorides ait, 'Aliud per se inveniri in metallis.' Dalec.

*Argentum vivum appellatur*] Argentum vivum (Arist. lib. i. de anima *ἕρπυπος χρυδα*) duplex: alterum nativum, alterum factitium. Nativum quoque duplex: alterum Dioscoridi per se in metallis reperitur. Plinio vomica est liquoris æterni, fluentis è

lapide in venis auri et argenti; Vitruvio ad plagas ferramentorum, dum anthrax foditur, emittitur guttis crebris; alterum in tecto fodinarum argenti stillatim concrevit Dioscoridi. Facitium, unicum tantum: hydragryon peculiari nomine id auctor vocat. Conficitur id ex minio Dioscoridi, lapide argentea arenis permixto; ex anthrace, Vitruvio, venā ferrei aut subruſi coloris, quæ circa se rubrum pulverem habet. Est autem et ea quoque minii genus. Suis porro modus conficiendi est Vitruvio, suis Dioscoridi, sed similia fere industria, nempe minio calfacto. Est et facitium a nobis excogitatum ex sulphure et argento vivo simul coctis, usus frequentissimi, quod vulgus cinnabre vocat, quasi cinnabari. *Idem.*

*Crebro jactata scitibus in vasis, ita vitis abjectis]* In vetusto codice, *crebro tactu scitibus in vasis vitis injectis*; scribendum forte *aloeis*, non *avitis*, quia sequitur statim, 'pelles subactas.' *Pintian.*

*Platyophthalmos id appellaverit]* Pulchriores olim fœminas putaverunt, quibus latiores essent oculi, et, ut apud Homerum legitur, *βοώπιδες*: cum autem rasa supercilia colore stibii nigro innunguntur, quod passim fit a mulieribus Græcis formæ studio deditis, oculi latiores videntur. Inde *platyophthalmos* stibium est dictum. Ios, Omphales regiæ Lydiæ dum ascittia formæ ornamenta persequitur, recenset *μέλας στίμιον ὀμματογράφον*. Eo fucō utuntur mulierculæ, quas vere et eleganter dixerunt veteres *προσωπία ἔχου, καὶ οὐ πρόσωπα*. *Dalec.*

*In Callibropharis mulierum, &c.]* Callibrophari appellatione fucus palpebrarum intelligitur. *Genl.*

*Eglossacis et contra recentia vulnera]* Scribe, *eglossacis et contra recentia venena*, ex scripto codice; sunt enim recentia et inveterata venena, ut supra notatum est. *Pintian.*

*Cum adipe ac spuma argenti]* Verendum ex Dioscoride, sed massa farinæ aqua subactæ, τῷ στίμι. Vide lapsam eundem Plinii animadvertam supra XX. 9. *Dalec.*

*Ante omnia autem urendi modus]* Hoc seculo cum aurificam chrysecolla excoctum, et, ut aiunt, calcinatam, pituitam et atram bilem purgat violentissime. *Idem.*

*Græci vocant helcysma]* Ἑλικύσμα, quoniam cum uncino eximitur e catinis, longissime trahitur. *Idem.*

*Tubulis]* Panes tanquam massas et offas fusores vocant. *Idem.*

*Chrystitis]* In his rebus distinguendis Plinius fallitur. Chrystitis ab auro minime dicta est, sed quia majorem ignium vim passa, colorem fulvum contraxit; vel quia fit ex mixtura plumbi et auri, vel ex mixtura æris. Lithargyros fit ex arena plumbaria, 1. ex lapide plumbario, 2. ex plumbeis laminis, 3. ex mixtura plumbi et argenti, 4. ex mixtura plumbi et auri, 5. ex mixtura horum trium, 6. Agricola. *Dalec.*

*Quidam duo genera faciunt, &c.]* Lego: *Quidam duo genera faciunt spumæ, quas vocant cerchnitida et pegnymenem: tertiam molybdanam in plumbo dicendam.* Duo genera spumæ argenti facit Plinius juxta quosdam; altera *κερχνίτις* vocabatur; altera *πηγνυμένη*. Hæc concreta est: illa soluta instar pulveris, vel milii seminum. Vide Salmas. 1082.

*Stereolytida]* Stereotida, quod solida massa sit; et pneomenen, quod flatu in tubulos dilatetur. Agricola de Nat. Fossil. lib. IX. *Dalec.*

CAP. VII. *De minio quanta auctoritatis fuerit apud Romanos, ac inventione ejus, et cinnabaris ratione in picturis et medicina: de generibus minii, et ratione ejus in picturis.*

*Jovis ipsius simulacri faciem]* Virgilio, Pan sanguineis ebuli baccis ac minto rubet. Pausanias in Achaicis, τὸ τοῦ Διονύσου θεῖον ἀγάλμα ἐπὶ κωνοβά-

*peus ἐνηριθμῆσθαι ἐστί.* Plutarchus, ἐν Ῥωμαϊκ. ταχὺ γὰρ ἐξαθεῖ τὸ μίθιον, ὃ τὰ παλαιὰ τῶν ἀγαλμάτων ἔχραζον. Brodæus III. 13. Alex. ab Alex. I. 20. scribit, Æthiops pugnantes dimidiam partem corporis minio, dimidiam gypso tingere solitos. Dalec.

*Cujus rei quidem causam miror*] Voss. *Cujus rei causam aequidem miror.* Unam literam tolle. Gronov.

*Ante Praxibulum Atheniensium*] Praxibulo Athenis Rempubl. administrante. Theophr. *περὶ Ἰσθμ. Dalec.*

*In Hispaniis*] In Iberia Asiæ Colchis finitima. Theophrast. *Idem.*

*Alias circa picturas, &c.*] *Lege: alias circa picturas pigmentaque varus: milton vocant Græci, miniumque cinnabari; rubricam milton Græci vocant, et minium cinnabari. Salmas. p. 267. b.*

*Cinnabaris nomine*] Fallitur Plinius. Cinnabari verum est noster sanguis draconis, arboris in Fortunatis insulis nascentis, quas Canarias vocant. Dalec.

*Sic enim appellant illi*] Jam prisorum temporibus Arrianns in periplo novit Cinnabari lacrymam esse arboris: *Ἰσπερ αἱ ἐν ἀβρῆ καὶ κωνόβασι τὸ λεγόμενον Ἰνδιέον, ἀπὸ τῶν δένδρων ἐς δάκρυ ἀναγόμενον.* Brod. III. 1. Cadamustus cap. 4. suæ navigationis fructum ejus arboris similem esse tradit ceraso, coloris cærulei; arbores certo anni tempore incidi; anno vero proxime sequenti fluere lachrymam. Insulæ, quæ arbores eas fert, incolæ ‘silvam draconum’ vocant, et advenas eam adeuntes per jocum tali nomine deterrent. *Idem.*

*Ille cinnabaris antidotis medicamentisque utilissimum est*] Mirum Plinium credidisse draconis bestię maxime venenatę cruorem salubrem esse. *Idem.*

*Hermogenes et in Æthiopia*] Timagenes in vetusto codice, non Hermogenes: scribendum fortasse Timæus; qui de re metallica scripsit, ut con-

stat ex Indice. *Pintian.*

*Juba minium nasci et in Carmania tradit; Hermogenes et in Æthiopia*] Academ. cum Gud. et Men. *trahit et magnis in Æthiopia.* Voss. *trahit imagines in Æthiopia.* Scribe: *et in Carmania nasci tradit, Timagenes in Æthiopia.* Nobilem rhetorem et historicum Alexandrinum, Asinii Pollionis contubernalem intellige. Idem reperit in suo codice Pintianus; sed male scribendum conjectat inde, Timæus. Gronov.

*Id ibi perficere*] Officina, in qua perficiebatur, fuit inter ædem Florę et Quirini. Vitruvius VII. 9. Dalec.

*Ne modum excederet LXX. in libras*] Voss. *H-S. LXX. in libras;* hoc est, sestertium nummam septuaginta. Gronov.

*Unde prædā societati*] Bæticę populos nomine peculiari ‘Socios P. R.’ vocat. Inde ‘garum sociorum,’ quod fiebat ad Scombrariam promontorium Bæticę. Societatem tamen publicanorum cætum exponere satius, a quibus minium Romę curatum fuisse Vitruvius scribit. Dalec.

*Constatque furantibus*] Servatur et integrum permanet. *Idem.*

*Sine argento excoquitur*] Nullo argento mixto; nam plerumque minium in argentariis metallis invenitur. *Idem.*

*Si non sit aurum*] Philander comment. in Vitruv. VII. 8. legit, *si non sit purum.* Ego nihil muto, sensumque hunc esse arbitror: Si aurum desit, quo minii bonitas probetur, ferri candentis lamina id faciendum. *Idem.*

*Scriptura usurpatur*] Olim legum tituli, atque primę literę rubrica pingebantur, unde Juvenal. Sat. XIV. majorum leges ‘rubras’ dixit, et Pers. Sat. V. ‘Masuri rubricam.’ Atque inde titulos librorum dictos voluit, nimirum a tutuli similitudine. Est autem ‘tutulus’ Festo, flaminicarum capitum ornamentum extruc-

tum in altitudinem, quod fit vitta purpurea innexa eripibae. Ovidius: 'Nec titulus minio, nec cedro charta notetur.' Martialis: 'Rasum pumice, purpuraque cultum.' 'Miniores' hinc dicuntur, qui librorum inscriptiones et capita minio ornant. Mag. l. 14. *Idem.*

CAP. VIII. *De hydrargyro, de argento inaurando, de coticulis in argenti generibus, et experimentis.*

*Ex secundario inornit]* Invento minus quidem ingeniose et utili, non spernando tamen. In secundario pane idem locutionis genus. *Idem.*

*Præterquam fortasse quod illitum capiti ventris sanguinem sistit, dum ne quid penetret in viscera]* In apographo nostro, præterquam fortassis illitum capite ventris sanguinem sistendum ne quid penetret in viscera. Pinitian.

*Sanguinem sistit]* In vomitu sanguinis; idque vehementi frigiditate. *Dalec.*

*Ut auctor est Theophrastus: nunc vero passim, quem alii Heracium, alii Lydium vocant]* Fallit Plinius: lapis hic Lydius, quo aurum et argentum probatur, nunquam dicitur est 'Heracium.' *Salmas.* p. 1103. a.

*Theophrastus]* Libro xviij *liber. Dalec.*

*Heracium]* Dicitur et magnes Heracius, xxxvi. 16. *Idem.*

*Quateras uncias longitudinis]* Quater pollices. Vide quæ adnotata sunt XXI. 18. *Idem.*

*Cum e vena ut lima rapuerint experimentum]* Scribendum arbitror non ut lima, sed ultima; ut intelligas ultima vena, ultimo metallo ac summe puritatis; et paulo post, pollicis in codice antiquo habetur, non politi. Pinitian.

CAP. IX. *De speculis et Ægyptia argento.*

*De speculis]* De speculis multa Rhodig. xv. 12. et 13. *Dalec.*

*Æpulis]* Vet. *Excerptia.* Seneca Quæst. Natur. lib. l. cap. ult. 'Specula totis parta corporibus auro ar-  
*Dclph.* et *Var. Clas.* *Plinius.*

gentoque creata sunt, deinde gemmis adornata, et peculis.' *Idem.*

*Populus totidem imaginum fiat]* Legendum forte peculum, non populus Pinitian.

*Ut vel uno intuentis populus totidem imaginum fiat]* Purgamentum calcaverat Pinitianus, quam legendum forte scriberet peculum, non populus. Quasi docendus esset rã populus elegantè pro quovis majore numero aut multitudine poni. At legit apud hunc ipsum xxxv. 2. 'Ut essent imagines, quæ comitarentur gentilicis funera; semperque defuncto aliquo, totus aderat familie ejus, qui unquam fuerat, populus.' Apud Ovid. Met. vi. Niobe 'populum notosum sacrum' appellat: et quinquaginta filios Artaxerxis 'populum appellat' Trogus Pompeius lib. x. Seneca Ep. cv. 'Ut garrulitatem suam evadunt, et contentus sit unius auribus, populum faciet.' id est, multos consocios. Ubi rursus inusave peculum misceat Pinitianus. Sed huc, quo de agimus, loco nihil congruentius est tuendo et illustrando, quam verba Senecæ Nat. Quæst. l. 5. 'Sunt quedam specula ex multis minutiisque composita, quibus si unum ostenderit hominem, populus apparet, unaquaque parte faciem suam exprimentis. Hæc cum sint conjuncta et simul collocata, nihilominus sedecime imagines sunt, et ex una turbam efficiunt. Cæteram cæteram illam non confundunt, ac si dirempta in facies singulas distrahent.' *Grenov.*

*Excogitantur et menstrifera]* In templo Heræ Arcadica speculum fuit, tectorio parietis inclusum, in quod qui aspiciebant suam imaginem aut pecuniam peraspicebant, aut rursus nihil cernebant: Deorum tamen circumposita signa, et aedium ipsam diuicide contuebantur. *Pansanianus in Arcadica. Dalec.*

*As parma Throacidica]* Vet *Thracia gladiatoris*, cujus arma fere parma,

sive lunata pelta, et sica, quam *ἄσπη* Clemens Alexandrinus vocat lib. 1. Strom. 'falce[m] supinam' Juvenalis: vel a Thraciis inventa; nam in glossis, *Parma*, *Θρακικὸν δελόν*. Alexandrinus scribit: *Θρακίας πέλτους εἶρεῖν ἄσπη, τοῦτ' ἐστίν καμπύλην μάχαιραν, καὶ πέλτους πέλταις ἐπὶ τῶν Ἰστων χρῆσασθαι*. Lipsius Saturn. 11. 9. *Idem*.

*Auro appposito aversis*] Ut nostro seculo Venetiis bracteam argenteam vitreis speculis aversis impingunt. *Idem*.

*Certio[re]m imaginem reddi auro appposito aversis*] Voss. *opposito*, melius, ut puto. Gronov.

LXXXIV.] Sub. denarios. Vide quæ adnotata sunt in lib. XXI. cap. ult. Dalec.

CAP. X. De immodica pecunia, et quorum maximæ opes fuerint, et quando primum populus Romanus stipem sparserit.

*Primus acceperit hoc cognomen*] De Crasso intelligit, cujus supra meminit XXI. 3. Vide Valer. vi. 11. *Id.*

*Qui reddito annuo legionem tueri posset*] Dion et Plutarchus, *στρατηγέωδον, ἐξερκίτων*. Dion *πολυχρηµατον* et *φιλοχρηµατον* fuisse tradit. Rhodig. xx. 35. *Idem*.

*In agris suis sestertium M. M. possedit*] Voss. in agris *H.S. CIJ CIJ* possedit, sine τῶ *suis*. Gud. *posset magus is sestertium*: Acad. *posset et in agris is sestertium*: Men. in agris *is sestertium*; tum iidem tres, *XX. millia possedit*. Gronov.

*C. Cæcilius Claudius Isidorus testamento suo edixit, &c.*] Dicit ibi, *Claudium Isidorum testamentum professum esse se relinquere in numerato pondo sexcenta millia*. Sed in antiquissimo exemplari vidit Budæus: in numerato *sestertium DC.* quod recte *sestertium sexcentis* interpretatur. Vide Gronov. de Sestertili, p. 81.

*Pythii Bithyni*] Scribo *Pithiæ*, non *Pithii*, ex Herodoto sexto libro, et omnibus. Notandum tamen Hero-

dotum *Pithiam* hanc, *Lydum* facere, non *Bithyniam*. *Pintian*.

*Qui plataneam auream vitæque nobilem illam*] Scribe *nobiles illas, numero multorum, ex codice antiquo. Idem*.

*Nam quod Agrippæ, &c.*] Nonius Marcellus in voce 'Deaubito,' ex Ciceronis de Repub. lib. vi. illa de re hęc citat: 'Meministis concursa levissimæ multitudinis, et ære congesto, funus desubito esse ornatum.' Vide et Valerium IV. 4. Dalec.

CAP. XI. De luxuria et frugalitate in vasis, et lectis argenteis, et quando lancee immodicae factæ.

*Nunc Firmiana, nunc Clodiana*] Scribe, nunc *Firmiana*, nunc *Claudiana*, ex antiquo codice. *Pintian*.

*Circa linearum picturas*] Veriorem lectionem ducimus, *citra linearum picturas*. *Idem*.

*Repositoriis imponimus*] *Repositoria*, nunc *mensarum fulcra*, τὰ *τραπέζοφάρα*, nunc quæ fercula et absontia sustinent. Dalec.

*Vasa coquinaria ex argento Calvus orator fieri queritur*] Voss. *ex argento fieri Calvus orator quiritat*. *Manns* sequior *que* fecit. Sincerius antiquum; est enim *quiritare*, tanquam ad rem indignam *Quiritium* fidem invocare. Livius lib. xxxix. 'Præ ulatibus tympanorumque et cymbalarum strepitu nulla vox *quiritantium* exaudiri poterat.' Valerius Max. vi. 2. 'Vidi eodem habitu *quiritatuque* prætorium virum *Perpernam*. Gronov.

*Soleas ex auro quoque induere solebat*] Voss. ignorat τὸ *solebat*, ut et Academicus Gudianusque. Intelligitur enim ex præcedenti, *invenit*. Etai autem codex optimus *inducere*, subscribo tamen *Salmasio inducere* legenti ad *Pallium Tertulliani*. Pliinius VII. 7. 'Divus Augustus prodidit lævum sibi calcem præpostere inductum, quo die seditione militari prope affictus est.' Sueton. Octav.

92. 'Si mane sibi calceus perperam ac sinister pro dextro induceretur.' Claudio 8. 'Solebant et stertentis manibus socii induci.' Cæsar de Bello Gallico lib. 11. 'Scutis ex cortice factis aut viminibus intextis, quæ subito pellibus induxerant.' Cicero: 'supra lateres coria inducuntur.' *Idem.*

*Librus XXXII. argenti]* Triginta tres, et auri duas: tantæ abstinentiæ, ut annis quinquaginta quatuor quibus vixit, nihil vendiderit, emerit, ædificarit: ab uxore Sempronis, ut rumor fuit, veneno anblatus. Alex. ab Alex. 1. 18. *Dalec.*

*Quater milles CCCCLXX. M. pondo transtulit]* Voss. *IIII. CCCLXXX. ob transtulit.* Cujus scripturæ ex parte Acad. Men. et Gud. *quatuor quadringentos LXX. obides transtulit.* At illud ob nihil aliud significat quam pondo: quatuor, inquit, millia trecenta octoginta pondo transtulit. *Gronov.*

*Postea victa Numantia et deleta idem Africanus in triumpho militibus XVII. millia pondo dedit.* O viros, &c.] Hic fraudem librariorum coarguit immensis summa, quæ pecuniæ facit quadringentes et insuper viginti octo millia, quanti, oplior, non fuit tota Numantia, et subjecta exclamatio, quæ non nisi perexiguum hoc congiarium patitur. Vide Gronov. de Sestert. pag. 81.

*Militibus XVII. M. pondo dedit]* Duo illa verba, *millia pondo*, desiderantur in codice antiquo. *Pintian.*

*Africanus in triumpho militibus XVII. millia pondo dedit]* Nimis magnam largitionem ævo illo restricto Lipsius vocat Admir. 11. 8. et plus satis fore si sint *septem millia pondo.* Fugibus deesse aliquid conjiciebat, et supplendum locum hoc modo, *in triumpho transtulit XVII. millia pondo, militibus septendecim pondo dedit.* Quod argenti si habuisset Numantia, multo celerius succubuisset Romanis. Quæ autem largitio in militem *septende-*

*cim pondo?* septem millia ducenti nummi? Vossianus nos expediet, in quo sic legitur: *quod mensarum postea apparatus victa Numantia quidam dilata idem Africanus in triumpho militibus XVII. dedit viros illo.* Scribe: *Hoc argenti tota Carthago habuit illa terrarum annula, quot mensarum postea apparatus victa? Numantia quidem deleta idem Africanus in triumpho militibus XVII. dedit.* O viros illo imperatore dignos, quibus hoc satis fuit! Significat multas postea fuisse mensas Romæ, in quibus singulis plus fuerit argenti expositum per solennia convivium, quam tunc redactum est ex totius Carthaginis opibus. Aut si de singulis nimium est, paucarum admodum mensarum apparatus Romæ luxuriantis plus effecisse librarum argenti, quam tum temporis o nis Carthago. xxxvi. 15. 'M. Lepido Q. Catulo Coss. domus pulchrior on fuit Romæ, quam Lepidi ipsius: at hercule intra annos xxxv. eadem centesimum locum non obtinuit. Computet in hac æstimatione, qui volet, marmorum molem, opera pictorum, impendia regalia, et cum pulcherrima landatissimaque certantes centum domos, posteaque eas ab innumerabilibus aliis in hunc diem victas.' Addit Numantino triumpho Scipionem singulis militibus donativum septem denarius distribuisse. Confirmat, quod Pintianus appositis verbis, *militibus XVII. M. pondo dedit*, duo illa verba, *millia pondo*, in codice antiquo desiderari notavit: quod tamen neque intellexit ipse, neque post eum quisquam, quod sciam, aut intellexit aut cordi habuit. In Men. Acad. Gud. *XVII. pondo dedit.*

*Frater ejus Allobrogicus primus omnium]* Scribendum arbitror, *Fabius Allobrogicus primum omnium*, &c. Nul- lum enim Allobrogicum fratrem fuisse Scipioni Emiliano legitur in Historicis. *Pintian.*

*At Livius Drusus in tribunatu plebis XII. millia]* Voss. *At Drusus Livius in tribunatu pleb. X.* In Livio et Seneca quoque notavimus illam mutationem loci nominum. Gronov.

*Triumphalem senem]* Fabricius Lucinus Censor Cornelium Rufinum, duobus consulatibus et dictatura speciosissima factum senatu movit, quod tanquam malo exempla luxuriosa, decem pondo vasa argentea comparasset. Valer. II. 4. Dalec.

*Legatus Carthaginensium]* Voss. *Carthaginensium*; ut optimi quique libri semper. Gronov.

*Paternus quoque gentis pulum quod XII.]* Men. et Gud. *paternaque gentis appellatum.* Voss. *paternaque gentis patellum.* Intellige Pellicinum Sardum, ut ad Livium monuimus. Idem.

*Lectos vero mulierum]* Plant. Paenid. 'Tu esto lectisternator, tu argentum eluito, tu idem extrahito.' Dalec.

*Sed Punica. Idem et aureos fecit]* In vetusto codice, *sed Punicae eadem et aureos fecit.* Pintian.

*Aut Delinca specie faceret, sed Punica. Idem et aureos fecit]* Acad. Men. et Gud. *sed punica eadem et aureos.* Voss. *sed Punicae.* Eadem et aureos facit. Cicero pro Muræna: 'Stravit pelliculia hædinis lectulos Punicanos et exposuit vasa Samia.' Valerius Maximus VII. 1. 'Lectulos Punicanos pelliculia hædinis stravit, et pro argenteis vasis Samia exposuit.' Sic quoque Pintiani codex. Gronov.

*Lancam habuit]* 'Promulidem' vocat ditata hæc historia Festus, de Pallio: significatione grammatica ignota, 'promulidem' vocantibus potionem convivia loco mulsi dari solitam ad aviditatem excitandam, Hadr. Jun. v. 10. Dalec.

*Duo tantum triclinia Roma fuisse]* Rectius in vetusto codice, *triclinaria.* Pintian.

*Adi sua memoria captum Fenestella dicit]* Voss. ultimam vocem jubet indaci; sufficit enim antecessisse tra-

dit. Gronov.

*Tympana]* Vasa potoria figura simili tympanis, quibus utebantur Galli Cybeles. Eadem dicuntur et *κύμβα*, a scaphæ forma, parva et cava pocula, et, ut ait Dorotheus apud Athenæum, profunda, sine fundo et auribus. Demosthenes Midie objicit, quod iis biberet, mollibus et fœmnelis, nec satie castransibus. Eadem dicuntur et *clenmateres* a forma operimenti testudinis, quam *αλμυδα* vocaverunt. Pollux. Auctor fabule Quærol: 'Ipam etiam pauxillum argenti levibus tenam tympanis, hinc commutarique semper credit, quia factum est semel.' Dalec.

*Magidas]* *Μαγυδα* Rhodig. VIII. 15. mensas vocat, quæ imponuntur, et tolluntur ut hæc Paulus Juric. magidis meminit. Abveas lecorum interpretes esse putant. *Capides* prius vasa esearia fuerunt, quod hinc forte legendum. Idem.

*Nec copia tantum argenti fuerit vita]* Non *vita* in antiquo exemplari, sed *vita*, puto legendum: *nec copia tantum argenti fuerit vita*; sequitur confestim, *sed validius pone manus precium*; in eodem, *sed validius manuprecis*; scribo, *sed validius manuprecis*; vulgus *facturæ* appellat. Pintian.

*Nec copia tantum argenti fuerit vita, sed validius pone manuprecium]* Voss. *vita et manuprecis.* Quæ ex scriptura Cincconius, immo Pintiana: *Nec copia tantum argenti fuerit vita, sed validius pone manuprecis.* Placet sententia: non obsolatum illud *fuerit*. *Magis, furere visi.* Gronov.

*Delphinos]* Vasorum genus. Fæquæ et Delphicæ abaci, e quibus vinum ministrabatur. Harum mentionem facit Paul. I. 3. de supel. leg. Delphinæ olim mensis in ornatum subijci solitos Græci adnotarunt; ut cantharea et Chironæ abaci. Juvenalis: 'Ornamentum abaci, nec non et parvulus infra Cantharus, et regubana sub eodem marmore Chi-



ron.' Cajacius Observ. XVIII. 18. Dalec.

*Sex millibus sestertiis]* Sex millia sestertia sunt quadringenti quinquaginta Carolini. Vide Gronov. de Sestert. pag. 374.

*VI. millibus sestertiis in singulis libris vasaempta habuisse]* Locum hunc mendam suspectum esse in dictione vasa ex antiquo scribit Budæus lib. III. Credo equidem; nam Voas. Pintiani, Gud. Acad. Mon. consentiunt: eandem H.S. VI. in singulis libris vasaemptalia habuisse. Lego, Constat eandem sestertium sex millibus in singulas libras vasa emblemata habuisse. Cicero in Verrem lib. IV. 'Scaphia cum emblematis.' Et, 'thuribulum avulse emblematis.' Item: 'Duo pocula non magna, verontamen cum emblematis.' Et, 'Iis crusta et emblemata detrahuntur.' Plinius capite sequenti: 'Ulysses et Diomedes erant in phiale emblemate Palladium surripientes.' Gronov.

*Vasaempta habuisse]* Longe aliter in apographo nostro, vasaemptalia habuisse. Quomodo autem castigandæ sit depravatus hic locus mihi ad præsens hæud occurrit; considerent ingeniosiores. Pintian.

*Mediis LVI. annis eructa, &c.]* Rectius in apographo nostro, LVII. Ita etiam poscente ratione temporum. Idem.

*Parta signa et tabulas pictas invenit]* Tabellas, non tabulas, in eodem; et forte melius ærea, quam partita, legeretur. Ære Corinthio illi notius. Id. CAP. XII. De status argenteis, et calcatura argenti, et cæteris quibusdam.

*Ita congruentibus factis ut liberet amplecti vitia et liceret peccare, et dignationis hinc aliis veterum]* Locus inter paucos vitiatas. Legend. reor: ita congruentibus factis ut liberet amplecti vitia et liceret. Potare ære indignetur hic aliis veterum; nam in vetusto codice non peccare legitur, sed petere, minus depravate; et sequitur e vesti-

gio, cantharis potasse. Idem.

*Ut liberet amplecti vitia et liceret peccare]* Hoc a Gelenio. Voss. ut ex liberet amplecti vitia et liceret. Scribe, ut et liberet; et sic Academicus Gudanusque. Men. utque liberet. Sequitur in eisdem et Pintiani, petere et dignatione. Unde Ferdinandus, Potare ære indignetur hic aliis veterum: acutius et pudentius Lipsius Elect. II. 6. Petiere et dignationem hinc aliis veterum; sed non, ut velim, interpretatur. Vult enim quosdam etiam e priscis dignitatem sibi adstruere conatos electione ista et curiosa cura vasorum, inter quos Marium. At ego electionem istam et curiosam curam vasorum potius destruere dignitatem censuerim quam augere: Plinium autem dicere: Ex ipsa vitia tum grassantibus et insanis in vasis pretiosis comparandis, quosdam sibi gloriam paravisse, dum ea soli aut cum paucis asperantur: sic C. Marium post Cimbricam victoriam, non in scyphis Mentoreis, non in auro, sed rusticis et servilibus in cantharis bibisse: neque hoc sordidam potasse poculum, quo et Liber Pater usus: unde et apud educatorem ejus dormientem 'gravis attrita pendebat cantharus ansa.' Valerius Maximus III. 6. Gronov.

*C. Marius post victoriam Cimbricam]* Valer. III. 6. Plutarch. περί τῆς ἀσπρησίας. Dalec.

*Argenti usum in status primum ad honorem Divi Augusti in adulationem temporum transisse, &c.]* In scripto codice, argenti usum in status primum Divi Augusti in temporum adulationem transisse. Puto superfluum præpositionem in, secundo positam. Pintian.

*Divi Augusti]* Sueton. I. 52. et ibi Casaub. Dalec.

*Ex re aliquando et auro]* Non modestia, sed justa causa, pœnæ metu. Id.

*Compedes sibi ex eo facientiam]* Sic ornatum calceorum vocat, qui, ut in feminis equestris ordinis aureus

fuit, supra cap. 3. sic plebeis argenteis, auro illis ad eum luxum non permisso. *Dalec.* *Compedes sibi ex eo facientium, &c.*] Vide Reines. Var. Lect. II. 7. p. 174. Et paulo post lege, tam inopportuna injuria subtilitas erat, quia ἀμύρτος. Vide eundem loco citato.

*Quas induere aureas mos tritior vetas*] Andreas et vetustiores, mos tritior. Sed neutrum assis est unius. Itaque Th. Reinesius *mos patriciorum*, qui scilicet plebeias fœminas prohibuerit, ne eo luxus aspirarent, et excluserit auri usum in compedibus: Var. Lect. II. 7. Men. Acad. Gud. *quas induere aureas vestes, vidimus et in ipsa Aurelium Fuscum.* Eximius: *quas induere aureas monstritior vetet vidimus et in ipsi Aurelium.* Scribendum censeo, *quas induere aureas mos Quiritium vetet.* Hic plus, opinor, imperii habebat, quam mos patriciorum. Solet autem Plinius 'Quirites' pro populo Romano dicere. Sic XI. 37. 'Quiritium magno ritu sacrum est, ita more condito,' &c. XXXIII. 10. 'Quiritium post Syllam ditissimus.' Cogitaveram etiam, *opus censorium vetet*; sed illud simplicius. Quod sequitur, jam notavit Hermol. in antiq. codd. exhiberi: *ob insignem cum celebritate assestationem adolescentium scholarum.* Nec aliter credibile est invenisse Pintianum, qui conjiciat: *cum celebrata assestatione adolescentium scholarum ex argento annulos habent.* Certe nostri non aliter fere: *calumniam utique reperimus nusquam, etsi dissimulet Ferdinandus.* Veniebat sub acumen stilli: *Fuscum, motum equestri ordine, ob insignitam celebritatem adsectantium adolescentium scholarum, ex argento annulos habentem.* Significat equestri eum ordine motum, prætextu hand dubie rei notandæ, seu veræ, seu fictæ, sed intimam propriamque ob causam haud aliam, quam ut refrigeraretur vanitas hominis per publicum trahentis invidiosam et jam imperantibus suspectam turbam scho-

lasticorum et sectatorum, nobilium et promptorum juvenum, eloquentiam emulantium. Atque, is cum carnisset ordine, jusque aureorum perdidisset, ut tamen distaret a vulgo et invidiam faceret juratori, a quo erat notatus, argenteos annulos induit. Satis tamen est credibile, hauc censoriam aut magistrum morum animadversionem multos ei comites in reliquum detraxisse. Gronov.

*Aurelium Fuscum*] Hunc Seneca inter claros sui temporis oratores annumerat. *Gelen.*

*Cum celebritate assectarentur adolescentium schola, ex argento annulos habentem*] Scribendum arbitror, *cum celebrata assestatione adolescentium scholarum ex argento annulos habent*; nam pleraque exemplaris assestatione habent, non assectarentur. Pintian.

*Cum capuli militum ebore etiam, &c.*] Prisci heroës gladios habuerunt clavibus argenteis confixos. Homer. Iliad. B. de Agamemnone: Ἀμφὶ δ' ἑρ' ἑμοῖσιν βάλκτρον ξίφος ἀργυροβόλον. *Dalec.*

*Batillis*] Batulum, et ὀπκοροστικὸς batillum, ferreum instrumentum, quo pruna colligitur, quasi patulum. Horatius: 'Linquimus insani ridentes præmia scribæ, Prætextam, et latum clavum, prunæque batillum.' Ab ejus instrumenti similitudine veteres *batillas* vocaverunt laminas argenteas, utrinque ad laterum margines curvatas, quibus pugionem et ensium vaginas operiebant, ut hodie fit a Germanis. *Catillos* quidam exponunt clavos argenteos, quorum capita catillorum figura extuberant. *Idem.*

*Vagina batillis, balthei laminis eripient*] Hoc ab Hermolai conjectura. Voss. *vagina catillis, baltea laminis eripient.* Puto *catellis.* Horatius I. Ep. 17. 'sæpe catellam, Sæpe periscellidem raptam sibi sientia.' Livius lib. XXXIX. 'Quintius alter prætor suos equites catellis ac fibulis donavit.' Gud. etiam, Menap. et Acad. *catillis.* Gronov.

*Ad transitum virilitatis custodiantur, &c.] Fibulas argenteas intelligit, quibus adolescentium pudenda perstringebant, ne coirent, cum ὑπερβύου et ad Venerem incitantur, vocis conservandæ gratia, quam illa mæte Veneris usu mutari ac corrumpi notum est. Dalec.*

*Ita ut vestigio locus non sit] Primum probum est lavare cum viris; alterum lavare in balnearum solis sic argento stratis et lubricis, ut in his consistere vestigium non possit. Idem.*

*Ephesia Diana templum jacet, Capitolium incendiis] In antiquo exemplari: Ephesia Diana templi aut Capitolini incendiis. Pintian.*

*Exstare dicitur. Ephesia Diana templum jacet, Capitolium incendiis] Vos. et Pintiani, Diana templi aut Capitolini incendiis. Acad. Men. et Gud. templi aut Capitolini incendiis. Recte: æ jam nullum exstare dicitur, Ephesia Diana templi et Capitolini incendiis. Significat in illis periisse. Gronov.*

*In templo Liberi patris in ipsa Rhodo] Scribendum puto, in ipsa Lindo; non, in ipsa Rhodo; nam cum a principio dixisset extare omnium opera in Rhodiorum insula, quid necesse erat subjungere, Acragantis in templo Liberi patris in ipsa Rhodo? Pintian.*

*Baccha Centaurique calati in scyphis] Vos. Centauros bacchasque calatis scyphis: tum, ad Silenus, sine copula. Lege: Acragantis in templo Liberi Patris in ipsa Rhodo Centauros Bacchasque calati scyphi: Myos in eodem ad Silenus et Cupidines. Gud. bacas centaurosque calatas cipimius in eodem. Ut et Acad. et Mon. nisi quod bacas. Præcipuum horum adfirmat codex Pintiani: quo non contentus ille corrigi in ipsa Lindo; neque enim necesse fuisse subjungi, in ipsa Rhodo, cum a principio dictum foret 'in Rhodiorum insula.' Immo quid necesse fuit subjici, in ipsa Lindo, cum*

tam vicinam præcedat, 'apud Lindiam Minervam?' An Lindia Minerva non erat in ipsa Lindo? At ipsa Rhodos non est Rhodiorum insula Plinio, sed oppidum Rhodos in Rhodiorum insula. Gronov.

*Et Silenus et cupidines. Acragantis et venatio in scyphis magnam famam habuit] Scribe, et Silenus et Cupidines Acragantis et venatus in scyphis magna fama; cætera redundant, ex eodem. Pintian.*

*Et circa Magni Pompeii atatem Praxiteles] Scribendum Pasiteles, non Praxiteles, ex apographo Tol. Item Plinio infra lib. xxxv. et Pausania, et cæteris. Idem.*

*Zopyrus, qui Areopagitas, &c.] Sic videtur scripsisse Plinius: Zopyrus qui Areopagitas et iudicium Orestis in duobus scyphis H-S. in libras pondo XII. aestimatis; id est, sestertium duodecim millibus. Sic præcedenti capite de Græcho: 'Delphinos quinque millibus sestertium in libras emptos C. Græchus habuit.' Et de Crasso: 'Constat eundem sex millibus sestertium in singulas libras vasa emptâ habuisse.' x. 22. 'Pretium plumæ eorum in libras denarii quini;' nisi malis, H-S. in libras pondo VII. Et sic quod sequitur, *cujus binæ uncie X. venierunt*, id est, decem millibus nummum. Vide Gronov. de Sestertiis p. 102. 103.*

*Et iudicium Orestis, &c.] Lege: et iudicium Orestis in duobus scyphis sestertiis quinque, hoc est, pondo XII. aestimatis. Vide Salmas. p. 1048. Et iudicium Orestis] Vide Victor. XIII. 23. Lipsius III. 27. de Areopagitis, Victor. VI. 5. Alex. ab Alex. III. 5. Dalec.*

*In duobus scyphis H-S. XII. aestimatis] Ego interpretor sestertium duodecim, id est, censu senatorio, ait Bndæus. At Ciacconius: 'Quæ notæ si duodecim sestertium designant, triginta scutatorum millia faciunt: si vero, quoniam de Græcis ibi sermo*

est, *ΔXII.* id est, *talentis duodecim*, est legendum, scutati sunt 7200.' Salmasius corrigit, *sestertius quinque*, hoc est, *pondo XII. aestimatis*. Quod equidem miror vehementer, cum prorsus abhorreat a consuetudine Latine loquentium. Vossianus nihil mutat. Gud. Men. et Acad. *pondo XII.* Itaque simplicissime intelligenda duodecim millia nummum, seu trecenti Philippi. Hoc et materię et manus pretium; sed materię non magnum pondus fuisse in scyphis tatis liquet. Gronov.

[*Cujus binæ uncia viginti venierunt*] In vetusto exemplari non *viginti*, sed *decem* legi testatur Budæus; utrobique tamen deesse summam videri. Salmasius: 'Aut de pondo aut de sestertiis intelligendum, quę sestertia libras duas cum semisse faciunt argenti.' Sic ille. Frustra dubitat. Et *venire viginti pondo et aestimari duodecim pondo*, quod sit pretio librarum viginti aut duodecim, sermones sunt mercatus non Romani; neque enim illis, eo utique seculo, ut nobis hodie, *libra* vel *pondo* argenti pro signati argenti summa dicebatur. Quod autem libram veterem *X.* non *XX.* habuisse ait, is tanto peior fait. Voss. clare: *Fuit et Pytheas, cujus duæ uncia XX. venierunt*. Hoc est, viginti millibus nummum, quę et viginti sestertia dicebant, et sunt nostri Philippi quingenti: quum solius materię pretium sint sedecim denarii, vel sexaginta quatuor nummi sestertii, nostri duo daleri aut paullo plus. Gud. quoque Men. et Acad. *duæ uncia viginti*. Idem.

[*Ne exempla quidem liceret exprimere: tam opportuna injurię*] Voss. quoque Men. Gud. et Acad. *exemplaria*. Reimstus in variis, *inopportuna*. Sed illud defendimus ad Senecam de Brev. Vitę cap. 17. *Idem*.

[*Crustarius*] Qui in tenuissimis argenti laminis et quasi crustis, rebus castigatasque scalpebat ima-

gines, non autem extantes, et a cetero frontis extimę prominentes: vulgo, *Cicelles à demi bonc*. Dalec.

[*Pretium in libras XXXII.*] Voss. *pretium in post libras XII.* Lege, *Pretium in pondo libras XII.* hoc est, denarii duo. Gronov.

[*Proximum marmorum sub dimidio Attici pretio*] Voss. *marmore sub dimidio*. Lege, *Proximum marmorum dimidio Attici pretio*. Gud. et Men. *marmore subdimidiantis pretio*. Acad. *marmores subdimidiantis pretio*. Sic et Pintianus. *Idem*.

[*Dipondius vero detractis*] Fere sestertio uno, nam detractius valet asses duos, sive pondo duo, et semissem. Quidam legunt *Dipondiaris*, sub. numis: ut cap. 2. lib. proxime sequentis. Dalec.

[*Pretium in libras hujus sestertii bini. Dipondius vero detractis*] Tō hujus non est in Vossiano. Ceterum quod *lucidum* vocant, ejus pretium esse vult in libras sestertium unum et dimidiatum; tantum enim restat dipondio binis sestertiis detracto. Perperam Dalecampius, fere sestertio uno; nam sestertius, inquit, valet asses duos sive pondo et semissem. Immemor seculi, quo vivebat Plinius. Sestertius cum primum caderetur tantum valuit; Plinii ævo quatuor assibus semuncialibus mutabatur. Gronov.

[*Sile pingere*] Sil Hermolao et Agricola; ochra. Sil, quod specialiter vocatur, ad sacrum ignem adhibet Celens v. 24. Dalec.

CAP. XIII. *De sile et cœruleo, et Nestoriano: et celo, et quod non omni anno æqualiter species vendantur.*

[*Hujus genera tria fuerunt*] Theophrast. *sepl. lib. vii.* Vitruvius vii. 12. *Idem*.

[*Crassiorum tenidorence*] Caret nostrum exemplar his verbis. *Pintianus*.

[*Coquitur herba*] Glasto. In officinis infectoris spuma purpurea glasti cortinis innatas seccatur et Indicum fit. Cœruleum in eadem cortina infecta durabilius et floridius est. Alii viderunt

expressi, nempe *migram*, τὸ μέλιτρον.  
*Dalec.*

*Pretia ejus XXIII. in libras, corulei XVIII.]* Voss. *pretia ejus XX. in libra corulei XVIII. Lege: Pretia ejus X. in libras, corulei VIII.* hoc est, *denarii decem, et denarii octo. Gronov.*

*Accessit et Nestorium] Voss. et Academ. Vestorium.* Vestorius Ciceronis amicus in Epistolis ad Atticum et in octavo Familiarium a Caello appellatur. Vel hic vel hujus gentilis ei auctor fuit. Vitruvius VII. 11. 'Cærulei temperationes primum Alexandriæ sunt inventæ; postea idem Vestorius Puteolis instituit faciendum.' *Idem.*

*Pretium ejus XL. in libras] Voss. X I. hoc est, denarius unus.* Sic accipere mox quoque, *ejuspretium X VII. in libras; hoc est, denarii septem.* Utrobique autem abest Vossiano in libras. *Idem.*

*Idem et Puteolani usus, præterquam ad fenestras] Voss. Pintiani, Men. Gnd. præterque ad fenestras.* Sic enim amat loqui præterque, pro et insuper. Sic XL. 2. 'Ut vera fiat vulgi opinio, quicquid nascatur in parte naturæ illa, et in mari esse; præterque multa, quæ nunquam alibi.' XXIII. 3. 'Pistacia eadem usus habent quæ nuclei pisel, præterque ad serpen-

tium ictus, sive edantur, sive bibantur.' XXIX. 6. 'Jus ex carne arietum præterquam advenus cantharidas, item lac ovium calidum; præterque his, qui buprestin aut aconitum biberint.' Sic Vossianus et Pintiani codices. XXXII. 2. 'Præterque armillas civibus dedere, quas non habent externi.' XXXIV. ult. 'Vis ejus eadem quæ supra dictis, levissima tamen ex omnibus; præterque ad candorem foeminarum.' XXXVIII. 8. 'Venas protulit, præterque in veste et rugas et sinus invenit.' *Idem.*

*Vocant Cælon] Aliter et alio ordine in scripto codice, Cyllon vocant. Pintian.*

*Fraus viola arida decem] De sillis tinctura id prodit Vitruvius lib. VII. cap. ult. non cærulei; sed mendosum potius exemplar Vitruvii pato, quam auctoris. Dalec.*

*Teritur difficillime sil] In antiquo exemplari, Teritur autem difficillime; verbum vero sil non legitur ibidem. Pintian.*

*Demetrium a tota Seplassis] Seplassis nomine pigmentorum atque aromaticarum specierum negotiatores significatur, origine vocabuli a Campanis deducta, quorum vicus erat Seplassis, hujusmodi mercibus attributus. Gelen.*

## LIBER XXXIV.

PROEM. *Æris metalla.*

CAP. I.

*Æris metalla] 'Raudus' prisci illi voluntianisque Romani res vocaverunt, unde dicta Raudusculana porta, quod ære munita foret. In ea fuit Genutii prætoris caput æneum historis scriptorum celebris. Alex. ab A-*

lex. IV. 16. χαλδον, Græcis, παρὰ τὸ χάλειν τὴν ἀλκην, quod eorum qui confodiuntur vires ac robur dissipet, vocatum fuisse Tzetzes scribit. Dalec.

*Et ararium et obarati ab ære dicti] Vossiana quantivis pretii lectio: et ararium, obarati, ære diruti. Festus: 'Dirutum ære militem dicebant,*

cui stipendium ignominie causa non erat datum; quod res dirnebatur in fiscum, non in militis sacculum.' Gronov.

*Et alia quæ vetustas tradidit cum æqualem]* His in verbis *quæ* et *quæ* tradidit cum nec Vossianus nec Gudianus nec Menapins nec Academicus agnoscunt. Omnia recte habebunt, si declarat facies pro declararet. Docuimus, inquit, *quandiu populus Romanus ære tantum signato usus sit. Sed et alia vetustas æqualem urbi auctoritatem ejus declarat, a rege Numa collegio tertio arariorum fabrum instituto. Idem.*

*Celebritas in Asia]* Exemplar antiquum, *celebritas Maria*; puto legendum *Mariæ*, aut *e Mariæ*. Apparet autem Mariam locum esse Bæticæ, non longe a Corduba; a quo fortasse nomen invenerunt Mariani montes, qui Tarracoensem a Bætica determinant. Cujus mentio etsi a geographis non sit, colligitur tamen, ex his quæ a Plinio infra referuntur, ita esse ut dixi. Pintian.

CAP. II. *Genera æris, quæ Corinthia, quæ Delia, quæ Æginetica.*

*Orichalco]* Vide Rhodig. XIX. 9. Brod. VI. 23. Scalig. in Festum, dictione Aurichalcum. Apud interpretem Apollonii, Aristoteles et Hezychius aurichalcum esse negant. Dalec.

*Quod et Cordubense dicitur. Hoc a Liviano cadmiam maxime sorbet]* Quid si legas: quod et Cordubense. Differt hoc a Liviano. Cadmiam, &c. et paulo ante *summa gloria, non-summa gloria?* Pintian.

*Cyprio suo assibus contentis]* Melior lectio, ut sentio, *Cyprio suis assibus contentis*, quamvis in secunda editione aliter patet Hermolaus. *Idem.*

*Corinthium maxime laudatur]* Vide Muret. in Varr. III. 5. Plutarch. lib. cur Pythia carne oracula non reddidit. Dalec.

*Cum ante secula]* An legend. *Cum ante seculo, i. e. ante centum annos?* Gelen.

*Trullos, nullo munditiarum respectu]*

Trulla, nunc lassum, in quod ventris onus deponitur; nunc vas quo e culina in latrinam aquam effundunt; nunc vasis potorii genus; nunc cæmentariorum instrumentum, quo dealbati tectorio muri, aut delutati, linuntur et complanantur a terendo. Dalec.

*Antiquissima æris gloria Deliaque fuit]* Maxima est Tartessiano ex Hispania apud Pausaniam in Eliacis. *Idem.*

*Hic est exemplar Æginetici æris]* Voss. melius, *Hoc erit exemplar Æginetici æris.* Gronov.

*Æmulatio autem et in materia fuit]* Voss. *æmulatio iis et in.* Scribe, *Æmulatio iis et in materia fuit*, Polycleto et Myroni: *quod autem delat et Plutianus. Idem.*

CAP. III. *De candelabris et templorum ornamentis.*

*Tribunorum militarium]* Tribunorum militum salarium fuit talentum, quod valebat sestertia 50. æstimata sigillatim 25. coronatis nostris. Summa 1250. coronati. Dalec.

*Accessio candelabri talis fuit, &c.]* Loge: *Accessio candelabri talis fuit: Thronis jusu præconis Ctesippus fullo, gibber et alio præterea sædus aspectu, emente id Gegania H-S. quinquaginta millibus, eademque ostentante convivio emptum, ludibrii causa nudatus, atque impudentia libidinis receptus in torum, mox testamentum, prædicos numinum vice illud candelabrum coluit, et hanc Corinthiis fabulam adjecit, vindictis tamen moribus nobili sepulcro, &c.* Vide horum expositionem apud Gronov. de Sestertiis pag. 686. 687.

*Ctesippus fullo]* Forte *Ctesippus*. Sic Ctesippus Chabriæ F. apud Athenæum, et Herculis duo Ctesippi filii, ex Deianira Cænei et ex Astydama Amyntoris, si recte legitur apud Apollodorum; et nisi potius unus est Ctesippus, quem alii Deianira, alii Astydama natum voluerunt. Hunc locum reliquum explicuimus in Pecuniæ Veteris IV. 8. 686. Gronov.

*Gegania sestertiis L.]* Livius lib. I.

**Dionys.** Halicarn. lib. eod. scribunt a Tullo rege principes Albanorum Tullios, Servilios, Quinctios, Gegavios, Curiatios, Clœlios, in patres lectos fuisse, ut ea quoque parte respublica cresceret. *Dulce.*

*Prisci limina etiam ac valeas, &c.]* Qu. et Ca. Ognulnius ædiles curules, fœneratorum aliquot bonis multatis, ex eo quod in publicum redactum est, ænea limina in Capitolio, &c. posuerunt. Livius lib. 1. Decad. 1. Fuit et Romæ porta Raudusculæ ærata, de qua hujus libri c. 1. *Idem.*

*Cortinas tripodum]* Pelves tripodibus impositas. Tripus suggestus fuit, triplici graduam ordine divisus, in quæm vates condescendebat responsa editura, ut tutius ἀσθημα θεῶν acciperet, quod propius adstantes aliquando suffocaverat. Rhod. ex Diodor. VIII. 16. Vide Hadr. Jun. II. 3. *Idem.*

**CAP. IV.** Quando primum simulacrum Romæ factum, et de origine statuarum, et honore statuarum, et generibus, et figuris.

*De origine statuarum]* Statuarum quinque genera observant: τομικὴν, quæ lignum vel ebur tractat; πλαστικὴν, quæ argillam; παραδερματικὴν, quæ gyronem; κολαστικὴν, quæ marmor et lapides; γλυφικὴν, quæ metalla; et hæc duplicem: χυμικὴν alteram, quæ metallum fundit; ἀργυρικὴν alteram, quæ scalpendo format, idque vel ἀναγλυφικὴν, cum sint retusæ; ἐγκολαστικὴν, cum cœlatæ. Rhodig. XXI. 24. *Idem.*

*Harmedio et Aristogiton]* Il Pisis-trati filio Hipparcho interempto servitate tyrannidis Athenienses liberaverant. Pansanias in Atticis. Hanc historiam vide prolixè recitatam apud Thucyd. lib. VI. *Idem.*

**CAP. V.** De status togatis, et quibusdam aliis, et quibus primum in columna, et quando primum publice, et quæ primum status Romæ.

*Cæsar quidem dictator, &c.]* Lucius Scipio statuam suam chlamydatam et

crepidatam in Capitolio poni voluit, quoniam eo habitu aliquando usus fuisset. Valer. III. 6. *Idem.*

*Luperorum habitu]* Luperi caprina pelle amicti, cætera nudi, per urbem discurrebant. De iis et Lupercalibus vide Alex. ab Alexand. IV. 12. *Idem.*

*Mancinus eodem habitu]* Anulum Hostilium Mancinum, quod Consul, cæso exercitu, consultore Tiberio Graccho, ignominiosam pacem fecisset, Numantinis defendendum Senatui censuit. Julius Obsequens. Florus lib. LV. Corn. Nepos de Viris Illustrib. Plutarch. in Vita Gracchi, qui nudum et vinctum deditum fuisse narrat. Valerius 1. 6. vocat 'Calum Hostilium Mancinum,' non *Ankum.* *Idem.*

*Camænarum æde]* A Fabio Nobiliore extracta. Lucius Faunus c. 17. *Id.*

*Equestres utique status Romanæ celebrationem habent]* Acad. Gud. Men. *Equestres vero status.* Voss. *Equestres utique vero.* Lego, *Equestres ubique fere status.* Gronov.

*Sed illi cœletas tantum discabant]* Qui nno equo vicerant, vel etiam equos, qui ab uno scessorum agitantur et raguntur. *Dulce.*

*Antiquior columnarum, sicut C. Menio]* Et L. Curio Camillo. Liv. lib. VIII. Decad. 1. De columna Menia alibi diximus. Caius Menius Aricinus, Lavinios, Veliternos, Antiatibus et Volscis conjunctos, adortus ex improvviso fudit. Decretus triumphus. Additum honori, ut in foro statua erigeretur, quam impositam fuisse columnæ locus hic monstrat. Idem rostratas sex naves Antiatum cepit, earumque rostra in fori suggestu fixit, quæ Rostra vetera dicta sunt. Liv. Florus. *Idem.*

*Præclaræ res, nisi frivolis capiaset initiis]* Voss. et Gud. ni *frivolis.* Gronov.

*Namque et Actii Navii statua fuit ante curiam]* Voss. *atinavi.* Sic et mox, *has et atinavi.* Scribe utrobi-

que, *Atti Navii*. Hoc enim nomen hominis fuit *Attus Navius*. Valerius Maximus l. 4. 'Cum ab Atto Navio angere prohiberetur.' Sic notavimus in membranis. Vide ad Livii l. 36. Mentio ejusdem apud nostrum xv. 18. ubi legendum censeo: *Tanquam in comitium sponte transisset Atti Navii augurio*. Si quando *arescit*, rursus (*qua cura sacerdotum*) *seritur*; nam Gud. Men. Acad. *acto navigio illico*, Thun. *atto navigio aliquarescit*. Nimirum *Navii augurio* ob similitudinem literarum coaluerunt in *navigio*. Ex si quo, *pre et quando*, factum *aliquo* et *illico*. Neque invidio, al quis nosse velit, ut Turnebus hæc concinnet xviii. 18. ut Scaliger ad Festum in *Navia*; ut Salmastius ad Solinum p. 1187. Gronov.

*Fuit et Hermodori Ephesii*] Apud Strab. lib. xiv. Artemidorus narrat, Hermodorum virum inter Ephesios frangi, ab iis ejectum quod bonus esset, ideoque dignos Ephesios omnes qui strangularentur, cum edicto publico civitate pellere bonos et integros viros. Hanc historiam repetit et Alex. ab Alex. v. 18. Dalec.

*Alia causa et alia auctoritas major in Horatii*] Tres supervacuas voces recidi jubet liber optimus; sic enim ostendit: *Alia causa, alia auctoritas M. Horatii Coclitis status*. Cum hoc major cadit et Pintiani minor pro minor in verbis sequentibus. Gronov.

*Equidem et Sibyllæ juxta rostra esse non miror*] Legendum proculdubio minor, non miror; nam cum dixisset majorem esse causam status Horatii Coclitis, subdit non minorem esse causam status Sibyllæ: proinde scribendum puto, non equidem, sed et quidem. Pintian.

CAP. VI. *De statu sine tunicis, et quibusdam aliis, et qua prima Romæ statua equestris, et quando omnes statuæ privatim et publice sublata, et quibus Romæ mulieribus, qua prima ab exteris publice posita.*

*Et Tito Coruncano*] Hec etiam tributum fuit legatis cæsis a Tolomæo rege Veientum. Cicero in Philipp. ix. Dalec.

*C. Octavium*] Plinius errat, qui hanc *C. Octavium* appellat, et historiam, sive facta duplicia misceat ac confundit. Non nemo qui Plinium recensuit et adnotavit, frustra est in viro defendendo. Tu, si voles, fontem ipsum erroris ejus reperies in Ciceronis Philippica nona. *Lipsius*. Imò *C. Popillius*. Quod audent Polybius, Cicero, Livius, Valerius. Zonaras tamen *M. Popillium* etiam nominat; sed errorem ejus redarguant facile testes, quos dixi, omni exceptione majores. *Vossius*.

*Non præterito C. Octavium ob unum verbum*] Pintianus tria postrema verba Pliniana esse negabat. *Voss. Cn. Octavium ob unum SC. verbum*, hoc est, *Senatusconsulti*. Id verbum est *oculatissimo*. Sequitur enim: *In qua legatione interfecto Senatus statum poni jussit quam oculatissimo loco: eoque est in Rostris*; ita enim *Voss*. Vulgo desunt *eoque est*. *Academius*, Men. Gud. *loco qui est in rostris*. Cæterum duas hic historias a Plinio male misceri notum est. Gronov.

*Apollo Pythius fortissimo Græcorum gentis jussisset*] Vetus exemplar non *Græcorum* habet, sed *Graia*. Item alio ordine concepta sunt hæc verba: *Apollo Pythius jussisset fortissimo Graia gentis, &c.* Pintian.

*Simulacra celebri loco dicari donec Sylla dictator*] *Hermolæus* ex veteris codd. offert: *ea causa credo ut Sulla dictator ibi curiam faceret*. Men. et Gud. Acad. *dicari et credo ne Sulla*. *Voss*. *dicari ea est et credo nec Sulla*. Scribe: *simulacra celebri loco dicari: ea statere, donec Sulla dictator ibi curiam faceret*. Gronov.

*Quam Phalereo Demetrio Athenis*] *A Cassandro Macedonum rege Athenis præfecto*. Vide Strab. lib. ix. Dalec.

*Si quidem CCCLX. statuere, qua*



non lacerare nondum anno hinc numerum dierum excedente] Scribe alio ordine: siquidem CCCXL. statuere nondum anno hunc numerum dierum excedente, quas mox laceravere, ex nostro archetypo. *Plinius.*

Statuere quas mox laceraverunt nondum anno] Voss. Siquidem CCELX. statuere, nondum anno hunc numerum dierum excedente, quas mox laceravere; non enim dicit prius laceratas, quam tot dies anni præterissent; sed tot positas tum, cum annus nondum plures dies Athenis haberet. Non aliter codex Pintiani.  *Gronov.*

Quas mox laceraverunt] Conflaverunt, in cloacas abjecerunt. Vide Strab. lib. ix. *Dubio.*

Cum feminis etiam honore communicato. *Clodia* enim status est equestris] Legendum: cum feminis etiam honore communicato *Clodia* status equestri, ex archetypo nostro. *Plinius.*

Cum nec *Lucretia* nec *Bruto*] Voss. cum. in gratia ac *Bruto*; deinde, fuerant non deconvenerunt. Lego: cum *Lucretia* ac *Bruto*, qui expulerunt reges, propter quas *Clodia* inter obides fuerat, non deconvenerunt. Statius Voss. *Gud. Men. Acad.* Hanc primam cum *Coclitia*, scilicet statua. Sic xxxv. 5. 'Nuper etiam in *Lupensium* lapicidiosis. Sed in *Patriam* mirabile proditur.' *Gronov.*

Ante enim sibi ac *Sibylla Tarquinium*] Redundare. et sibi ex archetypo suo statuit *Pintianus*. Voss. *Atto enim ac Sibylla Tarquinium*: alius *dubio* rectius; nam *Atto* *Natio* et *Sibylla* statuas a *Tarquinio* positas jam dixit et præcedenti capite extremo. *Idem.*

Nisi *Clodia Pise* traderet ab his positam qui una obides erant] Hæc conjunctio quoque: nisi *Clodia* quoque *Pise* traderet ab his, ex eodem. *Plinius.*

Redditis a *Porcena* in honorem ejus] Voss. *Gud. Men. Acad. Porcena*. Ut et mox, 'quam *Porcena* mittebantur.' xxxiv. 14. 'In *indere*, quod expulsi, regibus po. Romano dedit *Por-*

*senna.*' xxxvi. 18; 'quam fecit sibi *Porcena.*' Neque aliter apud *Livium* hoc nomen scribendum est. Sed et Voss. nisi *Clodia* quoque *Pise* traderet ab his posita qui una obides fuissent redditis a *Porcena* honorem; sine *et* in et *et* *et*. Unde suspicor falsæ, positum, hæc honorem. Est enim positus honor posita statua in honorem. Sed et hoc nisi videtur supra exigere crediderem, pro credidarem. Sic igitur fac habes omnem locum: Hanc primam cum *Coclitia* publice dicatam crederem, (*Atto enim ac Sibylla Tarquinium et reges sibi ipsos posuisse verosimile est*) nisi *Clodia* quoque *Pise* traderet ab his positum, que una obides fuissent, redditis a *Porcena*, honorem. *Gud. Men. Acad.* redditis a *Porcena* honorem habuit. Vulgatum ab *Hermolao* est, cum legeretur honorem ejus habuit. *Gronov.*

*C. Pomilio* *II* consulis] Voss. *C. Popilio II*, uti notum est nomen hoc fingi debere. Et fuerunt a U. C. 508. *Idem.*

Lego perlatam] Quæ in damnaretur ut publicus hostis. *Dubio.*

Passimque clientas in clientelas ita recepti] Passimque gentes in clientelas ita receptas, in apographo nostro. *Pint.* CAP. VII. De antiquis statuariis, et protibus signorum immodicis, et coloris in urbe celeberrimis.

*Janus geminus a Numa Rege* dictus] *Livius* lib. i. ad insulam *Argiletum* *Janum* a *Numa* factum scribit, indicem pacis bellique: apertus ut in armis civitatem esse, clausus pacatos circa omnes populos significaret. *Procopius Belli Gothici* lib. i. sæculum æreum *Jani* in medio fore fuisse tradit, e regione *Capitolii*, supra locum, quem ætate sua tres *Parcas* vocabant, tanta amplitudine, quantum satis ad excipiendam imaginem quinque pedes altam. *Varro* lib. 2. arca *Jani* fuisse sacras tradit, in quavis regione urbis quam, sed duas præ cæteris onitas: alteram in foro *boario*,

alteram in Romano ad arcum Fabianum. De Jano medio vide Brod. 11. 19. Magium 11. 12. Dalec.

*Digitis ita figuratis*] Ejus supputationis modum per digitos factæ Rhodig. subtiliter exponit xxiii. 11. et 12. *Idem.*

*Ligna potius aut Actilia Deorum simulacra*] Priscorum inopiam et sui temporis luxum scite Varro describit, de Vita Pop. Rom. lib. 1. 'Hæc ædis quæ nunc est, multis annis post facta fuit; quia omnia regis temporibus delubra parva facta sunt, ut in cætero cultu quæ sunt consentanea, quod sint paupertina sine elegantia atque castimonia. Quid inter hos Joves intersit, qui ex marmore, e bore, auro nunc fiunt, potes animo advertere et horum temporum divitias, et illorum paupertates.' Idem quod Plinius, Pausanias in Corinthiacis, quo loco templi Apollinis Lycii meminit. In Arcadicis quoque earum imaginum materiam fuisse tradit eburnum, cypressum, cedrum, quercum, amilacem, lotum: at Cyprenii Mercurii fuisse e citro. *Idem.*

*Ad sexcenta decem opera fecisse prodatur*] In vetusto codice, *M. D. opera fecisse tradatur.* Pintian.

*Cum Lysippus ad sexcenta X. opera fecisse prodatur*] Voss. *cum Lysippus ad CIO D. opera fecisse datur.* Scribe, *fecisse edatur, vel dicatur.* Pintiani liber, *MD. fecisse tradatur.* Men. quoque Acad. Gud. *tradatur.* Gronov.

*Solitum enim ex maniprecio*] *Maniprecio, non maniprecio, in eodem; sicque esse legendum ex Varrone supra ostendimus.* Pintian.

*Statuarum quas colossos vocant*] Voss. *colosseas.* Infra: 'destinatum illius principis simulacrum colosseum.' xxxvi. 5. 'Mars etiam nunc sedens colossens.' Gronov.

*Jupiter a Claudio Cesare dicatus, qui vocatur Pompeianus a vicinitate theatri*] Voss. *Juppiter aulo claudio.* Scribe, *a Divo Claudio Cesare dica-*

*tus.* Dein ut et Academ. Menap. Gudianusque, *qui decoratur Pompeiani theatri vicinitate. Lege devocatur; et intellige, deprimitur, minus grandis apparet, submittitur.* Sic 'obliterare' xxxvi. 5. 'Romæ quidem magnitudo operum eam obliterat, ac magni officiorum negotiorumque acervi omnes a contemplatione talium abducunt.' Verbum habes xxxiv. 8. 'In hoc a simulacris Deorum hominumque devocaverat humanissimam artem.' *Idem.*

*Talis et Tarenti factus*] *Lege, Talis et Hercules Tarenti, &c.* ex Strabone lib. vi. Colossum eum Fabius Maximus capto vi Tarento Romam transtulit, et ut donarium in Capitolio sacravit. Strabo quidem Jovis colossæi, omnium colossorum, qui tum extabant, post Rhodium maximi, in foro Tarentinorum positi, meminit; sed nec opus id Lysippi fuisse tradit, nec Romam devectum. Dalec.

*Septuaginta cubitorum altitudinis fuit*] Apud Festum pedum 105. quod idem est. Qui fecit Chares ei ascripsit: Τὸν ἐν Ῥόδῳ κολοσσὸν ἐποίησεν δίκαια Χάρης ἐποίησε κηχέων ὁ Ἀλφειος. *Idem.*

*Quæ contulerant ex apparatu regis Demetrii*] Non contulerant, sed contegerant, in antiquo codice: lego, coëgerant. Sequitur continuo, relicto mora tædio. Sunt alii minores; in eodem, relicto mora tædio obesse a Rhodo. Sunt alii minores: scribendum non obesse a Rhodo, sed literis permittatis, obessa e Rhodo. Et paulo post, Tuscanum, non Thuscanicum. Pintian.

*CCC. talentis, quæ contulerant*] Voss. ut et Pintiani, contegerant; unde ille coëgerant. Forte, confecerant. Plautus Merc. 1.1. 'Lucrum ingens factum: ita peculium conficio grande.' Secunda in Rullam: 'Primum permittitur infinita potestas innumerabilia pecuniæ conficiendæ de vectigalibus vestris non fruendis, sed all-

enandis.' Vel *conlegerant*. Horatius, 'collecta viatica multis Ærumnis.' Idem, *relicto moræ tadio obesse a rhodo*. Gud. *abesse a rhodo*. Academ. *abesse athodo*. Men. *theadio 'abesse a rhodo*. Forsan, *relicto moræ tadio obesse Rhodi*. Conjeceram etiam *obesse Rhodo*, quod puto voluisse Pintianam; sed illud magis placet. Gronov.

*Ut artificium minime probabilis artis videatur*] Scribo, ut *artificium minime proba lis videatur*; cætera superfluant ex eodem. Pintian.

*Provincia Vibio Avito presidente*] Vos. *Dubio Avito*; hoc enim et nomen ejus apud Tacit. Annal. XIII. et XIV. Gronov.

CAP. VIII. *Nobilitates ex arte operum et artificum CCCLXVI.*

*Innumera artificum multitudo*] Vos. Gud. Men. *innumera prope artificum*. Acad. *innumera quoque prope artificum*. Gronov.

*Jove Olympiæ facto*] Ejus incultam et prolixam narrationem vide apud Pausaniam in Eliaci prioribus. Dalec.

*Nonagesima quinta Olympiade floruerit, &c.*] *Fuere, non floruerit*, in scripto codice; cui lectioni favet quod paulo infra sequitur: *centesima quarta decima Lysippus fuit, cum et Alexander Magnus*; sic enim legendum ex eodem, non, et cum eo *Alexander Magnus*. Pintian.

*Cephisodorus*] Plutarchus in Phocione. Cephisodotum plastem ejus uxoris fratrem fuisse scribit. Dalec.

*Phidias præter Jovem, &c.*] Phidias, præter signa quæ hic numerantur, fecit e Pario marmore cælestem Veneram, et Nemesis Athenis; ex ære Minervam et Apollinem Parnopium ibidem. Pausanias lib. I. In puteali solii Jovis Olympii tres Horas, et totidem Gratias. Idem lib. V. Puorum tænia redimitum, cælestem Venerem et Minervam ex ebore apud Eleos. Idem lib. VI. Ex ebore Minervam ad

Pellenem. Idem lib. VII. Ligneam Minervam pedibus ac manibus e Pentelico marmore Platæensibus; Mercurium Thebanis. Idem lib. IX. Signa Minervæ, Apollinis, Miltiadis, et Atheniensium multorum Delphis. Idem lib. X. Dalec.

*Is Parthenone adstant]* Templo Minervæ, quod Athenis in arce fuit. Eam *παρθένω* vocabant, ut scribit Pausanias lib. V. Inde *παρθένω* ejus delubrum. 'Hoc enim opus ut in apertum referas, nihil postulo,' inquit Cicero; 'non enim est tale, ut in arce poni possit, quasi Minerva Phidiam, sed tantum: ut ex eadem officina exiisse videatur.' De eodem Ovid. 'Arcis ut Actææ val eburna, vel ærea custos, Bellica Phidjaca stat Dea facta manu.' Idem.

*Tam eximia pulchritudinis ut a forma cognomen accepit*] In apographo nostro, *tam eximia pulchritudinis ut forma cognomen accepit*; scribo, ut *Phidia cognomen accepit*; sic enim auctores eam appellant, 'Minerva Phidix.' Pintian.

*Ut a forma cognomen accepit*] Καλλιμορφος. Eadem appellationis et vocabuli ratione, τῆς καλλίστης καὶ ἀριστῆς 'Aprémidos signa in Academia fuerunt. Pausan. in Atticis. Dalec.

*Fecit et Cliduchum*] Pausanias in Eliaci picturæ meminit, in qua fuerunt Pluto, Liber pater, Proserpina, et Nymphæ duæ, quarum altera pīlam tenuit, altera clavem. Plutonis enim clavem insigne esse, quod Inferorum sedes ita clausa sit, ut reditus nemini pateat. Ex eo loco Pausaniam conjectandam κλειδοῦχον vocari aut Nympham illam, aut Plutonem ipsum clavigerum. Idem.

*Quam Romæ Æmilius Paulus ad ædem Fortunæ dedicavit*] In vet. cod. *quam Romæ Æmilius Paulus ad ædem Fortunæ hujusce die dicavit*. Hunc locum ex imis terræ latebris erutum sic restituo: *quam Romæ Æmilius Paulus ad ædem Nortia Etrusca Dea*

dicavit. De Nortia autem, peculiari Etruscorum Dea, et Livius septimo, et Marcianus et Tertullianus, et Juvenalis poëta et omnes meminere: eadem menda infra hoc ipso capite corrigenda est, ex qua extricare se Hermolaus vel secunda editio non potuit. *Pintian.*

*Quam Roma Æmilius Paulus ad eadem Fortuna dedidit] Voss. quam Roma Paulus Æmilius ad eadem fortuna hujusce diei dicavit. Ubi dux literæ superant. At infra plane idem præcipuus liber, ad eadem fortuna hujusce diei. Ut præcepit Turnebus Adv. xvi. 12. Piatianus insanum male, ad eadem Nortia Etrusca Dea. Gronov.*

*Ad eadem Fortuna] Ad eadem Fortuna hujusce diei dicavit. Turn. xvi. 12. Q. Læcætius Catalus, is qui Mæsi collega prospere dimicavit adversus Cimbræ, auctore Plutarcho in Mario, eam Fortunam dicavit. Ejus et mentio fit apud Cic. de Leg. lib. ii. E Plutarcho sumpta est ea castigatio. Dalec.*

*Polyætes Sicyonius Agelædis discipulus] Agelæda, non Agelædis, in scripto codice. Pintian. Polyætes Sicyonius, &c.] Polyæti alia opera sunt, Juno in templo Mycenis propinque curiose descripta; Jupiter Mellichius Argis; Apollinis, Latonæ, Dianæ e candido marmore Tegeæ. Pausan. lib. ii. Amyclæ Venas cum tripode. Idem lib. iii. Antipater pugil; Xenochus Mænalios luctator; Therailochus Coreyreus, et Aristion Epidaurius apud Eleos. Idem lib. vi. Jupiter Philius apud Megalopolla, ubi et structuræ theatri præfuit. Idem lib. viii. et ii. Dalec.*

*Polyætes Sicyonius Agelædis discipulus] Voss. agelæde. Ut et mox, agelæde et ipsum discipulum. Scribe, Agelæda. Est enim Agelædes et Agelædas apud Pausaniam prima etiam declinatione. Sic et Pintianus, Apuleius de dogmate Platonis: 'Quapropter*

inventæ Parmenida ac Zenonis studiosius exsecutus.' Sic membranae hujus Academiæ, non 'Parmenida.' Gronov.

*Diadumenum fecit molliter juvenem] Mitratum, vittatum, fasciatum intelligit, quales fuerunt Persarum nobilibus, ἀπὸ τοῦ διαδέσθαι τὴν κεφαλὴν μίτρον. Quidam legunt Diademumenum, id est, diademate, sive regio capitis insigni ornatam. Doryphori autem regis Persarum spicilatores fuerunt, et hastati stipatores ac satellites, quos Dario 15000. mille fuisse Curtius tradidit, propemodum muliebriter vestitos, et luxa magis quam armis conspicuos. Dalec.*

*Quem canona artifices vocant] Vide apud Ælianum Hist. xiv. 8. prudentissimum ejus pictoris dietam de suo canone. Idem.*

*Distringentem] 'Ασφιδάμενος, atrigill se defricantem, sudoremque ac sordes detergentem. Idem.*

*Herculem qui Roma Antæum a terra sustinentem] Aliter in vetusto exemplari: Herculem qui Roma hæc cetera arma sumentem; ut forte scribendum sit: Herculem qui Roma in excetram arma sumentem. Excetæ vero hydrum significari, notum. Pintian.*

*Herculem, qui Roma Antæum a terra sustinentem] Acad. Roma aerram sustinentem. Men. et God. Roma a terra sustinentem. Voss. Herculem, qui roma; agetera arma sumentem. Pintian liber, Roma hæc cetera arma sumentem; unde ille, in excetram arma sumentem. Potina videtur: Herculem, qui Roma, ab Otrera arma sumentem. Etia alii ab Antiopa malint. Sed hæc nomina facile commentantur. Gronov.*

*Artemona] Artemon Plutarcho in Pericle, Anacreonti, Aristophani in Acharnensibus, vir molitio effeminatissimus, cognominatus περιπορῶδες, quod lectica perpetuo veheretur. Constantinus. Ejus et effeminatum molitsem et fatuum stupiditatem narrat Rhodig. ix. 11. Dalec.*

*Proprium ejusdem*] Tale signum æneum visum mihi. Ea tota ratio consistit in lineæ perpendicularis inventionē. *Idem.*

*Myronem*] Myronis hæc opera Pausanias reconset: Lycius puer ex ære æneum labellum tenens; Perseus Medusam interficiens Athenis in arce, lib. 1. Hecate Æginetica lignea lib. II. Arcosilanus et ejus filius Lichas; Timanthes Colonæus; Philippus Acan; Chionis Lacedæmonius; Pentathli apud Eleos, et ibidem Thalamus Sicyoniorum; Liber pater rectus; Erechtheus Athenis, lib. IX. *Idem.*

*Eleutheris natum*] Atheniensem perpetuo vocat Pausanias: quoniam relicta urbe sua Eletherienses Athenas sponta migraverunt, et ideo pro Atheniensibus sunt habiti. *Idem.*

*Et ipsum Ageladis discipulum*] Scribe, *Agelada et ipsum discipulum*, ex vetusto codice. *Pintian.*

*Pristas*] Serra lignum secantes; vel cetorum genus. *Dalec.*

*Satyrum admirantem tibias*] Minerva cum inflaret tibias, conspecta in Mœandro oris deformitate, abjectas fregit. Illas autem mirabundus excepit Satyrus ac inflare didicit. Ovidius insolentis versibus hanc fabulam *Fast.* VI. persequitur. *Idem.*

*Pentathlos*] De pentathlis et pancratiastis vide Rhodiginum XIII. 30. et Constant. Lexicon, et Pet. Fab. Agonist. 1. 31. *Idem.*

*Erinna significat*] Vide Gyraldum. *Idem.*

*Numerosior in arte*] Statnarum numero celebrior, aut in excogitandis que ad artem pertinent copiosior, ingeniosior, solertior. *Idem.*

*Et Leontius*] Fuerunt et ejus opera apud Eleos Leontiscus Messenius luctor; Protolaus Mantiniensis Dialcis filius; Euthymo pugil; Cratistheus Cyrenæi carras ærens. Pausanias lib. VI. Astylon a Pythagora factum is uactor scribit, sed a quo tacet. Uno quidem loco libri sexti

*Delph. et Var. Clas.*

Mæseam, quem Libyu, quod Cyrenæus esset, appellaverunt, expressum a Pythagora Rhegino tradit, altero vero loco ab Argivo Pythagora; ut hic legendum sit, *Eundem vicit et Argivus*, vel apud Pausaniam, *Cujus fluxit statuum Pythagoras Leontinus.* *Idem.*

*Astylon*] Crotoniata ille Olympicas palmas deinceps tres cursu repetito tulit. Plato de *Leg.* lib. VIII. Astylum, Diopompum, Crisæonem, Iccum famosos athletas resenset, qui, ut in publicis certaminibus vincerent, ab omni voluptatum genere, ac in primis consuetudine mulierum, abstinebant. *Victor.* VI. 20. Astylus, præter hunc cursorem, et alius fuit, qui Lapithis exitum vaticinatus est: de quo Ovid. *Met.* XII. et item alius Trojanus a Meneptolemo occisus. *Iliad.* B. *Idem.*

*Claudicantem*] Alcamenes etiam claudicationem Vulcani expressit. *Valer.* VIII. 11. *Idem.*

*Item Apollinem citharadum, serpentemque ejus confici sagittis, qui Dicæus appellatus est*] Error est in ordine verborum; legendum enim eodem sic: *Item Apollinem, serpentemque ejus confici sagittis, Citharadum qui Dicæus appellatus est, quoniam cum Theba, &c.* *Pintian.*

*Pythagoras Samius*] Fortassis *Parisus*, ut est apud Pausan. lib. IX. *Dalec.*

*Dea*] *Dici, τῆς ἡμέρας δειρῆς*, Plutarch. in *Mario*; die codex Maffei. Ut apud Virgil. 'Libra die noctisque pares cum fecerit umbras.' *Leopard.* 1. 14. *Idem.*

*Lysippum Sicyonium*] Lysippus fecit Musas et Jovem Megaris. Pausan. lib. 1. Jovem et Herculeum ex ære Sicyone. *Idem* lib. II. Troilum cursorem; Xenarges Acarnana pancratiasten; Polydamantem Scotussæum; Pithum Abderitam; Callicratem Magnesium, quæ signa fuerunt apud Eleos. *Idem* lib. VI. Cupidinem ex

*Plinius.*

16 P

ære Thespiensibus; Bacchum in Helicone. Idem lib. ix. *Idem*.

*Fecit et Alexandrum*] Horat. ii. Epist. ad Aug. 'Edicto vetuit ne quis se, præter Apellem, Pingeret, aut alius Lysippo duceret æra Fortis Alexandri vultum simulantia.' *Idem*.

*Etiã cicatricibus operis atque concisuris*] Voss. *concisuris*. Et sic scribendum apud Justin. ii. 1. 'tantis structa molibus, tot fossis concisa.' Cæsar B. G. lib. iii. 'Pedestria itinera concisa æstuariis.' Gronov.

*Athenis satyrorum turmam. Alexandrum, amicorumque ejus imagines, &c.*] Rectius in scripto exemplari: *Athenis satyrum. Turmam Alexandri in qua amicorum ejus imagines, &c.* Pintian.

*Satyrorum turmam, Alexandrum amicorumque ejus*] Turnebus: *Satyrum, turmam Alexandri amicorumque ejus*. Plinius et commodius Vossianus, Men. Gud. Academicusque: *Athenis Satyrum, turmam Alexandri, in qua amicorum ejus imagines summa omnium similitudine expressit*. Immo et Pintiani codex. Gronov.

*Thespiadas*] Musas, a Thespiis oppido Bœotiæ Heliconi proximo. Cicero in Verrem, lib. vi. Luc. Mnimius Thespiadas, quæ ad eadem Fortunæ sunt, dedicavit. *Dalec*.

*Ad Trophonii oraculum*] Duplex id fuit: alterum apud Thebas Bœotiæ, alterum in Lebadia. Vide Pausan. et Alex. ab Alex. vi. 2. *Idem*.

*Ad Trophonii oraculum quadrigas Medæ complures equum cum fuscinis*] Recte Turnebus, *simulacrum Trophonii ad oraculum*; sic enim et Vossianus, Menap. Academicusque. Sed et quod sequitur graviter laborat. Voss. *quadrigas medei complures æquin cum fuscinis canem venaticum*. Acad. *quadrigas mede cum plures equum cum facinis*. Forte, *quadrigas in ædes complures*. Hæc enim ornamenta fastigiorum erant. Justinus lib. xxiv.

de templo Delphico: 'Statuasque cum quadrigis, quarum ingens copia procul viebatur, solido auro fusas esse.' In templo Apollinis Palatini: 'Auro Solis erat supra fastigia currus,' ut canit Propertius ii. 3. Livius lib. x. 'Ænea in Capitolio limina, Jovemque in culmine cum quadrigis.' Sed quid fiet illo æquin? Violentum forte sit, *Neptunum cum fuscinis*; una enim ei sufficiebat. Hercyna etiam obversabat *σύνναος* Trophonii; sed quid illi cum fuscinis? Placidissime videtur exire, *segue cum fuscinis*; habitu scilicet piscaturi. Petronius: 'Alius exsultantes quærebat fuscina pisces.' Hesychius: *Θυννάζορες, κεντούρες τοῦς γὰρ μεγάλους θένους τριδοῦσω ἐλάμβανον*. Plinius ix. 16. 'Mira dulcedine per aliquot horarum spatia et passuum millia a gubernaculis spectantur, ne tridente quidem in eos sæpius jacto territi.' Gronov.

*Ignotum alias, quoniam in Thessalia*] Diverso conceptu in apographo nostro: *ignotum alias, quoniam habitaverit in Thessalia ubi latuerint opera ejus*. Pintian.

*Praxiteles quoque marmore*] 'Praxitelem Parus vindicat arte lapis.' Propert. Hæc Praxitelis opera recenset Pausanias, Equus, et Eques; Ceres, Cereris filia; Iacchus facem præferens; Diana Branronia, Athenis. lib. i. Megaris 12. Dii; Satyrus e Pario lapide; Pitho; Fortuna; Apollo; Diana; Latona. lib. i. Argis, Latona. lib. ii. Mantinea; Latona et ejus filia. lib. viii. Rhea; Juno Telea e Pentelico marmore, Platæis; Æsculapius ad Trophonii oraculum; Herculis labores, Thebis; Cupido e Pentelico marmore; Venus, Phryne, Thespiis. lib. ix. Phryne inaurata, Delphis; Diana Anticyræ. lib. x. *Dalec*.

*Item Catagusam et Ebrietatem*] Scribendum forte non *ebrietatem*, sed *ebriam anum*; ut sit nomen quod respondet participio *catagusam*. Pin-

tion. *Item Catagnasam et Ebrietatem*] *Τὴν Κατάγουσα*, vel quæ pensa nendo deducit, unde et *κάταγμα* vel quæ carminibus Lunam devocat. Prior interpretatio melior; Catagnasamque exponunt Lachesin, unam ex tribus Parcis, quæ quod colo Clotho advolvit, net, torquet, demittit. Alii *κατάγουσα τὴν ὄδον πρὸς Ἑρεβον, viam, quæ ad Inferos ducit*, per quam reversus est Pluto rapta Proserpina, intelligunt. Eam Pausanias in Corinthiacis juxta Lernam et Chemarum fluvium esse tradit. Alii Proserpinam, quæ, secto capillo moribundis, eos *πρὸς τὴν ἔδην κατάγει*. Veteres *κατάγειν ἔρια*, et *κατάγειν κρότην*, dixerunt vere, *filam deducere*. *Κατάγουσα* Praxitelis imago sane fuit mulieris cum fuso et colu nentis, sive Parca esset, sive alia quævis. Quidam legunt *Pergusam*, nempe locum amœnissimam, *Ætnæ* propinquam, descriptam ab Ovid. Met. v. ad cujus ripam ludens Proserpina rapta est. Quidam legunt *κατάκλυσι*, id est, *effusam caliginem*, alii *κατάκλυτον*, id est, *depressam voruginem*. Dalec.

*Marmoræe*] Tum Cnidie, tum Coæ. Vide infra xxxvi. 5. *Idem*.

*Spilumenem, Cœnophorum*] Turnebus pro *Spilumenem, Cœnophorum*, quæ divisim leguntur, reponit conjunctim *Spilumenem oporan*, id est, sordidum autumnum. Ovid. 'Stabat et autumnus calcatis sordidus visis.' Ego vero in vulgata lectione *Spilumenem* intelligo anum quandam sordidam, vel sordes vestium eluentem. Quidam *Psilumenem*, id est, glabram, et calvam, legunt. *Idem*.

*Magnus Alexander*] Antiochus, Pausanias lib. i. Seleucus, Valerio x. 2. *Idem*.

*Ipæ Calamis*] Calamidis signa Pausanias, Apollo Alexicacos; Victoria adjuncta læonæ, Athenis. lib. i. *Æsculapius* ex anro et ebore, Epidauri. lib. ii. Victoria apud Eleos. lib. v. Equi Dinomenis, et Equestres pneri

apud Eleos. lib. vi. Delnubrum Ammonis; Mercurius Tanagræ. lib. ix. Hermione Delphis. lib. x. *Idem*.

*Equis semper sine amulo expressis*] Propert. lib. iii. 'Gloria Lysippo est animosa effingere signs: Exactis Calamis se mihi jactat equis.' *Idem*.

*Alcámenes Phidiæ discipulus*] Alcámenes opera Pausanias, Athenis. Mars; Venus in hortis; Bacchus ex auro et ebore; Progne; Itys. lib. i. Hecate triceps. lib. ii. *Æsculapius* Mantinæ. l. viii. Minerva et Hercules Colosseus e marmore Pentelico, Thebis. lib. ix. *Idem*.

*Encrinomenos*] *Ἐγκρινόμενος*, qui a thletis adnumeratur, et in eorum numerum recipitur, *ἐγκρητὴς ἀθλητῶν*, athletas qui probat ut recipientur et accenseantur. Cicero Off. l. i. 'Atqui hoc idem Sophocles si in athletarum probatione dixisset, justa reprehensione caruisset.' Turnebus. *Idem*.

*At Polycleti discipulus Aristides quadrigas bigasque. Et Iphicratis læona laudatur*] Quatuor scripti, *At Polycleti Aristides*. Sufficit enim huc intelligi vocem, quæ posita est in membro præcedenti: *Alcámenes Phidiæ discipulus*. Dein Voss. *bigas quam phicratis*. Forte: *bigasque. Tisicratis læona laudatur*. Dixit enim superius: 'Hujus porro discipulus fuit Tisicratis et ipse Sicyonius.' Inferius: 'Xenocrates Tisicratis discipulus.' Gronov.

*Bryaxis Æsculapium*] Is Megaris fecit *Æsculapium* et Hygieam. Pausan. lib. i. Dalec.

*Bedas adorantem fecit; Batton Apoll. et Junonem, &c.*] Vide Reines. Var. Lect. lib. ii. p. 175.

*Batton*] Battus senex, qui cum Apollo regis Admeti pasceret armenta, boves quos furto Mercurius eduxerat indicavit: quamobrem in indicem lapidem mutatus est. Ovid. Met. ii. 'Senserat hoc furtum nemo, nisi notus in illo Rure senex, Battum vicinia tota vocabat,' &c. Fuit et Bat-

ton auriga Amphiarai, de quo Pausanias in Eliacis prioribus, et in Corinthiacis. Bathylli citharædi statuum a Polycrate Sami tyranno in Junonio tempore dicatam, magnis laudibus celebrat Apuleius Florid. lib. 11. ac curiose describit. Dalec.

*Bedas fecit adorantem Battum Apollinem*] Dalecampius intelligit Battum senem Ovidio in lapidem indicem versum. Cur non potius Aristotelem Battum, conditorem Cyrenarum, qui auspice Apolline coloniam eo deduxit e Thera? Sed potius Battum nomen est artificis, qui Apollinem et Junonem fecit, ut vidit excellentissimus Reinesius Var. 11. 7. Gronov.

*Olympium Periclem dignum*] Ab eloquentiæ incredibili vi, prorsusque divina, sic dictum volunt. Vide Rhodigin. xxv. 3. et Leopardum v. 14. Forma ejus fuit e suggestu populum alloquentis, manibus junctis, quoniam concionaturus semper Deos precabatur: quod vel ex Livio lib. xxxix. discimus: 'Cum post solenne,' inquit, 'carmen precationis, quod præfari prius, quam populum alloquantur, magistratus solent,' &c. Id.

*Cephisodorus*] Fecit is Megalopoli Dianam e Pentelico lapide. Pausan. lib. viii. et in Helicone Musas. Id.

*Canachus Apollinem nudum*] Canachus fecit Venerem Sicyone, Apollinem Didymæum Milesiis ex ære ad Branchidarum oraculum; Apollinem Ismenium Thebanis e cedro. Pausan. lib. 11. Bicellum pogilem apud Eleos. lib. vi. Signa multa Delphis. lib. ix. Idem.

*Idem celelizontas pueros fecit*] Voss. Idem et celelizontas pueros; sine τῶν fecit, quod satis est mox poni. Gron.

*Dadalus*] Sicyonius, qui Timonem finxit. Pausan. lib. vi. non Atheniensis. Dalec.

*Dinomenes Protesilaum*] Is in Parthenope Athenis finxit Io Inachi, et Callisto Lycaonis filiam. Pausan. lib. 1. Idem.

*Euphranoris Alexander Paris est*] Idem pictor fuit excellens, xxxv. 11. facta est et supra hoc ipso capite hujus mentio. Pinxit is Athenis porticum vicinam porticini regiæ, cujus imagines multis refert Pausan. lib. 1. Idem.

*Simulacrum Boni Eventus*] Varro de Re Rust. lib. 1. Bonum Eventum numerat inter Deos Consentes. Ejus templum fuit prope thermas Agrippæ, quarum adhuc reliquæ supersunt. Idem.

*Cliduchon*] Alii Daduchum legunt; alii Clavigeram interpretantur; alii Clidicum regem Athenarum, Pausaniæ memoratum in Atticis. Vide quæ in hanc vocem non longe a principio hujus capituli adnotavimus. Idem.

*Græciam*] Græciæ picturam Pausanias memorat lib. v. Ejusdem imaginem lib. vi. Idem.

*Et Castor et Pollux ante ædem Jovis Tonantis*] Acad. Tonantis agasce. Gnd. et Menap. Tonantis agesie. Voss. Tonantis hagesiæ. Ita ergo scribendum: et Castor et Pollux ante ædem Jovis Tonantis Hagesiæ; nempe statuarii laudantur. Quintilianus Instit. xii. 10. 'Nam duriora et Tuscanicis proxima Calo atque Hegesias, jam minus rigida Calamis, molliora adhuc supra dictis Myron fecit.' Lapis in ædibus Witzii viri consularis Amstelædami ex Asia advectus:

ΓΑΙΟΝ ΒΙΛΛΗΝΟΝ ΓΑΙΟΥ ΤΙΟΝ ΠΡΕΣΒΥΤΗΝ  
ΡΩΜΑΙΟΝ ΟΙ ΕΝ ΔΗΛΩ ΕΡΤΑΖΟΜΕΝΟΙ ΕΤΕΡΤΕΣΙΑΣ  
ΕΝΕΚΕΝ ΤΗΣ ΕΙΣ ΕΛΤΟΥΣ ΑΝΕΘΗΚΑΝ  
ΑΓΑΣΙΑΣ ΜΗΝΟΦΙΛΟΥ ΕΦΕΣΙΟΥ ΕΠΟΙΕΙ  
ΑΡΙΣΤΑΝΔΡΟΣ ΣΚΟΠΑ ΠΑΡΙΟΣ ΕΠΕΣΚΕΤΑΣΕΝ.



Agnoeit et Hermolaus *Agesia*, et ex eo facit *Hegesia*. Itaque miror quis id nomen deleverit. Gronov.

*Buthyreu* *Lycius Myronis discipulus*] In archetypo nostro *Buthyres*, non *Buthyreu*: puto scribendum *Buthyres*, hoc est, bovis immolator, et ad superiora pertinere eam dictionem; ut verbum quod sequitur *Lycius*, proprium sit nomen discipuli *Myronis*, non gentile; nam et Pausanias in Atticis *Lycium* memorat *Myronis* filium, et Plinius paulo infra *Lycium* hanc vocat. *Pintian*. *Buthyreu* *Lycius Myronis*] Legend. *Eleuthereu* *Lycius Myronis discipulus* fuit; non *Buthyreu*. Atque obiter nota Plinio dici *Myronis* discipulum, quem Græci constanter filium aiunt fuisse: fuerit forte initio discipulus, postea adoptione filius. *Casaub.* in Athenæum lib. xi. cap. 11. p. 809.

In *Ganymede*] *Martialis*, 'Illæsum timidis anguibus hæsit onus.' *Nonius* scribit, veteres Latinos, Græci sermonis ignaros, pro *Ganymede* *Catamitum* appellasse. De ejus raptu vide *Leopardum* iv. 4. *Emend.* et *Rhod.* xv. 9. *Dalec.*

*Menachmi*] *Diana* *Laphriæ* signum, quod *Patris* fuit, is finxit ex auro et ebore. *Pausan.* lib. vii. *Id.*

*Menachmi vultus genu premitur*] *Voss.* *Gud. Acad.* *Menap.* *Menachim* *situlus.* *Gronov.*

*Naucydes*] Is *Mothonis* Atheniensis filius fecit *Enclea* *Rhodium* et *Bacidem* *Træzenium.* *Pausanias* lib. vi. Præterea *Heben* in delubro propinquo *Mycenis*, et *Hecaten* *Thebis.* *Idem* lib. ii. *Dalec.*

*Policles*] Fuit is *Stadici* Atheniensis discipulus. Fecit et *Amyntam* *Pæcratiasten.* *Pausan.* lib. vi. *Musas* quoque ab eo factas testatur hic versus *Varronis* apud *Nonium*: 'Nihil sunt *Musæ* *Policlis* vestri quas ærificæ duxit.' *Lipsius* iii. 24. *Idem.*

*Splanchnopte*] *Philelphus* in *Suetonii* *Augustum* c. 6. scribit in exem-

plari quodam se legisse, *Splanchnopte*: quæ vox fasciatum puerum significat. Contra *Plinii* iudicium quidam putant *σπλαγχνόπτην*, quasi *harnspicem*, ab extis dictum. Vide *xxix.* 17. *nl.* *Idem.*

*Silanon Apollodorum*] Fecit et *Satyrum* *Eleum*, et *Telestam* ac *Demaretnm* *Messenios.* *Pausan.* *Idem.*

*Dum satiare cupiditatem nequit artis*] Verior lectio nostri codicis, *dum satiare cupiditate artis nequit.* *Pintian.*

*Strongylium*] Fecit et *Dianam.* *Pausan.* lib. i. et tres *Musas.* *Idem* lib. ix. *Dalec.*

*Brutus Philippensis cognomine suo illustravit*] Post hæc verba continenter in *Gud. Men. Acad.* quamvis mediis paginis sequuntur: quod sapius fecisse bonitati plurimum confert; in quibus finiter hoc caput. *Interjecta* desunt. *Gronov.*

*Theodorus*] *Pausanias* multis locis meminit *Theodori* filii *Teleclis*, et *Rhæci* filii *Philæi*, utriusque *Sami*, qui primi æs cedere ac confiare docuerunt. *Dalec.*

*Boëthii*] Fuit is *Carthaginiensis.* Fecit et *psionem* nudum inauratum, sedentem ad *Veneris* pedes in templo *Junonis* apud *Eleos.* *Pausan.* lib. v. *Idem.*

*Violentia Neronis in urbem convecta*] *Neronem* 500. status e *Græcia* *Romam* avexisse scribit *Pausan.* lib. x. *Idem.*

*Cantharus Sicyonius*] *Cantharus* *Sicyonius* fecit *Cratinum* ex *Ægypta.* *Pausan.* lib. vi. et *Alexinicum* *Eleum.* *Idem* eod. lib. *Idem.*

*Polygnotus*] *Polygnotus* pinxit *Athenis* res gestas *Castorum* in eorum æde; cellam in arce. *Pausan.* lib. i. *Theseum* in templo *Minervæ* *Arem* apud *Platæenses.* lib. ix. *Illi* *excidium*, *Delphis.* lib. x. *Idem.*

*Perixyomenon*] Ut *Polycletus*, *Lysippus*, *Dædalus.* *Idem.*

*Apellas et adorantes faminas Antigonus Perixyomenon*] *Hermolaus*, *anthe-*

las et adorantes; vel plebeias et adorantes. Voss. *Apellas sed adorantes se feminas Antignotus et luctatores peroxy-menon*. Forte, *Apellas Ledam et ornantes se feminas*. Gronov.

*Cephisodori duo fuerit*] Cephisodorus Athenis Pacem fecit Plutum in sinu habentem, eodem fere argumento quo Xenophon et Callisticus Fortunam Thebis finxerant, Plutum in sinu gestantem, quasi vel mater ejus foret, vel nutrix. Pausan. ix. Dianam Sospitam Megalopoli. l. viii. Musas. lib. ix. *Dalec*.

*Liberum patrem in infantia nutriens*] Sic apud Eleos e marmore Praxiteles fecit Mercurium, qui Bacchum infantem gestaret. Pausan. lib. vi. *Idem*.

*Cleon*] Cleon finxit apud Eleos Venerem; Pausan. lib. v. item Dinolochum, Alcetum Arcadem, et Lycinum athletas, lib. vi. duos Joves, lib. v. Hyamouem, lib. vi. Damocritum, eod. lib. *Idem*.

*Callicles*] Megarensis, Theocosmi filius. Is Diagoram pancratiasten fecit. Pausan. lib. vi. *Idem*.

*Dahippus*] Finxit is et Callonem et Nicandrum athletas. Pausan. lib. vi. *Idem*.

*Mycon*] Syracusanus is, Nicostratis filius, Hieronis statuas equestrem ac pedestrem fecit. Pausan. lib. vi. *Idem*.

*Mycon athleticus spectatus*] Voss. *spectatur*, ut xxxv. 11. 'Eudorus scena spectatur.' Gronov.

*Pitho*] Non quidem *μελιτηρω*, Suedam, et flexanimam, sed Dianam cognomine Pitho, cui sacellum construxit Hypermnestra, victo patre in iudicio, quod Lyncei causa effugerat. Pausan. in Corinthiac. *Dalec*.

*Pisicrates biga Pitho mulierem imposuit*] Voss. *Tisigratis biga piston*. Sed nondum locus *Tisigrati*, cum ordinem primarum literarum in nominibus sequatur. Quæ autem mulier illa *Pitho*? Hermolaus Suedam interpretatur; aut legen-

dum *Pisto*, quæ sit credulitas. Dalecampius non *μελιτηρω* et flexanimam Suedam, sed Dianam cognomine tali ab Hypermnestra dicatam intelligendam monet, teste Pausania. Nunquam eam Plinius *Pitho mulierem* dixisset. Suspicio, quod prius est, non esse nomen artificis, sed operis ex illis, quæ fecit Niceratus, et scripserat Plinium, *Pisistrati biga Phyan mulierem imposuit*. Historia est apud Herodotum libro primo. Valerius Maximus i. 2. 'Pisistratus in recuperanda tyrannide, quam amiserat, simulatione reducentis se in arcem Minervæ est usus; cum per ostentationem ignotæ mulieris, quæ *Phya* vocabatur, formatæ ad habitum Minervæ, Athenienses deciperet.' Gronov.

*Perillum nemo laudat sæviorem*] Perillum Atheniensem: 'Et Phalaris tauro violenti membra Perilli Torruit, infelix incipit (imbuit) auctor opus.' Ovid. in Arte. *Dalec*.

*Sthenis Cererem*] Olynthius. Fecit is et Pyttalum. Pausan. lib. vi. *Dal*.

*Simon*] Egineta. Finxit is et equum cum auriga. Pausan. lib. v. *Id*.

*Scopus*] Scopus Parius fecit Athenis Amorem, Appetitum, Cupidinem. Pausan. lib. i. Herculem et Hecaten. lib. i. Venerem popularem. lib. vi. Æsculapium et Hygieam; Templum Tegeticum. lib. viii. Minervam et Dianam Eucleam. lib. ix. *Idem*.

*Euchir*] Enchir Atheniensis Enbulidæ filius apud Pheneatas fecit Mercurium e marmore. Pausan. lib. viii. *Idem*.

*Lyson*] Is finxit Athenis populum. Pausan. lib. i. *Idem*.

*Menodorus*] Atheniensis. Is fecit Thespium Cupidinem. *Idem* lib. viii. *Idem*.

*Polydorus*] Cum fulmine, quo Semele icta est, e cælo lignum in ejus cubile decidit, quod *ure* Polydorus exornavit, et Liberam Cadmeam ap-

pellavit. Pausan. lib. ix. *Idem.*

*Protegenes idem pictura clarissimus]* Exquiritus Vossianus: *pictura clarissima.* ut xxxv. 4. 'Fabii clarissimæ gentis.' Gronov.

*Patrocles]* Filius Dædali Sicyonii. Fecit Aristodemum. Pausan. lib. vi. et signa multa Delphis. l. x. Fuit et Patrocles Crotoniata Cratylli filius. Is finxit Apollinem cum inaurato capite. *Idem* lib. vi. *Dalec.*

*Timocheus]* Æsculapiam Træzenis fecit Timocheus. Pausan. lib. ii. Agelen Chium Theomnestus Sardinus. *Idem* lib. vi. *Idem.*

*Thrason]* Strabo lib. xiv. scribit, in Ephesæ Dianæ templo monstrata sibi Thrasonis opera, Hecateum, Penelopei fontem, et anum Eurycliam. *Idem.*

*Callimachus]* Callimachus Athenis ante Minervæ signum lucernam auream fecit. Pausan. lib. x. et Junonem sedentem apud Platæenses. lib. ix. *Idem.*

*Ob id Cacozotechnos]* Dicitur etiam is fuit *καζοτεχνος*, quod artem subtilius expolisset; vel, ut scribit in Atticis Pausanias, quod primus lapides *τρύπανον*, id est, *perforavit* minutim. In manuscripto codice *Cacozotechnos*. Philander in Vitruv. iv. 1. *Idem.*

*Memorabilis exemplo]* Magis Pliniana lectio *memorabilis*, quam *memorabilis*. Pintian.

*Emendatum opus]* Aptius legetur *commendatum*, quam *emendatum*. Id.

*Saltantes Lacæna, emendatum opus]* Aptius legitur *commendatum*, quam *emendatum*, inquit Pintian. Haud ego, vel ob unum Petronii locum: 'laterique adplicat meo mulierem omnibus simulacris emendatiorem.' Sed et supra Plinius: 'Capillum quoque et pubem non emendatius fecisse.' Gronov.

*Cypris in expeditione]* De illa expeditione, autioneque supellectilis regie, vide Plutarchum in Catone

minore. *Dalec.*

*Tam inane exemplum]* Imo scribendum reor, *tam insigne exemplum*. Pintian.

*Noscatur tam inane exemplum]* Sic et Voss. Pintianus, *insigne*. *Lege, tam inmane exemplum.* xxii. 2. 'Boletos immenso exemplo in crimen adductos, veneno Ti. Claudio principi per hanc occasionem ab conjuge dato Agrippina.' xxviii. 9. 'Durat immenso exemplo Deciorum patris filiique, quo se devovere, carmen.' xxx. 2. 'Immensum et indubitatum exemplum est falsæ artis, quam dereliquit Nero.' Gronov.

*Tunicati Eleo habitu]* In veteri exemplari non *Eleo habitu*, sed *soleo habitu*; ut forte pro *soleo habitu*, *soleati* legendum sit; et dictio sequens, *Roma, adulterina habeatur*. Pintian.

*Sentientique]* *Leg. saviente*. Non temere fuit Hercules ita formatus. Apud Athenæum lib. xii. Stesichorus Himeræus primus omnium clavam, leonis pellem, arcum tribuit Herculi; Xanthus vero Stesichoro vetustior, e cujus versibus in opus suum multa Stesichorus transtulit, habitu Homérico, nempe priscorum heroum, depinxit: qua figura a statuario illo tunicatus, et Eleo cultu representatus fuerat. Turnebus legit *Ætæo*; nempe tunica illa molesta, quæ tabe veneni imbuta visceribus ejus inhaesit, tantumque cruciatus excitavit, ut in ardentem pyram conjicere se maluerit, quam acerbum dolorem perferre diutius. *Dalec.*

CAP. IX. *Differentia aris et misturæ, et de servando are.*

*In Cyprio coronarium et regulare est]* Brevius in archetypo nostro, in *Cyprio coronarium tenuatum in laminas*; cætera redundant. Pintian.

*Octonas plumbi libras addunt]* Ad singula æris centumpondia. *Dalec.*

*Eademque tabularis]* Ad ducendas tabulas æneas commoda. *Idem.*

*Peculiare in eo condimentum]* Peculiaris

liaris coloris emendatio, elegantia, gratia. *Idem*.

*Appellatur etiamnum et formalis temperatura*] Apparatur in vetusto codice, non appellatur. Pintian.

*Græcæcicum vocant*] Græcienses vocat infra xxxv. 6. Dalec.

*Quæ vocatur ollaria*] Aliter ea fit hodie. *Idem*.

*In statuarum pretestis*] Ad id nostri artifices scobem æris in coticula tritam illinunt cum oleario glutine. *Idem*.

*Jam pridem translatus est*] Translatitius scribendum reor, non translatus. Pintian.

*Tabulis æreis*] Vide Brodæum iv. 12. Dalec.

CAP. X. *De cadmia medicina.*

*Cadmia*] Factitia. *Idem*.

*Namque ipse lapis ex quo fit æs*] Adde particulam ut, ex antiquo exemplari; namque ut ipse lapis, &c. Pintian.

*Medicina inutilis*] Fallitur Plinius; multis enim is remediis pollet. Dalec.

*Botrytis cognominata*] *Botryonis* in scripto codice. Legendum videtur *Botrytis*, ex Dioscoride ultimo libro, ut etiam notavit Hermolaus. Pintian.

*Et ab eo argumento botrytis cognominata*] Voss. *camaris dependens et ab eo argumento botryonis nominata. Botryonis* et Menap. Academicus, Gudianusque, sed et Pintiani: ipse, ut Hermolaus, *Botrytis*. Gronov.

*Placitis, et ipsa ab argumento*] *Placitis*: et in ipsa argumentum. *Plancius crusta verius squammium intus varia ad luxuriam utilior*, Ms. vitiosum; e quibus commoda tamen hæc lectio duci potest: *Placitis, et ipsa ab argumento. Plana enim crusta est verius quam squamma, intus varia, ad ulcera utilior*. Dalec.

*Fluunt et ex ea duo alia genera*] Cadmiarum genera sunt quinque: prima ex lapide pyrrite uto; secunda botrytis; tertia onychitis; quarta placodes, sive ponitis, quinta ostracitis. Confundit hæc omnia Plinius. *Idem*.

*Ostracitis tota nigra et cæterarum sordidissima*] Voss. *cæteris*. Lege, *nigra e cæteris sordidissima*. Gronov.

*Lapidem ipsum*] Cadmiam metallicam, fusuris necessariam, de qua supra. Dalec.

*Aqua pluvia lavatur minore effectu*] Duo postrema verba redundant, ex vetusto exemplari: recte; nam infra in initis proximi capituli repetuntur, proprium ibi locum habentia. Pintian.

CAP. XI. *De scoria et flore, et squama æris et stomomats, et æruginis, et hieracio.*

*Fit ære fuso, et in alias fornaces translato*] Fit ære fuso, cum in receptacula fluit, per fistulas ad ea pervenientes colatum; nam aqua gelidissima affusa, id quod fit ut sorde expurgetur, repentina densatione expuuntur grana milio similia, quæ florem vocant. Inepte hæc Plinius: multo acenratius Dioscorid. Quidam legunt: *fit ære fuso statu crebriore, et in receptacula e fornace translato. Ibi exsultantur*, &c. Dalec.

*Florem*] Rhodig. xix. 10. scribit florem eum vocari paleas æris ramentulas. Quam recte et Latine is viderit! *Idem*.

*Similiter ex eis fit, quam vocant lepida*] Lege: *Similiter ex eis fit quam vocant lepida, et sic adulteratur flos, ut squama varneat*. Ait florem æris adniterari æris *lepidi*, ut squama nimirum vaneat, quæ alias vœnum ire non posset. Salmas. 1077. a. Sequentia sic lege: *et sic adulteratur flos ut squama varneat, decussa vi clavis in quos panes ærei ferruntantur*. Ita loquitur alibi; ut xxxvi. 26. 'Vitrum sulphuri concoctum ferruminatur in lapidem.' Sic panes æris dicit in clavos ferruminari. Vide Salmas. p. 1077. a.

*Decussa vi clavis, per quos panes*] Leg. *Decussa clavis, quos ex panibus æreis fabricantur*. Sic autem Diosc. *Bonitate præstat æris squama crassa*,

ex oleis cretis effluarum (ἐκ τῶν χαλκοφυτῶν ἕλων) Cypriarum decussa, quam helitiam vocant. Male hunc locum Plinius vertit. Dalec.

Quod vocant stomoma] Dioscorides agnoscit quidem λειβία, et τοῦ χαλμοῦ, et τοῦ στομάματος, aris, chalybis, sive aciei aquamam, sed eam στόμωμα dicit, nusquam tradit. Quamobrem Plinium falli docti suspicantur. Idem.

Credunt seplasia, ea omnibus quidem fraudibus corruptenti] Pauciora verba in apographo nostro: credunt seplasia omnia fraudibus corruptenti. Pintian. Credunt seplasia, ea omnibus, &c.] Ita legendus ille locus: Credunt Seplasia, omnia fraudibus corruptenti. Jam quidem facta emplastra ac collyria mercantur. Tubasque mercurio, aut frans Seplasia sic quaritur eis. Vide Salmas. p. 1061. b.

Credunt seplasia, ea omnibus quidem fraudibus corruptenti] Voss. credunt simplasia omnia fraudibus corruptenti jam quidem, factaque emplastra et collyria mercantur. Pintiani quoque codex, seplasia omnia. Men. Gnd. Acad. credunt simpla sed (Men. set) ea omnibus q. Gronov.

Et ulcera oris farina admota] Scribe et uvae oris, non ulcera oris, ex scripto codice; favente etiam Dioscorid. lib. v. 'Columellam,' inquit, 'et tonsillas oris melle exceptus et admotus reprimit.' Sic in fine capituli de Chalcantho: 'tollit et uvae vel si decocto tangantur.' Pintian.

In oculis super acetum suspensus] Theophrastus περὶ λίθων. Dalec.

Ocyasime vero contrahit coronarum aruginem recisamentis] Acad. Men. Gnd. Oc. v. contingit tenacior recisamentis. Voss. Ocyasime vero contingit coronariorum recisamentis in acetum additis. Optime. Contingit esse existit, nempe ærugo. Dixerat: 'Æruginis quoque magnus usus: sed pluribus ea fit modis.' Coronarii, qui coronas faciunt. XXI. 2. 'Sicyone ingenio Pausan pictoris atque Glyceræ co-

ronariæ dilectæ illi.' Eodem lib. 6. 9. 'Alii asphaltion, majore folio, que utantur coronarii.' et cap. 12. 'Coronarii quidem et spinæ flore utantur.' Gronov.

Aut gummi] Quidam rasilem deteriorum, admixto gummi, pro facilitia priore vendunt, inquit Dioscorid. Sed vitiosum id genus improbat. Dalec.

Stridentia in frendendo] Dioscorides, διὰ τῆς ἰδύου ἐκπαλεως, dentium appressu. Idem.

Delacrymationibus] Sic Plinius reddidit quod Græci ἀποδακρυτικὸν vocant: est autem ἀποδακρυτικόν, quod delacrymationes sistit, vel elicit. Idem.

Hieracium vocatur collyrium] A Hierace auctore Hieracium quidam vocari contendunt, quasi δέουερὸς, quod λέρακος, accipitres, hieracium scalpendo, et succo tingendo oculos, obscuritatem cum sensere disentiant. Supra xx. 7. Hieraciorum collyriorum descriptiones aliquot extant ap. Galen. κατὰ τόρους, lib. iv. Idem.

CAP. XII. De scolecia, et chalciti, et misy, et sory, et chalcantio.

De scolecia] Al. De collicia. Idem.

Est et alterum genus æruginis quam vocant scoleciam] Vetus codex scoleca; scribe scolecos, ex Diosc. lib. v. sic enim appellat æruginem scolecos, hoc est vermis: eadem menda paulo post. Pintian.

Scoleciam] Licet apud omnes auctores, quorum scripta extant, legamus ἢν σκολικίαν, æruginem vermiculatam, hujus tamen erroris tam publici et recepti solum Plinium auctorem esse puto, legendumque κολλικίαν, ἢn placentulas, ac veluti rotundos exiguosque panes formatam. Locus Dioscoridis qui Plin. sefellit est: 'Ἐως τῆ μὲν χρειᾷ λίθης, τῆ δὲ συστάσει γλοιώδης γίνηται, καὶ οὕτως ἀναπλάσας κόλλικας ῥοδιακοῖς ὁμοίους, ἀπορίθωσο. Donec æruginis colore sit, ac strigmentorum crassitie: tum placentulas Rhodiis similes formato ac recondito. Plin-

nias vero: *Teritur autem, donec viride fiat, contrahatque sese vermiculorum specie, &c.* tacito de industria Rhodiorum vocabulo, cum explicare non posset Rhodii vermes quales essent. Præterea Dioscorides non expectandum esse jubet, quoad sese contrahat in vermiculos, ut Plinius intellexit, sed cum satis spissa est, manibus formari *els κόλλικας 'Ροδίουs*, quod de vermibus exponi minime potest. *κόλλικας ροδίουs* quidam exponunt, non placentas ex insula Rhodo, sed pastillos ex rosis ocularios, ad quem usam æruginis quoque illi pastilli fiunt. *Dalec.*

*In Cyprio ære*] In Cyprio ære (nempe æris Cyprii mortario) aluminis, et salis fossitii, aut marini, aut nitri drachma una, tritis cum aceti albi et acris hemina dimidia, quoad strigmenti modo spissescant. *Idem.*

*Quod vitium ut emendetur*] Sic legendum ex Dioscoride: 'Si quod autem vitium, ut emendetur, duæ partes urinæ veteris aceto miscentur. Fit et ex urina pueri impubis. Idem autem in auramentis, quod et Santerna efficit.' Quod autem ait, 'Si quod vitium est,' hoc est, si minus efficax sit, ac colorata. *Idem.*

*Æris venas oblongas*] Longas et splendentes venas. Diosc. æris nulla facta mentione. *Idem.*

*Acrius etiamnum et vehementius, si aceto, quam vino temperentur*] Brevius in veteri codice, *etiamnum vehementius si aceto quam vino temperentur*; reliqua superfluant: et paulo post lege, *Hispaniensisque et Africo*. Pintian.

*Fit et in Hispania e puteis stagnisve*] Rectius in eodem, *fit in Hispania puteis stagnisve*. *Idem.*

*Decoquitur ea*] Ideoque *εψθδν* dicitur, aliis præstantius ad nigras tincturas, ad usum medicinæ invalidius. Diosc. *Dalec.*

*Fit et pluribus modis*] Lege: *Fit et pluribus modis, genere terræ eo in acro-*

*bes cavato, quarum e lateribus distillante hiberno gelu stiria, stalagmian vocant.* Vide Cl. Salmas. 1159. b. sequitur: *Sic ex eo quod dependet ut lanciola, loucoton appellant.* Salmas. *ibid.*

*Genere*] Atramantosi metalli, quod chalcitin, misy, sory, melanteriam continet. *Dalec.*

*Hyberno gelu sturias*] Vet. *Hyberno tempore stiria gelantur*: improprie gelantur, pro concrecant vi caloris exiccatae; nam hieme calidissimæ sunt metallorum fodium. *Idem.*

*Stalagmian*] *Σταλακτιδν, σταλακτιδν, λογγωδν* vocari Dioscorides tradit: a Petesio *πάρδιον*. *Idem.*

*Sed ex eo candidum colorem*] Leg. *Sed est candidum, et colore viola simile.* Violaceum id paulo post nominat. *Idem.*

*Pluvia aqua*] Quæ per venas atramentosas labitur. *Idem.*

*Medetur et oculorum scabritiis*] *Scabritiæ, non scabritici, in antiquo codice, semperque sic leges; sequitur confestim, Dolorique nec non et caligini et oris ulceribus.* In eodem, *dolorive et caligini ac oris ulceribus.* Pintian.

CAP. XIII. *De pompholyge, et spodo, et antispodo, et diphryge, et triente Servilio.*

*Differentia, quod pompholyx lotura paratur*] *Spluratur, non paratur, in scripto codice: forte expurgatur legendum, ex Diosc. lib. v.* *Idem.*

*Saporem horridum*] Veluti cœni, Dioscorides. *Dalec.*

*Convenitque oculorum medicamentis, quibuscunque vitii occurrunt*] *Detrahe conjunctionem que, et occurrerit lege, non occurrunt, ex spographo nostro.* Pintian.

*Levissime hæc efflatur et ocius evolatque*] Acad. *levissimo statu evolat e fornacibus, ut et Men. et Gud. nisi quod evolatque.* Pintiani, *levissimum hoc efflatur et otius.* Voas. *Levissimum hoc est flaturæ tutius evolatque et fornacibus et tectis adhærescit.* Scribe,

lotura tutius; nam supra, 'pompholyx lotura paratur.' XXXIII. 7. 'Alii minium faciunt prima lotura.' XXXIV. 18. 'Fit et lotura plarimii usus in medicina.' Mox: Quod vero rubicundius ex iis invenitur, acriorem vim habet, exulceratque adeo, ut, cum lavatur, si oculos attingit, excæcet. Sic Voss. non attingat. Hoc igitur minus tutum loturæ. Vocabulum bis habes infra c. 18. Gronov.

Acriorem vim habet] Nondum exuta Cadmiæ, ærosive lapidis acrimonia. Dalec.

Purgatur ante pinna, dein crassior lotura] Ms. Purgatur in tepiditate ni crassior lotura digitis scabritiæ excernuntur. E quibus restitui potest lectio melior: Purgatur crassior tepida lotura: digitis scabritiæ discernuntur. Legendum tamen ex Diosc. v. 85. Purgatur autem in crassiore panno lotura. Quidam digitis scabritiem exterunt. Maxima vis ejus est, &c. quamvis c. 18. hujus libri in lotura spodii plumbei scribatur: 'Quidam pulverem pennis detergere malunt, ac terere in vino odorato.' Idem.

Digitis scabritiem exterunt] Quatuor nostri, ut Pintian. scabritiæ excernuntur. Gronov.

Collyriis oculorum nimium vigiliis fatigatorum apta putatur] Collyriis oculorum minus utilis putatur, in archetypo nostro: cætera superfluum. Pintian.

Fit et in argenti fornacibus] Aurique et plumbi. Dioscor. Dalec.

Quam vocant lauriotin] A Laurio Atticæ pago, Sunio proximo, ubi argenti metalla fuere. Pausanias. Spodion Illyricam laudat Hippocrates. Idem.

Vitæ ingenia mirari] Scribendum puto, naturæ ingenium. Causam erroris fuisse puto compendiosam scripturam hujus dictionis, naturæ: et paulo post, Catonei, non Cydoni, in eodem. Pintian.

Pseudocypri] Quidam apud Diosc.

legunt pseudocypri. Dalec.

Spegma] Ψήγμα hoc loco est velut apinda, acer, palea æris, quæ vehementiori flatu extra fornacem ejicitur, tanquam æris ramentum aut recisa deraaque particula. Diosc. cap. de flore æris, τὸ τῶν παλαιῶν ἕλων ψήγμα, ramentum veterum clavorum, a quibusdam vocatum fuisse tradit florem æris. Idem.

Quidam tradunt in fornacibus globos lapidis qui coquantur] Quidam tradunt, in arcis globos lapidis æs gignentis sole coctos fermentari; circa hos æs ferrere: ipsum vero percoqui translatum in altis scrobes, et esse udum; quod autem materiæ excocto superest, diphryges vocari. Ex Diosc. et manuscr. Idem.

Id quod excocto supersit, diphryges vocari] Voss. id quod ex cocto superest, diphryga vocant. Plautus Stichæ: 'Edepol te vocem libenter, si superfiat locus.' Acad. quoque diphryga vocant. Sed διφρυγὶς Dioscorides. Gronov.

CAP. XIV. De ferro et ferris metallis, et differentiæ ferri.

Ne ferro nisi in agricultura uterentur] Acad. in agro culto. Gnd. et Men. in agro cultu. Voss. in agri cultu. Et hoc Plinii. Libet enim disertis illa tralaticia variare. Cicero in Verr. lib. III. 'Quid est enim Sicilia, si ei agri cultionem sustuleris?' Idem.

Et stilo scribere intutum est, ut vetustissimi] Acad. Men. Gnd. et cum stilo scribere intutum vetustissimi. Voss. et tum stilo scribere intutum vetustissimi. Lege, Etiam stilo scribere vetitum vetustissimi auctores prodiderunt. Tangit et Juretus ad Symmachum II. 22. Idem.

Et tamen vita ipsa non desit honorem] Voss. defuit. Ut Tacitus Hist. IV. 'Nec deerat egentissimus quisque e plebe et pessimi servitiorum prodere ultro dites dominos.' Item: 'Nec deerat ipse stipatus armatis, domos hortosque permutans, apparatu, incessu, excubiis, vim principia

complecti.' Gronov.

*Learcho filio præcipitato residentem]* Athamas furens Learchum ex Ino filium, saxo illius, necavit, idem facturus de matre et altero filio Melicerta, nisi eo in ninas recepto præcipitem Ino se in mare jecisset. Quare hic præcipitatum Learchum, saxo inflicto, et sic occisum intelligere oportet, non autem scopulo deturbatum. Dalec.

*Furem Learcho filio præcipitato residentem penitentiamque]* Hoc a Gelenio est, cum haberetur, *residentem penitentiam*, quod a Pintiano. Sed Voss. *penitentia res ferrumque miscuit*. Lege: *cum exprimere vellet Athamantis furem, Learcho filio præcipitato, residentem penitentia, æs ferrumque miscuit*. Academicus, Men. Gud. *Learchum filium præcipitare volentis et residentis penitentia*. Unde apparet, quantum sibi hoc in scriptore permisissent librarii. *Penitentia* est mutato animo. Sic Phædrus Fab. LXX. 'Sancta incorrupta jura reddebat fide. Post quæ labare cœpit penitentia.' Ita enim hæc scribenda et conjungenda. Vulgo hoc vocabulum parum capiunt; non enim tantum dolorem ex actis, sed sæpe mutatum animum et consilium, modumque agendi contrarium, significat. Suetonius Octavio: 'Quo magis penitentiam prioris sectæ approbaret,' id est, se descivisse ab istis partibus, se aliam sectam sequi. Noster XXXV. 11. 'Herculem tristem insanis penitentia.' 'Post quæ' frequens Tacito. Gronov.

*Ferri metalla ubique propemodum reperitur]* Voss. Men. Gud. Academicus, consensu, *propemodo*. Et reatitimus Plaut. in Trin. III. 3. 50. et Liv. XXIV. 20. *Idem*.

*Sentit, stricturæque vocantur]* Lego: *sentit*. *Stricturæ* vocantur *massæ omnes*, quod non in aliis metallis, a *stringenda oculorum acie*, &c. nam inter metalla ferrum solum candens aciem

oculorum perstringit. *Stricturæ* Nonio scintillæ ferri ferventis, quod stricte, id est, celeriter emittantur, aut quod candore nostros oculum percellant. Virgil. Æneid. VIII. 'Stricturæ chalybum et fornacibus ignis anhelat.' Lucilius Sat. lib. IV. 'Crebræ ut scintillæ in stricturis, quod genus olim Ferventi ferro.' *Stricturæ* massæ ferri fusi et confecti, quæ in fornace candentes fervent, et nitent. Dalec.

*Et fornacum maxima differentia est]* Lege: *Et fornacum magna differentia est*. In aliquibus ferrum excoquitur nisi ad indurandam aciem: aliqua modo sunt ad densandas incudes malleorumque rostra. Pliniana loquutio nisi, pro non nisi: sunt aliqua fornacæ in quibus ferrum excoquitur non nisi ad indurandam aciem. *Acies* Plinio quod Græcis στρογγύμα, posterioribus Latinis *Aciarium*. Mox sic legend. ac distinguend. *Neque alia genera ferri ex mera acie temperantur, ceteris enim admisceatur mollior complexus*. In nostro orbe alicubi vana bonitatem hanc præstat, ut in Noricis: aliubi factura, ut Salmone aqua: ex mera acie temperatum ferrum, ἀκραυρὸς στρογγύμα. Inde et 'temperare' pro acuere. Vide Salmas. pag. 1015. a.

*In iis equidem nucleus ferri excoquitur, ad indurandam aciem]* Alio ordine et aliter in scripto codice: *nucleusque quidam ferri excoquitur in his ad indurandam aciem*. Pintian.

*In iis quidem nucleus ferri excoquitur]* Acad. Menap. Gud. *in his quidem ferrum excoquitur in his ad indurandam aciem aliquo modo sunt ad densandas*. Voss. *in nucleisque quidem ferri excoquitur in his ad indurandam aciem aliquo modo ad densandas*. Unde Salmas. *in aliquibus ferrum excoquitur, nisi ad indurandam aciem: aliqua modo sunt ad densandas incudes, malleorumque rostra*. Subscribo facile; nisi quod non concoquo, quam ille Plinianam locutionem vocat, nisi pro non nisi. Hoc



non credo, nisi certis exemplis convincar. Et quid quæso proclivius quam ex in his facere non nisi? Adde quæ ad Livii xxxiv. 16. in Addendis notavimus. Gronov.

[Cui subinde candens immergitur] Varios modos purgandi durandique ferri tradit Magius II. 8. Dalec.

[Turiassonem] Et Chalyben. Solinus. Accolis populis qui eximio ferro præstant, is nomen dedit. Virgilius: 'At Chalybes nudi ferrum.' Idem.

[Pellibusque mittunt] Tigridum, pardorum, pantherarum: et, ut conjector, moschi, cum sanie sua odoratissima. Idem.

[In spongiis frangi] Spongias vocat massas liquati ferri, ejectas vel extractas fornace, quæ instar spongiæ molles sunt ac fragiles prorsusquam durentur ictibus, aut aquæ gelidæ immergantur, aut adjecto medicamento fuscioribus cognito, in aciem excoquantur. Idem.

[Sola hæc materia vires ab eo lapide accipit] Vetus codex virus, non vires, pulcherrime. Pintian.

[Aliud apprehendens ferrum, ut annulorum catena spectetur] Acad. aut apprehendens ferrum ut a col' lectione catena spectetur. Gnd. hanc apprehendens ferrum ut a collectione cat. spec. Men: aut apprehendens f. ut a collectione cat. Voss. aut adprehendens ferrum, ut aculorum catena spectetur. Fortasse: Sola hæc materia vires ab eo lapide accipit, retinetque longo tempore aliud adprehendens ferrum, ut acularum catena spectetur; acus enim acubus quasi nectantur. Pintianus ex suo codice affert, virus ab eo lapide, et accinit, pulcherrime. Immo pessime. Gronov.

[Inscit aciem] Aciem inscit, vi sua sic imbuit, ut attrahi se permittat, trahendique magneti cedere cogatur. Dalec.

[Ferri utique inscit aciem, ut magnes. Eodem lapide Dinocrates] Voss. Ferrum utique inscit eadem ut magnetis lapide Timochares architectus Alexandrea.

Scribe: Ferrum utique inscit eadem vi. Magnete lapide Timochares, &c. quamvis alibi Dinocratem appellet, de quo Salm. ad Solin. pag. 1189. Academ. Men. Gud. Ferri utique inscit aciem ut magnes de magnetis lapide timocrates. Td ut pro vi notavimus et xxxii. 1. Sic xxiv. 11. libri optimi 'naturæ ut,' pro 'naturæ vi.' Pintianus, ferrum utique inscit: rã aciem ut magnes pro supervacuis delet. Gronov.

[Ut in eo simulacrum ejus] In Alexandria Ægypti, laquearibus templi Serapis, magnes infixus, statuum æneam, in cujus capite ferrum inclusum est, sic tenuit, ut media nec solum attingeret, nec culmen. Ferreum Mahumetis sepulchrum in Medina Talnabi Arabiæ Petrææ oppido magnetis vi tractum suspendere Turcæ conati sunt. Dalec.

[CAP. xv. De temperatura ferri, et medicina ex ferro, et arugine, et rubigine, et squama ferri, et hygremplus-tro.]

[Qua Alexander Magnus ibi vinxerat pontem] Quia Alexander Magnus ibi junxerat pontem, in vetusto codice. Scribendum reor, quia Alexander Magnus cum junxerat ponte, ut sit ratio nominis, dictam esse Zeugma, quod Euphratem fluvium Alexander Magnus junxerat ponte ex catenis facto, auctore Stephano. Pintian.

[Alexander Magnus ibi vinxerat pontem] E Chiffet. afferunt vinxerat. Voss. clare junxerat. Pintianus libro suo fuisse ait quia, et junxerat; unde conficit: quia Alexander M. cum junxerat ponte. Sed tam pons jungi quam ponte amnis bene dicitur. Tacit. Annal. xiiii. 'Jubet expedire copias, quia Parthorum fines intrarent, simul pontes per amnem Euphratem jungi.' Hist. iii. 'Tris Viteilianas cohortes ad forum Allieni ponte juncto condisse.' Dein sic non apparet in Plinio, cui fuerit usui ferrea illa catena: quod tamen dignius notatu, quia ignotius, quam cur ea urbs dicta fuerit

Zengma: quod ex altera etiam scriptura facile colligas. Gronov.

Namque circumscribi circulo terve circumlato mucrone] In Vet. Cod. non circulo legitur, sed circulos; scribo, circulo bis terve circumlato mucrone. Pintian.

Lymphationes] Has Græci vocant *νυμφοληφίας νυκτερινάς*, ut et *νυμφολήπτους*, *lymphatos*, *fanaticos*, *furentes*, quasi correptos Nympharum spiritu. Credidit enim vetustas furore perpetuo exagitari, qui Nymphæ speciem ex aquis prodeuntem aspexissent. Ante prælium commissum cum Peris ad Platæas, multos ad Cithæronem nympholeptos et fanaticos fuisse tradit Plutarchus in Aristide. Vide et Brod. t. 31. Dalec.

Sic Telephum proditur sanasse Achilles] Supra xxv. 5. Achillæa herba; notum est vulgatum illud, *ὁ τρέφας ἰδοερα*. Idem.

Vis ejus ligare, siccare, restringere] Voss. Potentia ejus ligare siccare sistere. Nempe ut sistere sanguinem, alvum, profusiva. Non aliter Pintiani, et ex Chiff. quoque notant potentia. Gronov.

Obolis ex Cimolia creta duobus, drachmis sex ex ære, totidem ex squama ferri, totidem ceræ, ex olei sextario] In exemplari antiquo: *pari obolis, et Cimolia cretæ drachmæ sex, æris tusi drachmæ duæ, squamæ ferreæ totidem, ceræ sex, olei sextarius*. Pintian.

Componitur hoc modo: obolis ex Cimolia creta duobus] Pintiani codex: *pari obolis et Cimolia cretæ drachmæ sex, æris tusi drachmæ duæ, squamæ ferreæ totidem, ceræ sex, olei sextarius*. Voss. *Componitur hoc modo pari obolis ex cimolia creta dragme sex æris tusi, drachme duæ squamæ ferreæ et totidem ceræ ex olei sextarius*. Significat legendum: *oboli sex cimolia cretæ, drachmæ sex æris tusi, drachmæ duæ squamæ ferreæ, et totidem ceræ, et olei sextarius*. Gron. CAP. XVI. De plumbi metallis, et albo plumbo, et nigro.

In insulas Atlantici] Cassiteridas intelligit, quæ Lusitaniam et Gallæciam spectant. Dalec.

Postea caminis separantur] Nam aurum in camino pendurat, nec liquatur; plumbi autem vena facile funditur. Idem.

Galæna] Sive molybdæna. Supra xxxiii. 6. Galæna vena plumbi est. Idem.

CAP. XVII. De stanno, plumbo, argentario, et quibusdam aliis.

Quoniam prius liquescit argentum] Quam prius liquescat argentum in antiquo codice; forte permutatis dictionibus legendum, *prius quam liquescat argentum*. Pintian.

Cæpere deinde et esseda et vehicula et petorruta exornari] Ab Hermolao, cum legeretur: *et esseda buculis et petorruta*, quod ab Jo. Andrea. Acad. *et essedas et vehicula inanis luxuria: media desunt*. Pintiani codex, *esseda atque crepeturita*; unde ille, *esseda atque peturita ære exornare*. Voss. *et essedas vaculis atque ære petorruta exornare*. Forsan: *et esseda sua staticulaque ac petorruta exornare*: tum quia vox eadem sequitur, ubi fatetur et Hermolans in codd. antiquis esse *staticula*, tum ob locum xxxvii. 10. 'Reddunt enim species fluminum, nemorum, et jumentorum etiam esseda et staticula et equorum ornamenta.' Salmasius *staticula* Plinio vult esse statuas, ad Solin. pag. 133. Id ego ex verbis Plinii colligere nequeo: præsertim cum post omnia hic subjiciat: 'quæque in scyphis cerni prodigium erat, hæc in vehiculis atteri cultus vocatur.' Ergo *esseda, staticula, petorruta*, sunt numero vehiculorum. Gud. et Menap. *essedas*, et utrobique *vehicula*. Gronov.

Staticula] Hic et xxxvii. 10. 'staticulum' currus genus. Macrobio Saturno. lib. iii. 'staticulus' saltationis genus, cum ridiculariis jocis, versibus, vocis demutatione. Inde 'staticulos dare,' et Plauto in Pæras,

'staticulos saltare:' vulgo, *Jouer les bouffons*. Quidam 'staticulum' esse voluit essedi anteriorem partem, in qua firmus et status manet, qui habens equos regit. Hanc porro solent diligentius et sumptuosius ornare quam reliquum vehiculum, quoniam spectaturis prima occurrit. *Dalec.*

*Non modo argentea staticula inanis luxuria pervenit]* Voss. *Simili modo que inani luxuria ad aurea quoque non modo argentea staticula pervenit*. Scribe: *Simili modo (quam inanis!) luxuria ad aurea quoque, non modo argentea, staticula pervenit*. Illud quam inanis exemplis illustramus *Observat.* t. 4. 49. *Gronov.*

*Hoc videtur facere relaxatis spiramentis]* Voss. *laxatis*. Idem.

*Locari solitum decem libris per CC. annos]* Voss. *solitum* ✕ *CC. annis postquam obliteratum erat XXLV. sine locatum est, sine reddit, quod ad marginem vides et in Gud. Menapioque, sine reddit nunc, quod in Academico est: nec forte laborat hæc lectio, nisi in posteriore numero, qui videtur faciendus CCLV. Prior significat denarium ducenta millia, εἰκοσι μυριάδας, octingenta millia nummum; posterior ducenta quinquaginta millia denarium, πέντε καὶ εἰκοσι μυριάδας καὶ πεντακισχίλια δραχμὰς, decies et viginti millia. Illa viginti, hæc triginta millia Philippum nostrorum. Nec vero deest quicquam, quod non deesse, ut pote commode intelligendum ex vicino, Plinius voluerit: quod locari solitum ✕ *CC. annis; postquam obliteratum erat, CCLV. nempe locari solitum est. Gud. quod locari solitum X. libras per CC. annos postquam obliteratum erat reddit LXXII.* Ut et *Acad. nisi quod reddit nunc LXXII.* et *Menap. nisi quod reddit LXXXII.* Idem.*

CAP. XVIII. *Medicina de plumbo, et scoria plumbi, de molybdæna sive galena, de psimythio, et sandaracha. Substrato sulphure minuto]* *Elegan-*

tius in archetypo nostro, *substrato sulfuris minuto*. *Pintian.*

*Alioquin plumbi e fornacibus halitus nocuus sentitur]* Voss. *plumbi fornacium halitus*. *Gud. Men. Acad. hactenus juvant, quod carent præpositione. Gronov.*

*Fit et lotura plurimi usus in medicina]* *Plumbi, non plurimi, in eod. recte, ut paulo post, ad hæc maxime lotura plumbi facit: posset etiam legi, et forte aptius: fit e lotura plumbi usus, &c.* favet etiam huic lectioni *Diosc.* docens loturam plumbi ad usus medicinæ lib. v. *Pintian.*

*Postea supernatus aqua]* Vide aliam rationem *Dioscoridis. Dalec.*

*Ut Stibi et Cadmia. Potest astringere, sistere, &c.]* In vetusto codice, et istius et *Cadmia potest astringere, sistere, &c.* scribo, et istius ut *Cadmia potestas stringere, &c.* Confirmatur autem et hæc correctio auctoritate *Dioscoridis lib. v. Pintian.*

*Versatum rudibus ferreis aut ferulaceis]* Voss. *trudibus*. *Virgilius Æneid. v. 'Ferratasque trudes et acuta cuspede contos Expediunt.'* Sic enim optimi codices: sic *Isidorus Origin. xviii. 7.* cui 'trudes' sunt 'amites cum lunato ferro, ab eo quod trudunt et detrudunt.' *Tacit. Annal. iii. 'Quidam trudibus aut furcis inertem molem prosternere.'* *Gronov.*

*Sulphuris specie et terra carens]* Apud *Diosc. ψιμυθιοφανής, cerussæ specie*. Magis sequor *Plinium, qui legit θειοφανής; nam id magis convenit cum μηλοειδής, optima, densa, fractu contumax, cerussæ prorsus similis, nihil plumbei habens, luteo fere colore, vitri modo splendida. Diosc. Dalec.*

*Lavatur in linteis raris in aqua celesti]* Præpositionem posteriore loco nescit *Vossianus, ut et tres alii. Gronov.*

*Est et molybdæna]* Appellatione *molybdænæ auctor comprehendit tum venam argento communem et*

plumbo, tum plumbarium lapidem, tum etiam plumbariam arenam. *Dal.*

*Est molybdana, quam alibi galenam vocavimus, plumbi et argenti vena communis*] Voss. *Est et molybdana quam alio loco galenam appellavimus, venam argenti plumbique communis.* Gronov.

*Zephyria*] Zephyrium oppidum Tauricæ, oppidum Ciliciæ, promontorium extremæ Italiæ e regione Siciliæ. Quidam legunt *Zephyria*. Est autem Zephyria Meli insulæ, quæ metallis abundat, oppidam: est et insula ante Halicarnassum. *Dalec.*

*Quæ non alligantur*] *Quæ non mordent*, Diosc. Pro ἀνεπίδηκτος Plinius legit ἀνεπίδηκτος. *Idem.*

*Et tenesimum fovendo calida*] Sic ut clystere metallicæ ea infundantur, abdomen vero seu venter, mitigandi doloris causa, aqua calida foveatur. *Idem.*

*In urceos aceti plumbo*] Crate viminea in eorum medio collocata firmi-

ter, ita ut acetum non contingat. Diosc. *Sandarachæ fiat*] Anripigmento rubro. Talem colorem nactus, sandyx vel syricum dicitur. *Idem.*

*Ac rursus dejecto*] Scribe rejecto, non dejecto, ex apographo nostro; et paulo infra rubescat, non ruffescat, in eod. *Pintian.*

*Quoque magis virus redolens*] Quoque magis sulphuris viris redolens, θειώδη ἀροφωρὰν ἔχουσα, Diosc. *Dalec.*

*Ipsa nidore itidem medetur*] Voss. *isdem.* Lege *isdem.* Gud. Men. A. ead. *eis.* Idem *Pintianus.* Gronov.

*Aut sandarachæ similis est, deterius existimatur*] Voss. *simile est, deterius judicatur.* Idem.

*Squamosa*] Πλάκας λεπτιόμενας ἔχει, ὅς ἀεὶ ἐπικελμενας ἀλλήλαις, Diosc. squamatim in cristas dividuntur, alias fore semper aliis incumbentes. *Dal.*

*Donec mutet colorem*] Pigmentum id sandaracha factitia est, de qua xxxv. 6. *Idem.*

## LIBER XXXV.

**PROEM.** *Annascentiam quoque eis]* Voss. *Metalloꝝ, quibus opes constant, agnascentiamque eis.* Gnd. Men. Acad. *ac nascentiam in eis.* Pintiani codex, *adnascentiamque eis.* Gronov.

*Morosa colandi pingendique ac tingendi subtilitas]* Lege cum Voss. et Pintiani codice, *colandi fingendique ac tingendi.* Plasticen intellige; et 'fingere ex argilla similitudines,' ut alibi loquitur. *Idem.*

CAP. I. *Honos picturæ.*

*Utilem instituti modo, nihil necessarium]* Probo magis legatur: *utilem instituto. Modo nihil necessarium.* Pintian.

*A regibus populisque, et illos nobilitante]* Vetus exemplar, et pleraque omnia excusa, *alios præferunt, non illos;* ut pntem scribendum aliis. *Id.*

*Nunc vero in totum marmoribus pulsa]* In eod. *nunc vero in totum marmoribus postulatam;* scribo, *nunc vero in totum marmoribus postolata.* *Id.*

*Non placent jam abaci]* Lege: *Non placent jam abaci, nec specula in cubiculo nilentia.* Vide Salmas. H. Aug. 443. a.

*Abaci]* Abaci tabulæ marmoreæ quadratæ, ligneis similes; nam, ut tradunt Grammatici, *ἄβαξ οὐ μόνον ἐπὶ σπιθῶς, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ λίθων ὁμοιοσχημόνως τοῖς ξυλῖνοις ἄβαξι.* Vitruvius VII. 3. 'Itaque veteribus parietibus nonnulli crustas exidentes pro abacis utuntur, ipsaque tectoria absconam et speculorum divisionibus (nimiram formarum quadratarum et rotandarum) circa se prominentes habent expressiones.' Turneb. xxvi. 3. Cassub. ad Sueton. p. 40. *Dalec.*

*Maculas quæ non essent]* Nam macu-

*Delp. et Ver. Clas.*

losum variumque marmor maxime placebat: quod si natura tale non esset, pictura fingebatur. *Idem.*

*Maculas quæ non essent in crustis inserendo]* Voss. *quæ non esse in crustis.* Vult, quod ex veteri notant ad marginem, præpositionem deleri. *Iægo* autem, *quæ non essent,* id est, *quæ parte;* ait enim Neronis principatu inventum variare unitatem *crustis,* vel sectis fragmentis, coloris diversi *inserendo maculas, quæ parte illæ non essent nativæ.* Tres alii, *maculas non esse in crustis.* Illud, *ut purpura distingueretur Sinnadicus,* male Gonsalins excepit ad Petronium. Vide *Observat. III. II. Gronov.*

*Ut ovatus esset]* Ovatum intelligo, maculis notatum ovata figura ductis. *Dalec.*

*Sinnadicus]* Sinnada Asiæ urbs, supra v. 29. Ex ea Sinnadicum marmor celeberrimum. Vide Strab. lib. XII. *Idem.*

CAP. II. *Honos imaginum.*

*Statuarum capita permutantur]* Exemplilia illa fuisse discimus ex Suetonio in Tiberio, c. 22. ex Lampridio in Commodo et aliis. *Idem.*

*Pinacothecas]* Pinacothecæ armaria in quibus tabulæ pictæ, cælatum argentum, stragule vestes, signa, et alia domus ornamenta reponebantur: Græcis phascoli, ciatæ, rhisci, κολλοι. Alex. ab Alex. v. 24. *Idem.*

*Ceromata]* Κοινοτήρια: locum ubi athletæ pulvere conspergebantur, ut prehendi firmius possent; alii *ἐλαυθήσια* malunt, ubi cera oleo diluta ungebantur. *Idem.*

*Vultus Epicuri per cubicula gestant]* De hoc more eleganter more suo Ca-

*Plinius.*

16 Q

sant. ad Sueton. p. 69. *Idem.*

*Circumferunt secum*] Anulis insculptos, hoc fausti omnibus sibi generique suo existimantes. Alex. ab Alex. 11. 19. qui pro *cubicula*, *pocula* videtur legisse. *Idem.*

*Disponerentur armariis*] Hæc etiam scribit Polybius, qui et *armaria*, *vat-  
tha*, id est, *adiculas* vocat, quo nomine et Suetonius usus est. *Idem.*

*Imagines*] Imagines eæ non integri et totius corporis fuerant, membris et lineamentis omnibus confirmatæ, sed oris simulacrum tantum effingentes humerorum tenuis. Turb. xxvi. 8. *Idem.*

*Quæ comitarentur gentilitia*] Præsentibus et canentibus tubis id fiebat. Propertius: 'Tibia funesta tristior illa tuba.' *Idem.*: 'Nec mea tunc longa spatietur imagine pompa, Nec tuba sit fati vana querela mei.' Victorius ix. 14. *Idem.*

*Stemmata*] Stemmata intelligo in quacumque imagine, ejus qui expressus fuerat, prænominis, nominis, cognominis appellationem: honorum quos gessisset titulos: et progeniei gradum ac ordinem in tritavis, abavis, proavis, &c. Sic autem dicta fuerunt, quod earum rerum inscriptio ac monumentum ornaretur coronis circum-pictis, ut fit etiam hodie. *Idem.*

*Animorum gentium imagines erant*] Fuit quando putavi legendum esse non *animorum gentium*, sed *majorum gentium*, ex Livio, qui ait, senatum divisum fuisse in 'majores' et 'minores gentes'; nam et codex antiquus *gentium* habet, non *ingentium*: nunc magis placet legatur *alienarum gentium*, quia sequitur confestim, 'exprobrantibus tectis cotidie imbellem dominum intrare in alienum triumphum.' *Pintian.*

*Alia foris et circa limina animorum gentium imagines erant, affixis*] *Pintianus* *majorum gentium* vel *alienarum gentium* conjectat. Ex vestigijs Chiffet. *minorum gentium* notat et impro-

bat Dalecampius. Acad. Men. Gud. *amicorum gentium erant imagines.* Voss. *aminorum gentium imagines erant.* Lege, *domitarum gentium imagines erant, affixis hostium spoliis.* Notus mos et passim celebratus. Livius lib. x. 'Quorum domos spoliis hostium affixis insignes inter alias feceritis.' lib. xxiii. 'Qui spolia ex hoste fixa domi haberent.' lib. xxxviii. 'Et cætera spolia ejus urbis ante currum laterus et fixurus in postibus suis.' Suetonius in Nerone: 'Domus principum ducum arserunt, hostilibus adhuc spoliis adornatæ.' Venuste autem dicit ante domos visas *domitarum gentium imagines*, in ipsis illis spoliis, quæ domitis victisque detracta erant, quæ domitarum symbola et argumenta erant. Sic xxxvii. 2. quasi ad Magnum Pompeium: 'Nonne illa similior tui est imago, quam Pirenæi jngis imposuisti?' Sequitur in Voss. *quæ nec emptori restigere liceret*; non *refringere*. Illud tibi *Pintianus*, cum *refringere* hic interpretatur esse 'revellere' ad cap. 4. hujus libri. *Restigere* est revellere vel detrahere in sublimi fixum, ut 'refigere æra.' Cicero Famil. xii. 1. 'Cujus æra refigere debebamus, ejus etiam chirographa defendimus.' L. xxii. x. 1. D. Quod vi aut clam. 'Si ad januam tabulas fixeris, et ego eas, priusquam tibi denuntiavi, refixerero.' Virgil. 'fixit leges pretio atque refixit.' Men. *refrigere.* Gronov.

*Affixis hostium spoliis*] Eo respexit Virgil. *Æneid.* iv. 'spolia illa tuis pendencia tectis.' *Dalec.*

*Cum Scipionis Africani transisset atrium*] Hermolaus scripserat esse codices, in quibus *Africani*, non *Pomponiani*, scriptum sit. Sed Voss. Gud. Acad. Men. ut et Jo. Andreas, *Scipionis Pomponiani*: deinde Voss. *Salutonis.* Men. et Gud. *Salutonis*, quemadmodum idem Andreas. Locus insanabiliter depravatus, clamat *Pintianus.* Possis accipere *Pomponium*

quendam adoptatum a Cornelio illo, 'cui ad opprobrium vitæ Salutioni cognomen erat,' teste Suetonio Julio cap. 59. Cæterum ibi quoque scripti quidam *Saluitoni* et *Salutioni*. Plinius VII. 12. 'Ejusdem familiæ Scipioni post eum cognomen Salutio mimus dedit.' Acad. hic quoque *Saluicio*. Men. et Gud. *Saluitto*: omnesque nomen. Coniciebam, *Ejusdem familia Scipioni post cognomen Salpitto mimus dedit*. A salpitis sive alapis, quibus os mimi præbebant. Glossæ: *Salpitta*, *ῥάπισμα*. Arnobius lib. VII. 'Mimis Dii gaudent, &c. delectantur, ut res est, stupidorum capitibus rasis, salpictarum sonitu atque plausu, factis et dictis turpibus, fascinorum ingentium rubore.' Quod meo judicio recte interpretatur Scaliger ad Catalecta: nec potest aliter accipi, quicquid tergiversentur. Nam 'tubarum sonitus' patienter auditur, sed quis earum plausus? At hic optime convenit alapis; ut apud Ovid. Met. II. 'modo pectora præbet Virginea plaudenda manu.' Nam spectatorum plausum intelligere prohibent omnia, quæ præcedant et sequantur, ad eos, qui se dant spectandos, non ad spectantes, pertinentia. *Salpitta* autem et *salpitta* idem, ut 'solpnga,' et 'solipnga.' Videtur factum ex ἀλαπίτης. Glossæ iterum: *Alapat*, ἀλαπίτης, ἀλαπίσαι, ἀλαπίστος, ἀλαπίτης, *salapicta*, *salapitta*, *salpicta* et *salpitta*. Sic Ovidius 'Stiecte' facit caniculæ nomen, et Latinis hujusmodi: 'offensa,' 'intra,' 'missa,' 'remissa.' Multis autem e Græcia in Latium transeuntibus præponi a fronte illam literam, multis A in I mutari notum est. Unde nomen haudquaquam indignum mimo provenit, 'Salpitto' a 'salpitta,' ut ab 'alea,' 'aleo,' a 'præda,' 'prædo.' Gronov.

*Salutionis*] Prædivitis hominis, cuius testamento factus hæres Scipio fuerat, ea lege, ut Salutionis cogno-

men acciperet. Quendam ex Scipionibus Salutionem cognominatum fuisse, quod Salutioni mimo corporis figura almillimus esset, auctor scribit VII. 12. Julius Cæsar, ad eludendas vaticinationes, quibus ferebatur nomen Scipionum in Hispania fœlix ac invictum esse, cum in ea res gereret, despectatissimum quendam ex gente Corneliolorum secum habuit in castris, cui ob opprobrium vitæ Salutionis cognomen erat. Sueton. in Julio cap. 59. Dalec.

(Hoc enim ei fuerat cognomen) *Africanorum dedecora notam irrepentem*] Nesciunt Mss. pronomen *ei*; nescit vocem *notam*; sed Vossian. *Africanorum dedecori irrepente Scipionum nomini*. Menap. Gud. et Acad. *Africanorum dedecore irrepente*. Lego: *vidissetque adoptione testamentaria Salpitionis (hoc enim fuerat cognomen Africanorum dedecori) irrepentes Scipionum nomini; nisi malis, Salpittones*. Gronov.

[*Siquidem non solum ex auro argenteo*] In vetusto codice verbum *solum* non legitur; et mox paulo illis, non illi. Pintian.

*Quorum immortales anime in iisdem locis ibi loquuntur*] Vacat *rd* ibi; sic enim Voss. *quorum immortales anime in locis iisdem loquuntur*. Tres alii, *anime et in iisdem locis ibi loquuntur*. Gronov.

*Non nominibus tantum septingentorum illustrium, sed etiam aliquo modo imaginibus*] Voss. *insertis voluminibus suorum fecunditatum septingentorum illustrium aliquo modo imaginibus*. Voluit voluminum suorum *fecunditati*. Men. et Gud. et *insertis in voluminibus non tantum sept.* Acad. et *insertis in voluminibus et nominibus non t. sept.* Idem.

[*Inventione muneris etiam Diis invidiosus*] Mellius in eod. *inventor muneris etiam Diis invidiosi*. Pintian.

[*Inventione muneris etiam Diis invidiosus*] Ab Hermolao, cum dedisset

Andreas, *inventioni muneris etiam Diis invidiosia*. Voss. *inventor numquis etiam Diis invidiosi*. Scribe muneris, ut et Pintianus. Gud. et Acad. *inventores quin etiam Diis invidiosi*; ut et Men. nisi quod *invidiose*. Gronov.

*Ut præsentes esse ubique et claudi possent*] Voss. *ubique cludi possent*. Lege, *ubique et videri possent*. Men. Gud. Acad. *ut præsentes esse ubique credi possint*. Idem.

CAP. III. *Quando primum clypei imaginum publice, et quando in domibus positi, et de picturæ initiis, et monochromato, et primis pictoribus, et antiquitate picturarum in Italia.*

*Monochromato*] Vet. *monochromaton*. Dalec.

*Si liberorum turba parvis imaginibus ceu nidum aliquem sobolis*] Voss. *subolis, et liberum*. Ut et mox, 'Majorum quidem nostrum.' Pintianus etiam *liberum*. Gronov.

*Martio exemplo*] Fortassis, *Homeric*, ut Iliad. 2. Sic et Hesiodus ἀσπίδι, Æschyl. in Tragedia, ἐπὶ δὲ τῷ ἠέθῳ, Euripides in Phœnissis, *Mitalerius*.

*Continebantur imagines, unde et nomen habuere clypeorum*] Oratoribus et eloquentia claris cum imagine eorum sculpta tributis quoque fuisse clypeos, Tacitus sub finem lib. 11. Ann. ostendit his verbis: 'Cum censeretur (decerneretur Germanico mortuo) clypeus auro et magnitudine insignis, inter auctores eloquentiæ, adseruit Tiberius solitum paremque cæteris dicaturum,' &c. Dalec.

*Unde et nomen, &c.*] Quasi *glypeorum*, ἀπὸ τοῦ γλύφειν, quod imaginibus cælati ac scripti essent. Idem.

*A cluendo*] Id est, pugnando. Inde fit clypeare, armare, et tanquam clypeo tegere, ut et galeare. Pacuvius in Hermione apud Nonium: 'Curum liquit, chlamyde astu contorta clypeat brachium.' Servius putat ἀπὸ τοῦ κλέπτειν, quod tegerent et celarent corpus, clypeos dictos. Idem.

*Secumque in castris tulere*] Voss. *venere*. Forte *vezere*, aut *tenuerre*. Gronov.

*Invenit Q. Martius*] Lucio prænomen fuit, non Quinto. Itaque iure ignorat Vossianus τὸ Q. Idem.

*Græci autem alii Sicyone, alii apud Corinthios repertam*] Lege: *Græci autem alii Sicyone, alii apud Corinthios repertam summis umbra hominis lineis circumducta, &c.* Hic videmus *linearem picturam* eam dici, quæ ad hominem exprimentum, non solam ejus umbram lineis circumscribit et determinat, quod primi picturæ inventores faciebant, sed quæ intus etiam lineas spargens, lineamenta corporea effingit. *Salmas.* p. 5. b.

*Monochromaton*] Μονόγραμμα alii vocant, ab unica et eadem semper linearum specie; quo modo Epicurus de Nat. Deorum lib. 11. 'monogrammos Deos' vocat, eosdem semper, qui nec ira mutantur, nec lætitia; quamvis tennes et decolores apud Lucillam Nonius exponat hoc versu: 'Vix vivo homini ac monogrammo.' Dalec.

*Cleanthe Corinthio*] Strabo lib. VIII. In Alphœoniæ Dianæ templo Cleanthis et Aregonthis picturæ visuntur, hominum Corinthiorum. Alterius quidem Trojæ excidium, et Minervæ ortus: alterius Dianæ in cunis deportatio, opera plurimum laudata. Idem.

*Primus invenit eas colorare, &c.*] Nimirum simplicissimus color conveniebat rudimentis artis; quandoquidem absolutissimi etiam artifices, Apelles et ejus ætatis alii, non nisi quatuor coloribus pinxisse leguntur. *Gelem.*

*Lanuvii*] In templo Junonis Sospitæ, quam illic colebant capite caprina pelle tecto, qualis ejus imago signata est in quodam Romano denario, additis his literis. I. S. M. R. id est, Juno Sospita, vel, ut est apud Festum, Sispita, Magna Regina. Ejus præterea simulacrum hastatum et scutatum cum repandis calcibus fuisse



tradit Cicero de Nat. Deor. *Ursinus* 268.

*Pontius legatus Caii principis eas tollere conatus est*] In scripto codice, C. *Princeps eas tollere conatus est*; cætera redundant. *Pintian.*

*Pontius legatus Caii principis eas tollere conatus est*] Hunc quoque legatum principis a Plinio hic adhibitum Vossianus negat. Sic enim ibi: *ut virgo ne minis quidem tempi concussu- gatus princeps tollere eas.* Vides unde legatus iste primum natus sit. Quem ut habuerunt, nomen etiam ei fuit imponendum: ergo repetitis quibusdam literis vocis *concussu* addiderunt *Pontius*. Hic autem, cum legati personam sustineret, non poterat dici *princeps*, sed *principis*. Hic quoque nomine destinandus erat, nempe *Caii*. Et hi modesti tamen, præter alii, *ut virgo nominis quidem taciti pontius le- gatus princeps*; sic enim *Gudianus*, *Menap. Acad.* et ex alio ad marginem notatur, quamquam nominis unde ortum sit, vides, nempe ex *ne minis* pro *ne ruinis*. At in Plinium scripsisse puta: *Similitèr Lanuvii, ubi Atalante et Helena cominus picta sunt nudæ ab eodem artifice, utraq; excellentissima forma, sed altera ut virgo, ne ruina quidem templi concussa. Cæjus princeps tollere eas conatus est, libidine accensus, si tectorii natura permisisset.* Sic et *Pintianus. Gronov.*

*Duxant et Cære*] Ea urbs est He- truriam, olim Agylla a Pelasgis cultori- bus vocitata. *Gelen.*

CAP. IV. *De pictoribus Romanis, et quando primum dignitas pictura, et qui victorias suas pictura proposue- runt, et quando externis picturis dig- nitas Roma.*

*Fabii clarissima gentis*] *Fabia cla- rissima gens*, in apographo nostro. *Pintian.*

*Ædem Salutis pinxit*] Quam C. Junius *Bubulcus* dedicaverat. *Dalec.*

*Cohæredis Augusto dati*] Ex qua- drante. *Sueton. in Julio. Idem.*

*A M. Valerio Max. Messala*] Anno Urbis 490. M. Valerius Maximus et M. Otacilius Crassus consules creati adversus Hieronem, et Pænon missi, fœliciter res gesserunt, multis oppidis Mediterraneis aut receptis, aut expugnatis. In ea expeditione Mes- sala capta, Valerius Messala cogno- minatus est. *Macrobius Saturnal. lib. 1. Idem.*

*Qui princeps tabulam picturæ prælii*] *Vossianus: Dignatio autem præcipua Romæ increvit (ut existimo) a M. Va- lerio Maximo Messalla: princeps tabu- lam pictam prælii, &c.* Tres alii quo- que τῆ qui carent: sed aliter nungan- tur exhibendo, *existimo valerio max- imo consule cum messala princeps.* Eo- dem modo reticetur pronomen in il- lo *Taciti Ann. xi. 6. 'Meminisset C. Asinii et Messallæ, ac recentiorum Arruntii et Æterni: ad annua pro- vectos incorrupta vita et facundia.'* Ubi frustra subjecerant, 'provectorum.' Adde infra xxxv. 14. *Gronov.*

*Fecit hoc quidem L. Scipio*] *Voss. Fecit hoc idem et Lycipio. Gud. Men. Acad. Fecit hoc quidem et L. Scipio.* Mox *Voss. tradunt haud immerito quando filius ejus illo; sine τῆ iratum et in præpositione, quæ etiam abest Academico, Men. Gud. uti in iisdem quando, non quoniam. Scribe: Fecit hoc idem et L. Scipio, tabulamque victoriæ suæ Asiatica in Capitolio posuit: idque ægre tulisse fratrem Africanum tradunt, haud immerito, quando filius ejus illo prælio captus fuerat. Voluit idem Pintianus. Idem.*

*Ludis Claudii Pulchri*] Elephas primus his Indis pugnassee Fenestella tradidit viii. 7. Meminit et scenæ hujus pictæ *Valerius Max. ii. 5. Dal.*

*Rex Attalus VI. millia sestertium emisisset Aristidis tabulam Liberum pa- trem continentem*] *Acad. nam cum præ- dam vendendam distraxisset et XVI. libris emisisset Aristides patrem liberum tabulam et pretium miratus. Gud. nam*

cum in præda vendendas distraxisset et XVI. libris emisset Aristides tabulam liberum patrem pretium miratus. Menap. nam cum in præda vendenda distraxisset et XVI. libris emisset aristides liberum patrem tabulam precium. Ubi sedecim libris, pro sedecim talentis, scriptum arbitratur Budæus, quum et ipse sic in suis invenisset. Cæterum hoc quoque specimen, quid in Plinio sibi licere voluerint. Voss. in præda vendenda rex atalia XVI. emisset tabulam Aristides liberum patrem pretio miratus. Dictat certe, denarium sex millibus. At eadem de re VII. 38. 'Aristidis Thebani pictoris unam tabulam centum talentis rex Attalus licitatus est.' Ubi si valere altera summa debet, scribendum, 'unam tabulam talento licitatus est.' Quod si verius pretium est centum talenta, (nam et hoc capite infra ubi de operibus ejusdem Thebani agit, 'qua in arte valuit ita, ut Attalus rex unam tabulam ejus centum talentis emisse tradatur') hic, denarium sexcentis millibus reponendum, ut secum Plinius concordet. Nam talentum sine alia descriptione, et talentum Atticum, sex millia denarium vel drachmum, Varrone, Plinio, Verrio Flacco, Servio testibus, viginti quatuor sestertia Seneca et Prisciano: decem talenta, denarium vel drachmum sexaginta millia, sestertia ducenta quadraginta: centum talenta, denarium drachmumve sexcenta millia, sestertium quater et vicies. Vult præterea liber optimus: tabulam Aristida Liberum Patrem; sine rō continentem, quod et alii nostri tres aspernantur et liber Pintiaui. Dicitur enim per epexegsin, quam vulgo appositionem vocant: Liber Pater tabula Aristidæ. Sic XXXV. 11. 'Eodem tempore fuit et Cydias, enjus tabulam Argonautas H-S. CXLIV. Hortensius orator mercatus est.' Pretio quoque forsam retinendum, ut legas: Namque cum

in præda vendenda rex Attalus denarium sex millium (sive malis, sexcentorum millium) emisset tabulam Aristida Liberum Patrem pretio, miratus suspicatusque aliquid in ea virtutis, quod ipse nesciret, &c. Gronov.

Ille Crassi oratoris lepos] Cicero de Orat. lib. II. Quintilianus tamen VI. 4. a Caio Julio id factum narrat. Illum enim obstrepenti Helvio, ac æpius instanti qualem se tandem ostensurus esset, digito monstrasse imaginem Galli pictam in scuto Mariano Cimbrico, cui tunc Helvius simillimus visus est. Dalec.

Agentis sub Veteribus] Sub veteribus fori tabulatis, porticibus, ambulationibus, agentis jure, et productos testes interrogantis. Partem fori eam aiunt fuisse, in qua qui pecuniam fœnori dabant, accipiebantur, consistebant et versabantur. Tabernas veteres legimus apud Plautum, in quibus mensarii, sive mensularii, sive collybiatæ, sive argentarii, argentariam permutationem, negotisque majora exercebant. Eæ fuerunt in vico Tusco vicinæ templo Vortumæ, cæsæ Romuli, ædibus Ciceronis. Quidam exponunt, sub veteribus, rostris; nam et vetera fuerunt, et nova. Id.

Quanti eum existimaret] Voss. estimaret. Recte omnino, taxaret. Tres item alii, estimaret. Gronov.

A Cyzicenis H-S. XII. M.] Voss. a Cyzicenis XIII. hoc est, denarium tribus millibus, quod et Chifetianus firmat; nam Acad. XIII. libris, ut et Gudianus et Menapius. Idem.

Paulo ante cum refringerentur] In vetusto exemplari, non refringerentur, sed refringerentur; recte: hoc est, cum furis refringere attentassent. Utitur hoc verbo Plinius in hac significatione 'revellendi,' præsentis etiam libro, cap. 2. 'Quæ nec emptori refringere liceret.' Pintian.

Aristippum] Quidam Cyrenæum philosophum hunc esse putant, quem

'regium canem' vocavit Diogenes, et de quo Horat. 'Omnis Aristippum decuit color.' Quod si ita sit, multa de eo Lærtius, multa Victorius VIII. 18. Dalec.

CAP. V. Ratio pingendi, de pigmentis.

Atque umbras] Pictorum hæc vocabula: opacitas quæ atro colore efficitur, umbra; claritas, quæ candido colore præstatur, lumen. Illuminant pictores, cum argumento quod depingunt addunt lumen, ut clarior pictura eluceat et emineat. Cicero in Bruto: 'Eaque non tam in verbis pingendis habent pondus, quam in illuminandis sententiis.' Turnebus XXVI. 12. Idem.

Tomon] Luminis intentionem, et splendidiorem fulgorem. Idem.

CAP. VI. De coloribus natis et factitiis.

Indicum, purpurissum] Ut Indicum spuma est innatus cortinis, in quibus glastum coquitur pannis tingendis, sic purpurissum spuma est collecta effervescente purpura, cum ex ea tinctura conficitur. Loco purpurissi pictores nunc utuntur lacca mixta cum cæruleo. Idem.

Præterea e vilioribus ochra] Legendum: Præterea e vilioribus ochra usta, rubrica: cerussa, sandyx, scyricum: osudaracha: atramentum. Ochra quidem nativa prorsus est, quod aperte Victorius testatur: verum ex ea fit rubricæ genus, ut ex cerussa sandyx et scyricum. Idem.

Sinopsis inventa est] Rubricam Sinopicam *μύτρον Ἰωννικήν* vocat Diosc. et Theophr. lib. *περὶ ἄλθων*. Idem.

In Cappadocia] Unde purgata Sinopen defertur. Diosc. Idem.

Pretium optima in libras XIII. denarii] Voss. Pretium optima XII. hoc est, denarii duo. Gud. Men. Acad. pretium optime XII. d. Gronov.

Denarii] Vocem hanc supervacuum puto, additam a quodam qui sibi notam X interpretaretur. Dalec.

Pressior] Coloris adstricti et obscu-

ri magis. Dalec.

Rubrica genus in ea voluere intelligi quidam secunda auctoritatis] Lege: Rubrica genus in ea voluere maxime intelligi. Quidam secundæ auctoritatis, palmam enim Lemniæ dabant. Minio proxima hæc est, multum antiquis celebrata cum insula in qua nascitur, nec nisi signata venundabatur. Unde et sphragidem appellare. Vide Salmas. pag. 1156. a.

Signata] Effigie capræ. Diosc. imagine Dianæ. Galen. Quoniam rubra effoderetur, Dioscorides hominum sermonibus credidit hircinum sanguinem admisceri. Dalec.

Utilissima Ægyptia et Africana] Lege: Utilissima Ægyptia et Africana, quoniam maxime sorbentur picturis. Nascitur autem et in ferrariis metallis. Fit ex ochra exusta in ollis novis luto circumlitis. Salmas. pag. 1156. b.

Quoniam apta nascitur et in ferrariis effinis ochra, &c.] Verbum picturis, cum minore littera scriptum, præcedentibus annecte, et detrahe verbum apta. Reliqua sic scribe: Nascitur autem et in ferrariis metallis ochra, ex ea fit exusta rubrica, ex antiquo codice, adstipulante etiam Diosc. v. Puto vero ordinem esse vitiatum legendumque: Ex ea fit exusta rubrica; vidit et hoc Hermolaus, utique quod attinet ad ochram. Pintian.

Ex ea fit ochra, exusta rubrica in ollis] Fit et rubrica ex ochra exusta in ollis novis, &c. Sic lego assentiente Philandro comment. in Vitruv. VII. 7. Nam rubrica fit ex ochra nata testibus, Diosc. v. 112. et Theophr. *περὶ ἄλθων*. Dalec.

Græciensis] Græciense pro Græco usurpavit etiam Gellius XIX. 10. ut et Græcanicum XXXIV. 9. Idem.

Paraxtonion nomen loci habet ex Ægypto] Oppido Alexandriæ vicino, quod et Ammoniam dixerant. Vide quod adnotatum est XXXIII. 5. Pharidem terram videtur appellare The-

ophrastus de lapidibus. *Idem.*

*Pretium optimo in pondo sex X.]* Quis fecerit, quæro; sed non male fecit, si bene intelligatur; nam Andreas dederat *sex librarum*; ut advocat Budæus de Asse, lib. III. monetque in *Mss. esse, in pondo CXI. denarii*: in uno vetustissimo sic: in *pondo CXI. et denarii* verbum additum fuisse lectoris manu et *C loco* deletili scriptum. Satis curiose. Et in meis quidem tribus juxta invenio, in *pondo CXI. den.* sed hos neque vetustissimos neque optimos vocare auisim. At cui soli titulus uterque congruit, is longe aliter; nempe in *pondo VI. XI.* hoc est, in *pondo sex denarius unus*. Puta, in libras obolus; nam denarius habet sex obolos; sed obolus Atticus nummus est, non Romanus; assibus autem vel sestertiis id pretium definire molestum erat futurum, quum sestertius faceret obolum et dimidium ejus; obolus autem asses binos et binos trientes. Ideo sic loqui maluit. Cæterum ridenda scordia nescio cuius, qui editionis Stoerianæ margini adlevit Budæum hic legi velle, in *pondo XVI. talentis*. Nimirum ad hunc locum retulit, quæ Budæus habet ad verba Plinii de Libero patre Aristidis. *Gronov.*

*Nimiam pinguitudinem]* Densitatem, lævitatem. Theophr. de lapidibus. *Dal.*

*Eundem usum habet]* Sanguinis sistendi. *Idem.*

*Tactusiccit]* Aluminoso gustu. Diosc. *Idem.*

*In Theodoti fundo inventa Smyrnæ]* Cretam viridem Theodotion Vitruv. appellat. VII. 7. non cerussam. *Idem.*

*Usta casu reperta]* Idem fere Theophrast. lib. *περὶ λίθων*, de ochra in rubricam mutata incendio tabernæ. *Idem.*

*Pretium ejus in libras æris quinque]* Voss. in libras XVI. qui sunt denarii sex. Gud. Men. Acad. *pretium ejus in libra XVI. d.* ut et Budæi codices. *Gronov.*

*Pura]* Τὰ πύρα, suppurationes. *Lego obscura*: quæ non patent oculis; quæ in calva sub cute latent ossa vulnerato. *Dalec.*

*Sed inde non pervehuntur ad nos]* *Et inde nunc pervehuntur ad nos*, in apographo nostro, quam recte non staterim. *Pintian.*

*Sandaracha]* Ad finem capituli ultimi libri superioris. Sandaracha ea non fit, sed in metallis anreis et argenteis gignitur. *Dalec.*

*Fit et adulterina ex cerussa]* Sandyccem Dioscorides vocat, non sandaracha: Ægineta et sandyccem et syricum. *Idem.*

*Quamquam animadverto Virgilium]* Judicium Plinii doctis non placet. Quamvis enim pecoris Virgilius in eo versu meminerit herbis vescentis, non propterea tamen sandycis color ad herbam referendus est, nec magis quam muricis in carmine adjuncto: 'Ipse sed in pratis aries jam suave rubenti Murice, jam croceo mutabit vellera lino.' Est ergo sandyx coloris non herbæ nomen. *Idem.*

*Atramentum quoque inter factitios erit]* Atramentum tribus modis pictores clarissimi faciunt: primum quidem ex fuligine olei nucum usti; deinde ex ebore cremato; tertio, quod est præstantissimum, ex ossibus Persicorum ustis. *Idem.*

*Aut enim saluginis modo emanat]* Melantheriam, quæ atramentum metallicum et nativum est, duplicem significat: alteram raram, levem, et mollem, lanugini aut salugini similem, teste Agricola lib. IV. de fossilibus; alteram glebosam, duram, et olidam, et, ut inquit Diosc. terrenam. Eam, quæ sulphurei coloris est, cæteris omnibus præfert Diosc. quoniam efflorescere super ea solet velut sulphureus quidam pulvis gustu misyos. *Idem.*

*Carbones infectos effoderent]* Carbo-nes cum cineribususti cadaveris in urnam coniectos. *Idem.*

*Quod elephantinum vocant] Vocavit, non vocant, in scripto codice, et duo ultima verba demenda. Pintian.*

*Fit et e tedis ligno combusto] In eod. Fit et in ligno tedis combusto; ut forte legendum sit, Fit et ilignis tedis combustis. Idem.*

*Mira in hoc sepiarum natura] Septentrionales populi nigro sepiæ, addito tantillo aluminis atramenti loco, scribunt, nec incommode. Dalec.*

*Librarium gummi, tectorium glutino admisto] Voss. comme. Lege: Omne autem atramentum sole perficitur, librarium gumme, tectorium glutino admixto; hic enim est ablativus a 'gummiis.' Gronov.*

*Hygino maxime inficitur] Hyginum nunc tinctura est e cocco prius, deinde e purpura Tyria, supra IX. 41. nunc tinctura et rubia cocci loco, et purpura, vel purpuræ loco, hygino. Vitruvius VII. 14. Est autem hyginum hoc arbuscula, quam XVI. 18. vaccinium Plinius appellat, et XXI. 26. falso hyacinthum exponit, quia hyacinthum Græcorum Latini quidam vaccinium interpretantur. Vulgus *Magaleb* vocat. Ex hujus arbusculæ nigro fructu succus exprimitur ad purpuream tincturam aptissimus. Virgilius scilicet ideo 'vaccinia nigra' dixit: et interpretas Nicandri, *φύρον εἰςαι ξανθὸν τῷ χρώματι* (nam tale lignum est) *καὶ μέλαν* (talis est fructus) *ἄπὸς λοβαφῆν ἐπιρρήθειον.* Dalec.*

*Rubiamque cogitur sorbere] Rubiaque cogitur sordere, in V. C. Pintian.*

*Ceruleum sublinunt] Hodie pletores cæruleo sublinunt, deinde laccam inducunt. Dalec.*

*Ex India venit] Indicum nihil aliud esse, quam pigmentum confectum in Guzarate ex Indico glasto, Garcias ab Horto II. 26. *Anil* Turcæ vocant, Indi *Gali*, plerique *Nil*. Dioscorides fabulose, ut pleraque alia, inquit, pigmentum hoc sponte nasci in arundinibus Indicis, *ὄλον ἔκβρασμα*, veluti*

spumoseum ac ebulliens quoddam ejectionem. *Idem.*

*Qui adulterant, vero Indico stercora columbina] Legend. Qui adulterant, vero Indico tinguunt stercora columbina, aut cretam Selinusiæ vel annulariam vitro inficiunt. Creta Selinusiæ vel annularia vitro infecta Indicum imitabatur, cujus color *κασσοειδής*. Salmas. p. 255. a.*

*Annulariam] Eam argentariam vocat posthac cap. 17. hujus libri. Dalec.*

*Et dum fumat, odorem maris olet] Dele verbum olet, ex eod. præcessit enim paulo ante verbum reddit. Pintian.*

*Rigores et impetus sedat] Inflammationes et tumores rumpit: purgat et reprimit ulcera. Diosc. Dalec.*

*Armenia mittit] Armenium Trallianus et secuti medici, tam Græci quam Arabes, observant, æque valenter ac cæruleum, veratrumque nigrum, melancholicum humorem vacuare. *Idem.**

*Optimumque est, quod maxime vires, communicato colore cum cæruleo] Lege: Optimusque est, qui maxime vicinus est communicato colore cum cæruleo. Vide Salmas. p. 1153. a.*

*Et quod Chrysocollam luteam mentitur, seu parum multa sint mendacia ejus] Detrahe verbum luteam, et adde verbum dicta: ceu parum multa dicta sint mendacia ejus. Pintian.*

*Fit et ex creta viridi] Ejus cretæ viridis, quæ colore et viribus est multum infra chrysocollam, Agric. de Nat. Fossil. lib. II. Dalec.*

*CAP. VII. Qui colores non inducantur, et quibus coloribus antiqui pinxerunt, et quando primum gladiatorum pugnae propositæ sunt.*

*Pinxerunt] Ms. pinxerint. Idem.*

*Pugna p. sunt] Ms. pugnae et picturae propositæ sunt. Idem.*

*Quæ inuruntur] Encaustice pingendi ratio fit aut ceris, aut coloribus, aut metallis igne liquescentibus; ee-*

ris, ut in navium pictura, cum scalp-  
tæ variis figuris tabulæ, cera diversis  
etiam coloribus picta oblinebantur;  
coloribus, ut in figlinis, Italicis præ-  
cipue, ac operibus, Opimiano vitro,  
quod *Email* vocant, depictis; metal-  
lis, ut in genere artificii quod *Damas-  
quiner* appellant. Pertinent et ad  
encausticen imagines in ebore ferro  
candenti delineatæ, postea carbone  
insperso nigrescentes. *Idem.*

*Ex albis melino, ex silaceis Attico,*  
ꝛc.] Si album melinum, non ex eo  
nomen habere potuit color *μέλιωος*,  
qui intens est. Vide Salmas. pag.  
256. b.

*Limum*] Indicum. *Dulc.*

*Saniem*] Cinnabari. *Idem.*

*Rerum non animi pretiis excubatur*]  
Legendum puto, *res non manupreciis  
æstimabantur.* Pintian.

*Investivit pictura, ut constat*] Scri-  
bendum, ut arbitror, *inusta*, non *ut  
constat*; ut præsentī capite paulo an-  
te: 'Ad eas picturas quæ inuruntur.'  
*Idem.*

*Publicas porticus investivit purpura*]  
Sic Hermolaus e codice veteri (nec  
aliter tres nostri) cum esset *occupavit*.  
Sed ille toties optimus inventus Voss.  
*porticus ecuravit*; puto *decoravit*, ut  
sequenti cap. 'Digna loca picturis  
condecoravit.' xxxvi. 5. 'Agrippæ  
Panthem decoravit Diogenes Athe-  
niensis.' Gronov.

*Summus animus in pictura*] Genero-  
sa magnificentia, primariis viris ac  
excellētibus digna cura et liberali-  
tas. *Dulc.*

CAP. VIII. *De ætate picturæ, operum  
et artificum indicatura, nobilitates  
CCCV.*

*Tam multas post Olympiadas cele-  
brando pictores, quam statuarios aucto-  
res*] In scripto codice non *auctores*  
legitur, sed *actore ut has*: scribe, ac  
*toreutas*: præterea alio ordine lego  
hæc verba, *multas post Olympiadas  
celebrando tam pictores quam statuarios  
ac toreutas*; aut si vis, ut ordo non

mutetur, deme illud *quam*. Pintian.

*Celebrando pictores quam statuarios  
auctores*] Qui sunt isti *auctores statua-  
rii*? Voss. *statuarios actore ut has  
primumque*. Legi sine dubio, *quam  
statuarios ac toreutas*. Quos alibi  
'cælatores' vocat, et artem illorum  
'torenticu.' Cap. x. 'Primusque  
artem torenticem aperuisse atque de-  
monstrasse merito judicatur.' In aucto-  
ribus librorum xxxiii. et xxxiv.  
Menæchmus, 'qui de torentice scrip-  
sit.' Et nota 'toreumata.' Sic in-  
venit, sic expedit hunc locum et  
Pintianus; sed *τὸ tam*, in quo ille  
collocando laborat, quatuor nostri  
non agnoscunt. Et certe Plinii mens  
illud repudiat, quemadmodum (quæ  
altera Pintiani conjectura est) *τὸ  
quam demī non patitur*. Miratur en-  
im fuisse qui scriberent, nobiles  
statuarios et toreutas claruisse ali-  
quot Olympiadicis antequam picto-  
res, et hos cæpisse demum nosci  
Olympiade nonagesima, quum con-  
stet Phidian, &c. Gronov.

*Clypeumque Athenis ab eo pictum*]  
Acad. Men. Gud. *Olympiumque Jo-  
vem Athenis ab eo pictum*. Voss. *Oly-  
peumque Athenis*. Manus secunda  
fecit *clypeumque*. Et hic meo pericu-  
lo scribe: *Olympiumque Athenis ab eo  
pictum*. Quæris quis sit iste Olymp-  
ius? Pericles. xxxiv. 8. 'Et Olym-  
pium Periclem dignum cognomi-  
ne.' Iterumque: 'Periclis Olympii  
vernula hic fuit.' Diodorus Siculus  
lib. xii. *Τὰτα δὲ βραδύως συνετέλεσε  
διὰ τὴν δεινότητα τοῦ λόγου δι' ἣν αἰτίας  
ὠνομάσθη Ὀλύμπιος*. lib. xiii. *Περι-  
κλῆς ὁ Περικλέους τοῦ προσσηγορευθέντος  
κατὰ τὴν δύναμιν Ὀλυμπίου*. Forte,  
*κατὰ τὴν τοῦ λόγου δύναμιν Ὀλυμπίου*.  
Hermogenes in partitionibus: *εἴτα  
μέντοι οὐδὲ καιρὰ· καὶ γὰρ καὶ Περικλῆς  
Ὀλύμπιος ἐκλήθη*. Et lib. i. de inven-  
tione: *Ἠρέχθη σκιπτὸς ἐπὶ τὴν Περι-  
κλέους εἰκόνα, καὶ συμβουλεύει τις μηκέτι  
αὐτὸν Ὀλύμπιον καλεῖν*. Valerius Max-  
imus v. 10. 'Non sine causa igitur

tanti roboris animus ad Olympii cognomen ascendit.' Sic præclare Christoph. Colerus, ejecto vocabulo *Jovis*, quod hic quoque imperiti obtruserant. Gronov.

*Panaum fratrem ejus, qui clypeum intus pinxit et in ægide Minervæ*] Voss. *Panæum ejus fratrem, quid clypeum intus pinxit elide minervæ*. Absunt et in: neque his opus est. Scribe, *Panaum ejus fratrem qui et clypeum intus pinxit Elide Minervæ*. Sic vocatur Passanum xxxvi. 23. 'Elide ædes est Minervæ, in qua frater Phidie Panaeus tectorum induxit lacte et croco subactum.' Sic Pintian, Men. Acad. Voss. Vulgo etiam adleverunt præpositionem. Gud. etiam Academicaque et Menap. *pinxit Elide*. Hermolaus male, in *ægide*. Gronov.

*Colotes*] Ejus meminit Pausanias lib. v. Mensam ille fecit apud Eleos, super qua victoribus coronam deponuntur. Dalec.

*Eoque qui monochromata pinxerint, (quorum ætas non traditur) aliquanto ante fuisse*] Legend. *Eoque qui monochromata pinxerunt, quorum ætas non traditur aliquanto ante fuisse, Hygieomonem, Divianam, Charmadam qui primus in pictura marem femina discrevit, Eumæum etiam Atheniensem*. Salmas. p. 50.

*Catagrapha*] Linum *κατάγραφον*, Cautulo in passere, varie depictum. Athenæo lib. ii. *Τὸν βοσκᾶδων καλουμένου, ὃ μὲν ἔφηρ κατάγραφος*. Turneb. xxv. 22. Dalec.

*Barbarorum Datis, Artaphernem*] Vide Æmilium Probum in vita Miltiadis, ac Trogm Pompeium lib. ii. et Herod. lib. vi. cui Datis dux Darii Medas natione fuit, Artaphernes autem Darii nepos ex fratre Artapherne. Pintian.

*Barbarorum Datis, Artaphernem*] Lege, *Datis Artaphernemque*; nam τὰ que hanc sequens quis; continenter enim hæc optimus liber sine dis-

inctione capitum. Gronov.

CAP. IX. *Primum pictura certamen, et qui primi penicillo pinxerunt.*

*Pythias*] Ludis Apollinaribus, celebrari solitis in Pythion serpentis memoriam, quem adhuc puer Apollo sagittis suis occidit. Strabo lib. ix. Dalec.

*Polygnotus Thasius*] Polygnotus, quod apud Plutarchum in Cimone scripsit Melanthius poeta: *Ἀπὸ τοῦ γὰρ βασιλεύουσι θεῶν ναοὺς ἀγορὰν τε Κερραίων κἀστυγὸν ἡμιθέων ἱερῶναις*. *Deorum templa forumque Athenis ornavit sumptu suo heroum imaginibus*. Idem in varia porticu dum Troadas pingeret, Elpinices uxoris, ac sororia Cimonis, parum pudicæ, cum qua stupri commercium habuerat, faciem pro Læodicea expressit. *Idem*.

*Porticus*] Porticus ea prius vocata fuit *Παισιανδρῆς*, deinde *Παιλία*, cum eam suis picturis ornasset Polygnotus, qui in ea Marathoniam pugnam adversus Persas et Medos feliciter commissam duce Miltiade repræsentavit. In ea porticu Zeno docuit: inde Stoici Philosophi dicti. Eam porticum a Chrysippo fulciri vulgo aiebat. Pers. Sat. iii. 'Quæque docet sapiens brachchatis illita Medis Porticus.' *Idem*.

*Aglaophon*] Athenæus lib. x. pag. 264. vs. 16. scribit, Alcibiadem tabulas duas pictas ab Aglaophonte in publico posuisse. In altera Pythias et Olympias ipsum coronabant; in altera super Nemæe sedentis genibus Alcibiades fuit pulchriore facie, quam vel mulierem deceret. *Idem*.

*Apollodorus Atheniensis*] *Σκιαγραφία*, quam et *σκηνογραφίαν* quidam vocant, is excellit, pileum rectum gestare solitus, tanquam picturam primus in libertatem assernisset. De illius operibus jactatum est: *μυμήθεσαι τις μάλλον, ἢ μμήθεσαι*. Pictores, cum *σκιαγραφία*, id est, umbris lineisque tantum constante pictura, quicquam designant, *σκαμφέων* etiam dicuntur.

Rhodig. xi. 6. *Idem.*

*Neque ante eum tabula ullius ostenditur, quæ teneat oculos]* Mirum hoc, cum opera Phidiæ supra tanti fecerit. *Idem.*

*In palliorum tesseriis intextum nomen]* Mss. insertum. Sed quis æquis auribus in Plinio accipiet, in ostentatione ostentari? Conjectio: *Opes quoque tantas adquisiit, ut in ostentationem earum Olympiæ aureis literis in palliorum tesseriis insertum nomen suum gestaret.* Tesseras intelligo notas et titulos, quibus dominus noscitur: ut nunc quoque in sudariis, mucciniis, indusiis, mappis, et hujusmodi lino, primis literis nomina possidentium acu et alio colore pinguntur. Rem confirmat quod legimus apud Fl. Vopiscum in Carino: 'Matris tunicam dedit mīmæ, lacernam patris mīmo: et recte, si aviæ pallio aurato atque purpurato pro syrmatæ tragædus uteretur. Inscriptum est adhuc in choraulæ pallio Tyrianthino (quo ille velut spolio nobilitatis exultat) Messallæ nomen et uxoris.' Ubi neque hiatum nec vitium agnosco in illis, et recte si aviæ: quamvis Salmasius, deesse nonnulla suspicatus, sine ope melioris et integrioris exemplaris ea emendari posse desperet. Neque enim hæc, inquit, satis capio, ut concepta sunt, nec cohæret oratio; nam quæ illa aviæ? aut quare non recte uteretur pallio aurato et purpurato tragædus? Syrmatæ et pallia tragædorum aurata et purpurata fuisse quis nescit aut quis negat? &c. Sic ille. At hæc indigna tanto viro dubitatio ex re quamvis levi exstitit; nempe quia non vidit particulam *σι δρι τῆς* quam a Flavio poni: ut apud Catullum car. xiv. 'Nam, si luxerit, ad librariarum Curram scrinia.' Hoc ergo Vopiscus: Matris tunicam largitus est mīmæ, patris lacernam mīmo. Inre ille atque merito; nam et aviæ pallium dederat tragædo. Sic debuit, ut similis foret sibi, nec secum dia-

conveniret; cum tragædus pallio aviæ, nepotis ejusdem dono, pro syrmatæ in scena uteretur. Nihil aliud significat, quam, ut matris tunicam mīmæ, patris lacernam mīmo, sic aviæ pallium tragædo donasse; sed variat et acuit sermonem lepide *τραγῶδου*. Malles forte, *aviæ palla aurata atque purpurata*; nam palla tragædorum: et ita forent quatuor diversa vestium nomina. Exstant nummi Judaici cum imagine legislatoris: in quibus circa lævum humerum quasi in fimbria scriptum est *תרו*. Viri docti torquatam interpretantur, et inscriptionem torqui additam. Nisi monetæ signum est, nomen, ubi commodissime visum, legi jubentis, potius videatur pars vestis replicata, aut *κατάβλημα* plagulave ab summo humero ad inos talos utrimque decurrens. Certe forensia longa et honorata magistratum hujus urbis, quibus pro tribunali et in pompis utuntur, in parte quæ proxime sinistram axillam ante et post propendet, solido argento grandibus literis notatum ostendunt LAYDEN. Item viatorum Academicæ colobis in oris, quæ replicatæ ante pectus descendunt, ornantur hoc argento literato: ACAD. LVGD. BAT. Et multis municipiis passim mos pallia apparitorum, lictorum, statuorum similiter nomine suo insignire. Zeuxidis quoque literas auro solido et unciali potius fuisse quam intextas aut acupictas crediderim: hoc enim potius congruit ostentatori pecunioso. Neque (ut ad Plinium revertamur) hinc abhorrere 'tessera' vocabulum Justinus docet lib. iii. 'Ut non de salute, sed de sepultura solliciti, tesseras insculptis suis et patrum nominibus dextro brachio deligarent: ut si omnes adversum prælium consumpsisset, et temporis spatio confusa corporum lineamenta essent, ex indicio titularum tradi sepulturæ possent.' Polyænus in eadem re Strateg. lib. i. *ὅσα δὲ ἐν τῷ σιδήρῳ*



ἐν τῇ τῶν νεκρῶν ἀναίρεσει γνωρίζοντο ἔκαστος, ἐπὶ τὰς σκυταλίδας τοῦνομα γραφόντων. Hesychii verbis diceretis πῶς κίον πῶς κίον ἐπιγεγραμμένον τὸ ὄνομα τοῦ αὐτοῦ καὶ πατρὸς, in v. Χαλκοῦν, etsi de alia re hic loquatur. Justinus igitur quoque licet tabellas indicet, facile tamen hinc colligas quodvis pittacium, massulam, laciniam, limbam, denique quamcumque materiam, cui nomen possit incidī, inscribi, addi, atque adeo ipsam partem vestis, quæ nomen aut notas tales continet, 'teaseram' vel 'titulum' recte dici. Conferat nescio quid illud Ovidii Met. II. 'Permulcetque comas, chlamydemque, ut pendeat apte, Collocat, ut limbis totamque appareat anrum.' Hæc olim scripseram. Sed magis, opinor, satisfacient curioso lectori (quamquam ab his non dissentiant) nuper erudite ac copiose in hunc locum congesta a Cl. Viro Carolo Datio ad Vitas Pictorum Antiquorum: qui gustus effecit, ut universam opus tanto vehementius acrisque desiderent homines elegantes. Gronov.

*Pinxissæ mores videtur*] Picturas illas ἡθῶδες appellant. Rhod. XXI. 24. in quibus excellit Aristides Thebanus, cap. proximo sequenti. Dal.

*Magnificus est Jupiter, &c.*] Verior lectio, *magni factus est Jupiter*. Quid si neutro modo legatur, sed *magnis suffragiis est Jupiter?* ut capite sequente: 'Ergo magnis suffragiis superatus a Timanthe Sami,' &c. Pintian.

*Hercules infans Dracones strangulans*] Plautus in Amphitr. 'Devolant angues jobati deorsum in impluvium dno Maxumi: continuo extollunt ambo capita.' Et paulo post: 'Postquam conspexit angues ille alter puer, Citus e cunis exiit, facit recta in angues impetum; Alterum altera eos manu prehendit perniciter.' Dal.

*Grandior in capitibus articulisque*] Id quoque reprehensum est in Eu-

phranóre Isthmio infra cap. 11. hujus libri. Idem.

*Agrigentinis*] Crotoniatis, Cicero de Invent. lib. II. Idem.

CAP. X. *De avibus per picturam deceptis: et quid difficillimum in pictura.*

*Timanthes*] De hoc mox proximo capite. Idem.

*Androcydes*] Androcydes pinxit Thebanorum victoriam duce Charone equestri prælio ad Platæas. Plutarch. in Pelopida. Inter omnia ejus opera maxime laudatos fuisse picces, quos circa Scyllam pinxit; auctor est idem Sympos. IV. 2. pinxisse vero tam ingeniose, quod eam piscium maxime delectaretur. Idem.

*Zeuxide traditur*] Ridentem obiisse Zeuxidem cum vetulam a se pictam aspiceret, tradunt. Apud Festum hi versus extant citati ex veteri quodam Poëta: 'Num quid modi facturus risu denique? Nisi pictor fieri vult qui risu mortuus est.' Idem.

*Eadem ingenuitate processit*] Puto superflue duo verba processit, et conjunctionem et; aliquanto autem post, volebat namque, debebat namque, in exemplari antiquo. Pintian.

*Iratus operi*] Seneca Controv. X. 5. narrat nvas delatas a Zeuxide, servatumque puerum ut meliorem, quamvis non ita similem. Dalec.

*Helena est*] Eam picturam scortum vocatam fuisse, τὴν ἑταίραν, quod ad eam spectandam neminem Zeuxia admitteret, qui certam pecuniæ summam non persolvisset, Ælianus scribit Var. Hist. IV. 12. Nicostratum pictorem eam tabulam cum stupore aspexisse, refert idem auctor Var. Hist. XIV. 47. Scitu vero dignum quod scribit Valer. Max. X. 7: Zeuxin expectandum non potuisse quid de eo opere sensuri homines essent, sed protinus hos versus ex Iliadis Γ. adjecisse: Ὁ πέμεσις, Τρῶας καὶ ἑκνήμιδας Ἀχαιοὺς Τσιφ' ἄμφι γυνακὶ πόλιν χρόνον ἄλγεα πάσχειν· Αἰνῶς

ἀδανάτῃσι θεῆς εἰς ὅσα ἵκεαν. *Dalec.*

*Argutias vultus*] Huc pertinet quod Melicus Simonides dixit, *ζωγραφίαν εἶναι πόλῃσι σιωπῶσαν καὶ σγῶσαν ποίησιν δὲ ζωγραφίαν' λαλοῦσαν καὶ φεγγυμένην.* Victor. XII. 24. *Idem.*

*Extrema corporum facere*] Polyclethus eleganter et argute dicere solebat, molestissimum opus esse cum ad unguem pervenisset, nempe maximam difficultatem obijci cum summa operi imponenda est, ut ad unguem quod factum est perpoliatur, ne quid hiet, asperiusve protuberet ac emineat. Ars enim cum ab informi rudimento et atypoto incipiat, particulatim formam addit, perfectoque et absoluto opere manum addit, sed labore maximo, quamobrem *χαλεπώτατόν ἐστιν ἔργον, ἔταν ἐν ἔνυχι πηλῆς γίνεσθαι.* Hadr. Jun. IV. 18. *Idem.*

*Navarchum thoracatum*] Classis præfectum. Quidam legunt *Nearchum*, tyrannum, qui Zenonem philosophum et torqueri et necari iussit. Valer. III. 3. Diog. Laërt. in Zenone. *Nearchi* ducis Atheniensis meminit Thucydides. Quidam *Nicarchum* legunt memoratum a Xenophonte. *Idem.*

*Philiscum*] *Philiscum* Abydenum memorat Xenophon Rerum Græc. lib. VII. missum ab Ariobarzane ingenti pecunia, ut Thebanos ac Lacedæmonios ad pacem hortaretur. *Philiscum* tragædum auctor nominat infra hoc ipso capite. *Ælianus* Hist. IX. 12. Alcæum et *Philiscum* Epicureos Roma pulsos fuisse tradit. Quidam *Philiscum* fuisse volunt unum e triginta tyrannis, quos Atheniensibus Lysander imposuit. *Philisci* meminit *Ælianus* Hist. XIV. 11. Alexandro præcepta dantis, quem hic significari puto. *Idem.*

*Hoplitides*: alter in certamine, &c.] Commodiorem lectionem putamus *Hoplita duo*, quam *Hoplitides*. *Pint. Hoplitides*] Lege *Hoplita*. Nempe qui armati currebant, quod fiebat in Olympicis et aliis sacris certaminibus.

*Turn.*

*Abrodium se appellando*] *Mollem*, delicatum, lautum. *Idem* *Ælian.* Hist. IX. 11. refert eum purpurea veste usum fuisse, caput aurea corona redimire solitum, scipionem gestare aureis claviculis circumdatum, calcæorumque ansas ligulis aureis obstringere, ut non inamérito se *ἀβροδιαιτων* cognominaret. *Dalec.*

*Aliisque verbis principem artis*] *Verus* II sunt apud Athenæum pag. 269. l. 7. *Ἀβροδιαίτος ἀνὴρ ἀρετὴν τε σέβων τὰδ' ἔγραψε Παρθάσιος κλειῆς πατριδὸς ἐξ Ἐφέσου.* Obdè *πατὴρ λαδόμεν Ἐβήνορος, ὅς γ' ἀπέφυγε Γνήσιον, Ἑλλήνων πρῶτα φέροντα τέχνης.* Ac rursus: *Καὶ μὲν ἔπιστα κλέουσι λέγειν τῶν. Φημὶ γὰρ ἦδη Τέχνης εὐρήσθαι τέρματα τῆσδε σαφῆ Χειρὸς ὄψ' ἡμετέρης' ἀντιέβλητος δὲ πέπηγεν Ὀδρος' ἐμώμετον δ' οὐδὲν ἔγεντο βροτοῖς.* *Idem.*

*Ejus enim est Iphigenia*] *Valer.* VIII. 11. *Quintil.* lib. II. *Idem.*

*Cum tristitia omnem imaginem consumpisset*] *Voss.* et *tristitia*. Quod omnino requirit oratio: *Cum maestas pinxisset omnes, præcipue patrum, et tristitia omnem imaginem consumpisset, patris ipsius vultum velavit.* *Gronov.*

*Patris ipsius vultum velavit*] *Pictor*, quamvis id ejus industriæ tribuatur, ac posteritas in eam partem sit interpretata, *Euripidis* ingenium secutus, ita fecisse videtur: *Ἐμπαλιν στρέψας κέρα, Δάκρυα προήγεν, ὀμμάτων προθεῖς πέπλον.* *Dalec.*

*Aristidem*] *Athenæus* I. XIII. scribit, *Aristidem*, *Pausaniam*, *Nicophanem* pictores, dictos *πορρογράφους*, quod scorta et meretrices venuste pingerent. Alius fuit *Aristides* *Nicomachi* frater et discipulus, memoratus infra hoc capite. *Idem.*

*Qui erat Sicyonius*] *Id* est quod scribit *Pintarchus* in *Arato*, *Sicyone* floruisse gloriam et elegantiam pictoriæ artis, quoniam illic tantum splendorem inviolatum retineret. *Quam-*

obrem Apellem eo se contulisse in mercedemque talentum solvisse, ut cum pictoribus in ea civitate consuetudinem haberet, simulque et in artis et in existimationis societatem veniret. Aratum præterea Melanthi et Pamphili tabulas emere solitum, quas ob artis præstantiam nobiles Ptolemæo regi donaret. *Idem.*

*Tria facta sunt, Ionicum*] Ionia Græcorum fuit colonia in Asiam deducta: Athenæ autem caput erant veræ Helladis, in qua est et Sicyon, altera post Athenas picturæ patria: unde mox generibus ipsis cognomina sunt facta, Atticum, Sicyonium, et Ionicum, olim Asiaticum appellatum. *Gelen.*

*Cognatio*] *Ἡν ἑπαρχίαν* innuit, sodalitatem, sodalitiū, tribum, contubernium, conventiculum, curiam, ἀπὸ τῶν κωρῶν ἑπαρχίαν. Atheniensis populus divisus erat in duodecim tribus. Harum singulæ in tres *ἑπαρχίας*, sive curias, aut cognationes. *Dalec.*

*Ad Philiantem*] Cuius magistratu deducta ad Philiantem commissum id prælium sit, aut quo seculo, non reperio. Suspiciantur quidam Pericle reā gerente id accidisse, cum Sicyoniis ad Nemeam prælio fuis ac fugatis trophæum erexit. Est autem Sicyoni Philiis contermina. Quidam id accidisse putant Lacedæmoniis a Nicia superatis ad Pylum, et a Cleone postea in Sphacteria captis. Athenienses certe ejus felicitatis illustrandæ causa æneam imaginem victoriæ in arce dedicaverunt, auctore Pausania lib. iv. Alii conjectantur id evenisse cum Timothiens, Laconicam populatus, classem Lacedæmonum in fugam vertit. Alii cum Iphicrates superatas Lacedæmonum copias disjecit, et fugam arripere cœgit. Invenio quidem apud Thucydidem sub finem libri quinti, Argivos Philiantium agrum vastantes, exceptos insidiis a Philiis et exulibus

suis: eoque conflictu desideratos circiter octoginta; tum etiam eodem tempore Athenienses, qui in Pylo erant, Lacedæmoniis prædæ multum eripuisse, quod huic loco recte convenit. Cæterum magis placet hic significari prælium ad Philiantem cum Pellensibus commissum victoribus Philiis magna hostium clade, a Xenophonte descriptum libro vii. *Reverum Græcarum. Idem.*

*Pamphili pictura est cognatio et prælium ad Philiantem*] A Scholiaste sunt *pictura est*, ignorata Vossiano: et verba Plinii præcedentia facile id probant. Dixerat enim: 'Eupompus (docuit) Pamphilum Apellis præceptorum. Est Eupompi victor certamine gymnico palmam tenens, &c. Pamphili cognatio.' *Gronov.*

*Victoria Atheniensium*] Victoriam ἀρετῶν significari puto, nempe aliis destitutam, cuius meminit Pausanias in Atticis. Sic autem fingebant Athenienses, quasi ab eorum dominatione nunquam recessura aut evolutura esset: quemadmodum alii Fortunam compedibus vinctam, ut semper apud se propitiā detinerent, veluti captivam. *Dalec.*

*Ulixes in rate*] Ulyssis tandem miseratus Jupiter, per Mercurium Calypsoni imperavit eum ut dimitteret. Confecta igitur rate, mari se iterum is commisit. Id videlicet est quod Pamphilus pinxit. *Idem.*

*Quam mercedem et Apelles et Melanthius ei dederunt*] Vossianus pronomen ei non agnoscit. Scribe, *quam mercedem ei Apelles et Melanthius dederunt.* *Gronov.*

*Ante omnia diagraphicen*] In vetusto exemplari, *omnia antigraphicen docerentur.* Scribo, *omnia ante graphicen docerentur*, postposita præpositione, ut mos est Plinio. *Pint. Ante omnia diagraphicen, &c.]* Ut ea voce rudimenta picturæ intelligamus; neque enim omnes pueri in absolutos artifices evadebant. Est autem *δια-*

γραφῆ, unde *Diagraphice* deducitur, tabella buxæ, in qua pueri scribere vel pingere meditabantur, subinde errata emendantes, quod Græci διαγραφειν vocant: et *digrammata* proprie dicuntur descriptiones Mathematicæ, deformationes Architectonicæ. Cæterum buxus ad id potissimum electa est propter materiæ lævorem, simulque densitatem, quod minime colores biberet, nec lineas fluidas redderet. *Gelen.*

*Ut pueri ingenui ante omnia diagraphicen]* Sic Gelenius, cum esset ab Hermolao: *Graphicen, id est, picturam in buxo, pro: antigraphicen, id est, picturam in ludo.* Men. Acad. Gud. *ingenui omnia antigrapha.* Voss. *ingenui omnia antigraphice.* Lege: *ut pueri ingenui omnia ante graphicen, hoc est, picturam, in buxo docerentur. Omnia ante, est, ante omnia, ut Suetonius Domitiano cap. 9. 'ærarium apud,' Tacitus 'viam Miseni propter,' et similia, de quibus Observ. III. 19. diximus. Cæterum hujus loci corrupta lectione et distinctione decepti Lexicis inseraerunt: Διαγραφική, pictura in buxo. Plinius. Idem sensit Pintianus. Gronov.*

*Semiramis ex ancilla]* Eam vernæ regii ancillam ac concubinam Ninus ipsius forma captus amavit, et stupri consuetudine obstrictus sic dilexit, ut nihil petenti denegaret. Itaque cum poscenti concessisset, ut in suo solio jus sedens diceret, ejusque jus omnes parerent, regio imperio ac potestate cultque illa prodiit, et cum quædam levia imperanti obtemperarent omnes, satellitibus et stipatoribus regis efficit, ut eum comprehendant, vinciant, interficiant. Ita ex diurno diurnum principatum adæpta est. Muretus *Variar. VI. 17. Dalec.*

*Semiramis ex ancilla adipiscens regnum]* Voss. *Sem. ex ancilla regnum apiscens.* Probe et antique. Tacitus Ann. III. 'Apiscendi illicitos honores aut

pelleudi claros viros.' Ann. IV. 'Palam compositus pudor, intus summa apiscendi libido.' Et, 'qui id flammium apisceretur.' Ann. VI. 'Nihil abnuentem, dum dominationis apisceretur.' Gronov.

*Apelles eousque Olympiade CXII. in pictura proventus, ut plura solus prope quam cæteri omnes contulerit]* In scripto codice, *Apelles Cous Olympiade CXII. pictura plura solus propinavit quam cæteri omnes contulit: cætera redundant.* Scribi autem posset non *propinavit, sed prope in ævis*, ut loqui alias Plinius consuevit. *Pintian. Apelles, eousque Olympiade CXII. in pictura proventus, &c.]* Patria Colophonius, Ephesus habitus, quod ea civitate denatus fuisset, quamvis Coum fuisse multi prodiderint: Pamphili Amphipolitæ discipulus. Rhod. XIII. 88. *Dalec.*

*Quod manum ille de tabula nesciret tollere]* Voss. *non sciret.* Gronov.

*Quanto quid a quo distare]* Voss. *quanto quid a quoque distare deberet.* Idem.

*Tabulam magnæ amplitudinis]* Voss. Gud. Acad. *amplæ magnitudinis.* Id.

*Avide ante a nobis spectatam, spatiosiore amplitudine nihil aliud continentem]* In apographo nostro, *avide a nobis spectatam ante spatiosæ nihil aliud continentem quam lineas: cætera redundant.* Scribendum puto: *avide a nobis spectatam, tanto spatio nihil aliud continentem quam lineas.* Pintian.

*Nihil aliud continentem quam lineas visum effugientes]* Voss. *quam in lineas.* Voluit, *quam III. lineas; sive, tres lineas.* Sed non hactenus solum laborat locus; sic enim Voss. *Consumptam eam priore incendio Cæsaris domus in palatio audi spectatam nobis ante spatiosæ nihil aliud continentem.* Interposuerunt *constat, et spatiosiore amplitudine.* Sed videntur debuisse reddere: *Consumptam eam priore incendio Cæsareæ domus in Palatio audio, spectatam olim, tanto spatio nihil aliud con-*

lūstem quam tres lūcas. Incendii Palatinæ domus meminit Suetonius Octav. 57. 'In restitutionem Palatinæ domus incendio absumptæ.' Quod sive prius sive posterius fuit, ætatem Plinii antecessit. - *Tanto spatio et Pestianns. Gronov.*

*Anas*] Vittarum et fasciarum, quibus crepidæ ligantur, in ansam carvatas plicatas: vincula quibus adstringuntur. *Dalec.*

*Nam, ut diximus, ab alio pingi se vetuit edicto*] Edebatur antea, vetuit in veterato edicto. Sualuit rē in veterato Gelonius. Sed et corrigendum veterat; sic enim Vossianus: *nam, ut diximus, ab alio pingi se veterat edicto.* Gronov.

*Rideri cum dicens a pueris qui coloris terentis*] Megabyzo id ab Apelle dictum fuisse, non Alexandro, narant Plutarchus in libello de adulatoris et amici discrimine, Ælianus Hist. II. 2. Politianus Miscell. c. 48. *Dalec.*

*Alexander ei honorem clarissimo præbuit exemplo*] Voss. *quamquam Alexander honorem et clarissimo perhibuit exemplo.* Lego honorem ei. XIX. 4. 'Quam sit difficile verborum honorem tam parvis perhibere.' XXIX. 1. 'Obsto ut rebus præcipuis honos in primis perhibeat.' XXIX. 6. 'Magnam auctoritatem huic animali perhibet Nigidius.' Gronov.

*Campaspen*] Pancastam vocat Ælianus Hist. XII. 34. *Dalec.*

*Tum pari captum amore sensisset*] Alexander conspectis captivis multis et corporis magnitudine et forma præstantibus, *Περσίδας*, inquit, *πλοῦν ἡμῶν ἀγαθόν.* Victor. II. 5. *Id.*

*Anadyomenen*] Venerem *ἀνοδυμένην* Apellis pictam, Venerem Cnidiam Praxitelis sculptam fuisse ad exemplar Phrynes *κλειστυγίλωτος*, sive *σφοῦ*, cum in Eleusiniorum panegyri spectante universa Græcia nudasset corpus, et in mare soluta coma decendisset, scribit Athenæus pag. 292. vs. 29. Verba Rhodig. XIV. 15.

*Delph. et Var. Clas.*

*Plinius.*

enathmc: 'Postea Phrynen miramur, non Hyperidis actione, quamquam admirabili, sed conspectu corporis, quod illa speciosissimum alioqui, deducta nudaverat tunica, periculo liberatam: interposito mox decreto, ne quis misericordiæ captandæ gratia epilogis uteretur. Hæc vero est, de qua Propertius ita canit: 'Nec, quæ deletas potuit componere Thebas, Phryse, tam multis facta beata viris.' Ejus statnam fuisse apud Delphos auream scribit Libanius. Commeminit in præceptis sanitatis etiam Plutarchus, eam dicere solitam prodens, ubi jam concensisset, ac flaccida toto foret corpore, *τῆς τρύγα κλειῶτος κλειῶν διὰ τὴν δόξαν*, id est, *pluris fecem vendere ex opinione*, quam de ipsa concensissent homines. Hanc denique dixere Græci lecythum habere in malis: quod exponens Suidas, velut in sinu plane serrans Græcorum omnia, ad faciei retulit tumorem: credo, quia sit lecythus protuberans vas: etiam de corporis habitu, hoc est a parvitate, Olpem piscatorem nuncupatum, conjectant Græcorum nonnulli; quoniam Olpe lecythum indicet. Ego ad formam elegantiam referendum contenderim. Ut illam intelligamus naturali specie præsignem, accersitam commendationem, et peregrinas haud magno opere nugas conquiescisse: quando lecythum Plinii Cæcili testimonio, et Marci Tullii in Epistolis ad Atticum, pro orationis etiam splendore, ac excessu in scribendo cura novimus accipi. Erat enim oleo dicatum vas lecythus, sed et unguentis quoque, unde et Lecythophorus puer Polluci. Verum et Trochaicam dimetram catalecticum, quod Euripidion dicant, etiam Lecythium vocatur, vel ex Aristophanis scommate, vel trochaici bombi ratione, quem exhibet lecythium quoque.' Hactenus Rhodiginus, qui loco citato paulo post: 'Scribit,' inquit, 'Apollodorus Phrynes fuisse

16 R

duas; alteram quarum Clausigelota cognominarunt; alteram vero Serpediton. Clausigelos verbum apud Xenophontem est libro rerum Græcarum septimo, *πάστας δὲ τοὺς παρόστας τότε γὰρ τῆ ὄντι κλαυσιγέλωτος εἶχον*, id est, *praesentes autem unicecios tunc sane sonantior habebat risus*. Herodicus celebratam Rhetoribus Phrynen σησιδὸν, id est, *sestum* vocitatum, tradit, quod attaminaret despoliaretque adeuntes. *Χίθειν ατταμινὰρε* est. Quam avarior quispiam subblandiens diceret; Aphrodisium Praxitelis es; at tu, inquit Phryne, Amor Phidiae. Demum libet iacubrationi huic, quam videmur, ducente stilo, in fœminas declamasse, quas tamen alibi summis celebrare laudibus, non expavimus, inserere breve quiddam ex Græcorum sanctuariis, non bonas lacerando, sed a malo malas deterrendo: *Θησαυρός ἐστὶ τῶν κακῶν κακῆ γυνή. Θηρῶν ἀπάντων ἐγρηγοτέρα κακῆ γυνή. Θάλασσα, καὶ πῦρ, καὶ γυνή, κακὰ τρία. Thesaurus est malorum mulier mala. Feris omnibus immitter mulier mala. Mare, ignis, mulier, mala tria.* Hæc tenus Rhodiginus. Anadyomenes meminuit Pausanias in Corinthiacis. *Idem.*

*Quanti liceret opera effecta*] Voss. *liceret*, nam et venditor *licere* dicitur. Suetonius Callig. 88. 'Monitum a Caio præconem, ne prætorium virum crebro capitis motu nutantem sibi præteriret, nec licendi finem factum.' Martialis vi. 66. 'Vendebat modo præco Gellianus. Parvo cum pretio dia liceret.' Sic etiam codex Pintiani. Gronov.

*Pinxit et Antigoni regis imaginem*] Apud Coos eam fuisse Strabo auctor est libro decimoquarto. *Dalec.*

*Tantumque eam partem e facie ostendit*] Apographum nostrum, *Lanumque ea parte, &c.* lego *linum*, non *lanum*, hoc est, *obliquum*. Pintian.

*Venerem exantem e mari divus Augustus*] Ut generis parentem. Pro ea

Cois remissa tributi 100. talenta. Strabo lib. xiv. *Dalec.*

*Cois*] De hac Ovidius: 'Si nunquam Venerem Cois pinxisset Apelles, Mersa sub æquoreis illa lateret aquis.'

*Pinxit et Alexandrum Magnum*] De ea pictura dicere Apelles consueverat, duos esse Alexandros, alterum Philippi ἀλιερον, alterum Apellis ἀμιμητον. Plutarch. de Fort. Alexand. Orat. ii. *Idem.*

*Sed legentes meminert omnia ea quatuor coloribus facta, &c.*] Aliter in scripto codice: *Sed legentes meminert omnia ea constare quatuor coloribus. Tabula in summo aureo mensuram accepit, non numero.* Sed utroque modo legatur, dubito an hæc verba Plinii sicut: et si Plinii sunt, an aliunde in hunc locum librorum incuria commearint: locum in medio relinquo. *Pintian.*

*Megabyzi sacerdotis*] Μεγαβύζους olim vocabant Dians Ephesie sacerdotas. Id ex Hesychio et Appiano Beh. Civil. lib. v. discimus. Xenophon lib. v. 'Αναβάσεως, μεγαβύζου, τὸν τῆς Ἀρτέμιδος Ἐφεσίας νεωκίρον interpretatur, ædituum. Vide cap. 11. quod proxime sequitur. *μεγαλοβύζου* Strabo vocat lib. xiv. eosque eunuchos fuisse scribit. Quod et ostendit Heracliti Epistola ad Hermodorum apud Politianum, castrari ac execari Megabyzum solitum, ne Deæ virgini vir sacrificaret, dicens. Locus est Miscellan. c. 16. ubi hanc ejus pompam describit luculenter Xenophon Ephesius. In ea ferebantur sacra, faces, canistra, suffimenta; ducebantur canes, equi, &c. *Dalec.*

*Ad bellum festinantem et ei galeam poscenti*] Voss. *festinantem, galeamque poscenti armigerum porrigentem.* Pintianus *τὰ et ei demenda* notat jussu veteris libri. Gronov.

*Miranatur ejus Abronem*] Abron Argivus quidam vitæ perditissimæ, solutissimæ, luxuriosissimæ; unde pro-

verbum *Abronis vita*, apud Erasmum ex Xenodoto. *Πδραβρον* Sardanapalum olim vocarunt, ob effeminatam mollietiam, de quo multa Rhod. ix. 11. Dalec.

*Menandrum*] Quidam legendum volunt *Minoem*, quem in Caria primum regnasse Strabo auctor est lib. xiv. Alii *Idrice* legunt, quem Hecatomni filium fuisse et Mausoli fratrem idem tradit. Alii vero legendum censent, *Minoem et Idrice reges Cariae Rhodii*. Iavonio et apud eundem auctorem lib. xi. Menandrum quendam natione Græcum, multas in India provincias subegisse, et victorias suas longius protulisse, quam Alexandrum. Menander Atheniensium dux et Nicie collega Thecydidi celebratur lib. vi. *Idem*.

*Ancoram*] Vel Tegeatem, Lycurgi filium, Argonautam; vel Samium Neptuno genitum, etiam Argonautam, ab apro in vinea occisum, de quo proverbium: 'Multa cadunt inter calicem supremaque labra.' *Idem*.

*Belli imaginem*] Eam picturam videtur Maro his versibus expressisse: 'Clandentur belli portæ: furor impius intus Seva sedens super arma, et centum victus ahenis Post tergum nodis, fremet horridus ore cruento.' Turnebus Advers. x. 11. *Idem*.

*Pixit et Heroa nudam*] Voss. *heroa-nudum*. An *Hero anum*, Leandri amorem, anili specie, in qua scilicet pristinae formæ reliquie apparerent. Nisi tamen, *Hero nudam*. Acad. et Gud. *Hero et leandrum ad quam picturam*. Men. *Hero et alexandrum ad quam picturam*. Gronov.

*Quod iudicium ad mutas quadrupedes*] Scribendum potius, *quo iudicio ad mutas quadrupedes*. Pintjan.

*Apellis tantum equo adhinnivore*] De equa id Valerius viii. 11. tacito nomine pictoris, Ælianus Hist. ii. 3. Dalec.

*Fecit et Neoptolemum*] Neoptolemum intelligit, qui cum hasta et cly-

peo Alexandrum secutus, post ejus obitum Armeniam commovit, et aliquanto post commisso prælio, ab Eumene cum Cratere occisus est. Plutarchus in Eumene. Fuit et alius Neoptolemus Olympiadi pater, de quo Pansanias lib. i. *Idem*.

*Archelaum*] Vel physicum Anaxagoræ discipulum, Socratis præceptorum, vel Macedoniæ regem. *Idem*.

*Dianam sacrificantium virginum*] Apud Homerum *παῖσσοῦσιν*, Iudantium, Iliad. 2. et in Hymno Artemidis: apud Virgil. Æneid. i. *Mitalerius*.

*Bronten, Astrapen, Ceraunobolon appellant*] Hæc verba Græculi alienius potius quam Plinii puto. *Pintian*.

*Ceraunobolon appellant*] Acad. *sera-neoptitan*. Gud. et Men. *ceraneoptitan*. Voss. *ceranobolitan*. Forte, *Ceraunobolian*. *κεραυνοβόλλων* nam hæc omnia delere, tanquam quæ sint Græculi alienius, ut voluit Plutianus; incivile est. Gronov.

*Et sensus omnes expressit, quos Græci vocant ethe*] Voss. et Pintiani: *et sensus hominis expressit, quæ vocant gi ethe*. Luge: *et sensus humanos expressit, quæ vocant Græci ἤθη*. *Idem*.

*Et Anapauomenen, propter fratris amorem morientem*] Ultimum verbum non habetur in eodem: et paulo post *Amoniada*, non *Hemionida*. Pintian.

*Et Anapauomenen propter amorem fratris morientem*] Vox ultima ab explicatione est; nam nec in Voss. nec Acad. nec Gud. nec Men. conspicitur. Eleganter uno vocabulo et nomen tabulæ et rem expressit. Intellegit, opinor, Byblin amore Cauni *ἀναπαυομένην τοῦ βλου*. Pintiani eodem verbo caruit codex. Gronov.

*Patria ei Cauxus*] Ciliciæ civitas, insalubris ob ætatum, et fructuum fugacium copiam. Vide Strab. lib. xiv. Livium lib. xlvi. Dalec.

*Paralum*] Parali navis meminit Plutarchus in Lysandro. Sacram triremem vocat Demosthenes quarta Phippiæ. Ea Athenis publica fuit na-

vis, qua theori Delphos mittebantur, et in publicos conventus legati. *Idem.*

*Hemionida]* Hermionida triremem ab Hermione, civitate Laconicæ, vocatam memorat Thucydides. Rhodig. VIII. 9. *Idem.*

*Ialysus]* Ialysum hic non Rhodi urbem significat, quam Homer. Iliad. E. nominavit, sed heroëm Ochimi, Solis et Rhodii filii, gnatum, cujus mentionem facit Pindarus in Olympiis, Cicero de Nat. Deor. lib. III. Nam ex Rhodo Sol mares genuit Ceryphon, Actida, Macarea, *Τερδύνη*, *Τριόλη*, Phaëtonem, *Εδκούδιον*, Ochimon, et fœminam Cydippen. Ex Ochimo vero nati sunt Ialysus, Cameirus, Lyndus. Ælianus septennium in eo pingendo consumptum scribit Hist. XII. 41. *Idem* Plutarchus in Demetrio. Hac pictura visa Apelles cum obstupuisse et obmutuisset, voce defectus, dixit tandem, inclytum quidem id opus esse, ingentemque laborem, sed deesse gratias, quibus picturæ suæ cœlum attingerent. Plutarchus. *Idem.*

*Huic pictura quater colorem induxit subsidio injuriæ et vetustatis]* Hermolai est. Voss. Gud. Men. Acad. ut antea edebatur: *induxit contra subsidia injuriæ et vetustatis.* Novum hoc visum, qui *subsidium* ubique fere pro auxilio et adjumento poni meminerant. Sed Plinius *subsidia* potuit dicere, quo sensu Vegetius *subcessas*, quasi pro insidiis aut inopinata vi: vel pro vi atque impetu senioris temporis; nam *subsidia* sunt robor secundum et posterum, primam aciem excipiens et sustinens. Multi, qui principia constanter toleravere aut etiam impulere, postprincipiis cessere; vel, ut clarius dicam, qui primæ aciei hostili resistebant, aut etiam eam loco moverant, victi sunt a *subidiis*, postquam res ad triarios rediisset. Præsentem injuriam, omnibus custodiam præstantibus, recens tabula facile effugit; ab ætate vitium

non metuit; haud ita tuta ab securura injuria, cum post longam diem securius habetur, ab secuturo situ: et hæc sunt *subsidia injuriæ et vetustatis.* Si tamen id durum cuiquam videatur, possumus scribere: *contra subsidia injuriæ et vetustatis.* Sic Columella VIII. 2. 'Dum tamen anus sedula vel puer adhibeatur custos vagantium, ne obsidiis hominum aut insidiosorum animalium diripiantur.' *Idem* IX. 7. 'Contra fallaciam læceri, qui velut custos vestibuli produntibus inhians apibus affert exitium, eæque pauciores intereunt, cum licet vitare pestis obsidia per aliud vadentibus effugium.' Sive mavis *volantibus*, ut est in Mas. Forte autem legendum *ejusque*, ut ad *rd pestis* referatur. Eodem libro cap. 9. 'Nisi curatoris obsidio protinus excepti sunt, diffugiant.' Nec minoris elegantie *obsidio* apud Plautum, Ciceroem, Plinium. *Iste* Asinar. II. 2. 16. 'Herum in obsidione linquet, inimicum animos auxerit.' Alter Famil. V. 6. 'Nec putant ei nummos deesse posse, qui ex obsidione fœneratores exemerit.' Tertius in Paneg. 'Nec mediocre pacis decus habebatur submota campis irruptio ferarum et obsidione quadam liberatus agratium labor.' *Γρονος.*

*Ut quem pariter casus et ars pinxerit]* Voss. *rd et ars* pro nothis habet. Quæ duo vocabula ambigo, utrum lateant in *rd pariter*, fueritque, *quem ars et casus*; an voluerit intelligi, scribendo, ut in membranis est: *ut quem pariter casus pinxerit*, scilicet, non ars aut artifex tantum. *Idem.*

*Non judicabat se exprimere in eo spumam anhelantis posse]* Dele verbum nltimum jussu Voss. Acad. Gud. Men. quorum duo priores etiam, *se in eo exprimere.* *Idem.*

*Hoc exemplo similis et Nealcem successus in spuma equi]* Expende an sit veræ similior lectio: *Hoc exemplum simili et Nealces successus in spuma equi,*



8c. Pintian.

*Cum pingeret Poppyzonta retinentem equum. Canem ita Protogenes monstravit et fortunam] Hic quoque locus est habitus pessime. Acad. retinente pinctum ita protogenes. Ut et Gud. ac Menap. nisi quod panceum. Voss. retinent pamecum ita protogenes. Primum satis fuit dicere Plinio; cum pingeret Poppyzonta. Id nomen tabulae, ut Anadyomene Apellis, Antiphili Apocopeum, Aristidis Anapaomene. Satis intelligitur, cum appellatur *παρὰ Πάριον*, praesto ei equum fuisse; sunt enim *παρὰ Πάριον* κολακείαι εἰς τοὺς *δρακόντους Ἴππους*, ac interpretantur Graeci. Deinde scribe e vestigiis Mss. Retinent Parii equum. Quod est, personam *παρὰ Πάριον* peritisse nescio quo casu; eam partem, qua equus erat pictus, saperesse apud istos. Parii, e colonia Pario. xxxiv. 8. 'In Pario colonia laudatur Hercules Isidori.' xxxvi. 5. 'Ejusdem et alter nudus in Pario colonia Propontidis, per Veneri Cnidiae.' Stephanus: Πάριον, κώμης ἐν Ἐλλησπόντῳ, κληθεῖσα ἀπὸ Παρίου τοῦ Ἰασίωνος τοῦ ἀδελφοῦ Πάρου τοῦ πολλῆς Παραίας. Λέγεται καὶ Παραίαις. Noster hoc libro cap. 11. 'Polygnoti et Nicanoris et Arcesilai Pariorum.' Denique lego: Ita Protogenes monstravit et fortunam, quum alii artifices et doctores tantummodo artem monstrent. Praevit nimirum Nealei ad exprimendum fortuito conjecta coloris, quod ars se posse perficere desperabat. Omnem locum ex optimo sic lege: Hoc exemplo ejus similis Nealeen successus in spuma equi similiter spongia impacta secutus dicitur, cum pingeret Poppyzonta. Retinent Parii equum. Ita Protogenes monstravit et fortunam. Gronov.*

*Sed acilius a rege interrogatusque] Pro sed, in vetustis legitur nisi, quod idem est: ἀλλ' ἂν scilicet, ἀπὸ τοῦ ἀλλ'. Loquendi genus nec Ciceroni, Terentio, Plauto, Salustio infrequens. Vide Manutium adnot. in Salust. 70. Dalec.*

*Scire se illi cum Rhodiis bellum esse] Mellior verborum ordo nostri exemplaris: Scire se cum Rhodiis illi bellum esse. Pintian.*

*Cydippen] Cydippe et Acontius noti sunt ex Ovidio. Dalec.*

*Treplemon] Bello Trojano a Sarpedone Jovis filio occisum. In manuscripto legitur Triptoleum. Idem.*

*Imaginem matris Aristotelis Philosophi] Phæstiadi, quæ ex Nicomacho Aristotelem genuit. Laërtius. Idem.*

*Et athletam et Antigonum regem et imaginem matris Aristotelis] Quia omnes aliam certæ sunt et notæ personæ Alecram malim legere, illum Perdicæ fratrem. Dein Voss. et Antigonum regem et matrem Aristotelis philosophi, qui ei suadebat, ut Alexandri Magni opera pingeret propter aternitatem rerum. Nec video causam, cur ab hac lectione discesserint. Gronov.*

*Ac Pana] Maximæ venerationis Deum, ac in bellicis conflictibus potentissimum ob panicos terrores, quibus immisis acies profligat. Vide Politianum Miscellan. cap. 28. Dalec.*

*Qua tabula in Capitolio in Minerva delubro supra ædiculam Juventutis] Voss. Gud. Men. Acad. qua tabula fuit in capitolio. Dein Men. Gud. et Acad. supra ædiculam mentoris. Voss. ædiculam inentatis. Pintiani minemalis. Lege, ædiculam Juventutis. Restitui- mus et Livio. Gronov.*

*Hic prius Ulyxi addidit pileum] Pileum in Ulysse conspicit refert Divus Hieronymus, Rhodigiuvus xx. 12. et xxii. 19. Pierius, lib. xi. Hieroglyphicon, auctor est apud Græcos pileum fuisse indicium nobilitatis, ideoque additum imagini Ulysiæ, quod ab utroque parente esset nobilissimus. Ovidius: 'Nam mihi Laërtes pater est, Arceus illi, Jupiter haic; neque enim quisquam damnatus, et exul. Est quoque per matrem Clytemnus addita nobis Altera nobilitas.' In antiquo denario Romanorum, cuso a Manilio Limetano, qui suam familiam*

e Telegono Circes et Ulysis filio Tusculi conditore ortam esse indicabat, impressus est altera parte Mercurius cum galero alato et caduceo; altera Ulysses pileatus, cum scipione, et cane dominum agnoscente, et adblandiente, cum his literis Q. MANIL. LEMETAN. Ursinus 150. Dalec.

*Ab Aristrato*] Aristratus is viguit ævo Philippi. Pinxerunt eum Melanthi pictoris discipuli triumphali curru insidentem cum Victoria, magna ejus tabulæ claritate, cui et manu apposuisse dicitur Apelles. Plutarchus in Arato. *Idem.*

*Lasciviam*] Την ἀσέλγειαν, λαγυελαν, mollitiem, jocosam ludibundamque petulantiam, κῶμον. *Idem.*

*Ita ut vetusta opera pingeret propter æternitatem rerum impetuosi animi et cui pauci comparentur*] Scribo, ita ut venustate et pauci comparentur; reliqua superfluant, ex vetusto codice. *Pintian.*

*Aristidis Thebani discipuli fuerunt et filii Niceros et Aristippus*] Voss. *Aristides Thebani*: deinde *Ariston*. Mox discipuli *Antorides et Euphranor*, sine rois ejus fuerunt: recte, si attendas, aut non temere. Ita enim scripsisse Plinius videtur: *Aristidæ Thebani discipuli fuerunt Niceros et Ariston, cujus est Satyrus cum scypho coronatus; discipuli Antorides et Euphranor, de quibus mox dicemus*. Significat illius Thebani et discipulos et filios fuisse istos; discipulos tantum, non etiam filios, alios quos appellat. *Gronov.*

*Proposito nescio an destruxerit se*] Concinnior lectio *destriverit*, quam destruxerit. *Pintian.*

*Ob hoc cognominatus Rhyparographos*] Lege, *Rhopographos*. Πανογραφία opponitur Μεγαλογραφία, quæ in rebus magnis et argumentis nobilibus exequendis versatur. *Salmas. H. A. p. 23. a.*

*Hesionam*] Quam expositam ceto Hercules liberavit, occiso monstro. *Dalec.*

*In schola in Octavia porticibus*] Schola in porticibus, locus et statio quædam instar literarii ludi, in quem philosophi, et reliquis doctrinis ex-culti homines convenire solebant, ut publicis disputationibus ac colloquiis exercerentur. Vide xxxvi. 5. *Idem.*

*Idem jocosio nomine Gryllum ridiculi habitus pinxit*] Voss. *diridiculi*. Lege *deridiculi*, ut codex *Pintiani*. Ut *Plautus Amphit. II. 2.* 'quid tu me deridiculi gratia sic salutas?' *Milite II. 1.* 'Is deridiculo est, quaquæ incedit, omnibus.' *Pseud. IV. 5.* 'mibi illum verba per deridiculum dare.' *Tacitus Annal. III.* 'Deridiculo fuit senex fœdissimæ adulationis tantam infamia usurus.' *Gronov.*

*Suprema conjugis templum*] Non *supremæ* in archetypo nostro, sed *supremi*; ut referas ad Jovem. *Pintian.*

*Marcus Ludius Elotas Ætolia oriundus*] Longe aliter in eodem, *Plautus Marcus doctasia lata esse oriundus*; forte pro *Plautis*, *Plastes* reponi posset, et pro *esse oriundus*, *exoriundus*. De emteris judicent legentes. *Idem.*

*Nobiles palustri accessu villa: succollantium specie mulieres*] Hoc ab *Hermolao*, cum esset, *plautri* et sub *collium sponsione mulieres*. *Men. Gud. Acad. nobiles tympanistria ancilla succollatis sponsione mulieribus lavanteque erepidis feruntur*. Voss. *nobilis palustri acensu villa succollatis sponsione mulieribus labantes trepidique feruntur*. *Pintiani quoque: succollatis sponsione mulieribus*. Scribe: *Jam piscantes aucupanteque aut venantes sunt in ejus exemplaribus: nobilis palustri accessu villa, succollatis personis muliebribus, labantes trepidique feruntur*. Significat ejus artificis esse tabulam, in qua quidam, ut *hæjuli*, colla speciebatur mulierum onerati, incedunt moverique videntur vacillantes et metnentes oneri per accessum palustrem prætorii alicujus aut lantæ villæ. *Suetonius Othone: 'Donec omnia*

mora succollatus et a præsente comitatus imperator consalutatus.' Gronov.

*Omnis eorum ars urbibus excubabat]* Orbi malleum legeres, quam urbibus; nam sequitur confestim, 'pictorque res communis terrarum erat.' *Pinxian.*

*In machinis]* Machinæ, quædam olim catastræ fuerunt, quibus in ergastulo, aut alibi, non servi tantum, sed interdum etiam liberi continebantur. Turneb. Advers. VIII. 9. Machinam ego potius interpretor, quod pictores vocant *ux chevolet*, nempe tigillis conjunctis erectum organum (*καρβύλα* et *καλάρβυλα* Pollux vocat) cum prominente asserculo, in quo pingendam tabulam artifex collocat. *Dalec.*

*Carcer ejus artis domus aurea fuit]* Nam in ea domo, velut in carcere, pictores, ne effugerent aut dilaberentur, conclusos retineri Nero jubebat. *Idem.*

*Virtutis ædes Imperatori]* Extra portam Capenam sitas proximeque inter sese junctas. Id cur factum sit, innuit Symmach. Epist. I. 14. his verbis: 'Bene ac sapienter majores nostri, ut sunt alia ætatis illius, ædes Honori atque Virtuti gemellas junctim locarunt: commenti, quod in te [Ansonio] vidimus, ibi esse præmia honoris, ubi sunt merita virtutis.' Sed et cur Camænarum quoque fontem haud procul abesse voluerint, indicat sequentibus, quæ tute leges, verbis. *Idem.*

CAP. XI. *De avium cantu compescendo, et quis encausto et penicillo primus lacunaria et cameras pinxerit, sparsumque pretia mirabilia picturarum.*

*Ceris pingere]* Enlv. Urain. ad Varonem p. 137. Lll. Girald. Syntag. p. 589. *Idem.*

*Aliquanto vetustiores encausticæ picture existere]* Acad. Men. Gud. *encausti.* Voss. *encausta.* Gronov.

*Arcefilai Pariorum]* Pinxit is in Pirezo cum liberis suis Leosthenem,

qui Athenensium et Græcorum aliorum dux vicit Macedonas ter, in Bœotia, ad Thermopylas, et ad Zamiam fluvium. Pausanias in Atticis. *Dalec.*

*Pinxisse tantum encaustica, sed etiam]* Acad. Men. Gud. *pinxisse solum encausto.* Voss. *pinxisse solum in causta;* quasi velit *encausta.* Infra: 'Encausto pingendi duo fuisse antiquitus genera constat.' Gronov.

*Pausiam Sicyonium]* Idem fortassis qui et Pauson. Ejus festivum dictum refert Elianus Hist. XIV. 15. *Dalec.*

*Docuisse Pausiam Sicyonium]* Voss. Gud. Men. Acad. *Pausian.* Gronov.

*Pinxit et ipse penicillo parietes Theopis cum refecerent quondam a Polygnoto picti: multumque comparatione superatus existimabatur, quoniam non suo genere certasset]* Id est, quoniam encaustica non certasset, in qua excellerebat. 'Encausto pingere' et 'penicillo pingere' diversum; illud ceris, hoc coloribus. Sequitur: 'Idem et lacunaria primus pingere instituit nec cameras,' &c. de encaustica quoque intelligendum; nam cameras ceris inustis pingi solitas ex Procopio observavimus ad Hist. Augustam. Ibid. paulo ante in Plin. 'ceris pingere, ac picturam inurere quis primus excogitaverit, non constat: ceris igitur primum pingebant, deinde picturam eam inurebant, hoc est, igne ceras peræquabant. Hæc omnia pingendi genera nunc exolvere, et tota encaustice hodie evanuit, ea præcipue quæ ceris innrebatur. *Salmas.* Plin. Exerc. p. 232.

*Amavit in juventa Glyceram muncipem suam, inventricem coronarum]* Lege, *Amavit in juventa Glyceram vitricem coronarum,* &c. vetus versiculus: 'Ibant malaci viere Veneri corollam.' Inter Veneris cognomina hoc nnum fuit; nam 'Vitrix' etiam vocabatur a ligando. *Salmas.* pag. 246. a.

*Duobus talentis emit a Dionysio A-*

*thenis*] In archetypo nostro, *duobus talentis emit Dionysius Athenis*; scribendum fortasse non *Dionysius*, sed *Dionysis*, hoc est, in festis ludisque Dionysiasticis, qui magno apparatu celebrabantur ab Atheniensibus. *Pintian.*

*Unde et abunde intelligitur amplitudo*] Voss. expungi jubet *unde*, ut et *Pintiani. Gronov.*

*Et marmora ac scyphos scalpsit*] *Et marmorea ac typos scalpsit*, in eodem. *Pintian.*

*Capitibus articulisque grandior*] Idem vitium objicitur et Zeuxidi supra hujus libri capite nono ultimo. *Dalec.*

*Eundem apud Parrasium rosa pastum esse*] Commodior lectio *rore*, quam *rosa*: notis Theocriti versibus, et aliorum poetarum, apud quos macra animalia cavillo sunt, quod *rore* pascantur ut cicadæ. *Pintian.*

*Et palliati cogitantes*] *Et Palamedes dux fasce gladium condens*. Sic ex vest. et indice. Id est, quod Apul. Asini lib. x. eum de judiciis corruptis queritur, ait, Palamedem eruditione doctrinaque præpollentem falsis insimulationibus damnatum fuisse. *Dalec.*

*Ipsæ diligentior, quam numerosior, et in coloribus severus*] *Scribe severior, non severus*, ut respondeat præcedentibus comparativis. *Pintian.*

*Nemea*] *Nemeam, quæ sedentem in complexu suo Alcibiadem tenebat, Aristophontem pinxisse Plutarchus refert in Alcibiade. Vide cap. 4. ult. hujus libri. Dalec.*

*Nemea advecta ex Asia Romam a Syllano*] *Omnes Silano*; est enim aliquis Juniorum Silanorum. *Gronov.*

*Dicavit hanc tabulam, et Diane*] *Voss. et Danae*. Alludunt tres, in quibus *hanc tabulam Diane*. Idem.

*Necromantia Homeri*] *Legit Victorius v. 15. Necromantia*. *Plutarch.* in lib. ne jucund. quid vivi sec. *Epic. Necyan*. Est autem *Necya* pars *Odysseæ*, qua fingitur *Ulysses* ad *Inferos*

descendisse, umbrasque ibi alloentus fuisse. *Cicero Tuscul. lib. 1. Necyan* Homeri memorat, et *Appii amici Necromantiam*. A *Ptolemæo rege*, non ab *Attalo*, ejus picturæ manipretium, 60. talenta oblata fuisse *Plutarchus* scribit; ac præterea *Niciam*, dum illam pingeret, tantopere studio suo delectatum, ut sæpius servos interrogaret, num prandisset. *Dalec.*

*Non satis discernitur, alium eodem nomine*] *Apograpum nostrum: Non satis discernitur alius adhuc, eundem quidam faciunt; lego ab hoc, non adhuc. Pintian.*

*Phylarchum*] *Phylarchum*, cujus heroicum sacellum *Minervæ Pronæ* vicinum *Delphis* fuisse *Pausanias* scribit lib. x. *Persis* irruentibus in *Phocensibus* auxilium tulit. *Phylarchum* historicum memorat *Plutarchus* in *Arato*, et lib. de *Isid. ac Osir. Eliæ*. verò *Hist. Anim. vi. 29. Dalec.*

*Athenis frequentiam, quam vocavere Polygynæcon*] In scripto codice, non *Polygynæcon*, sed *lyngenicon* habetur: scribe *Syngenicon*, hoc est, cognitionem; ut infra hoc ipso capite, '*Genas Syngenicon.*' *Pintian.*

*Athenis frequentiam, quam vocavere polygynæcon*] *Hermolaus Gynæconitis*. *Voss. Gud. Men. Acad. lingenicon. Forte, Syngenicon*; ut cap. 10. '*Pamphili Cognatio et prælium ad Phliantem.*' Hoc ipso inter *Timomachi opera*: '*Lecythion agilitatis exercitator, Cognatio nobilium.*' Et inferius: '*Asellum enim bibentem in littore piavit et crocodilum insidiantem ei. Genas Syngenicon.*' Sic et *Pintianus*. Qui tamen admodum improspere hoc accommodat ad locum lib. sequentis c. 5. et 14. '*nationes, quæ snat circa Pompeii, reddit cognationes.*' *Suetonius Nerone cap. 46.* '*A simulacris gentium, ad Pompeii theatrum dedicatarum.*' *Gronov.*

*Et in una tabula quaque maxime insularuit*] *Acad. Men. Gud. et in una ta-*

*hinc signa quatuor. Ex qua scriptura etiam inventa sibi in Mœo. Dalecampius signavit. Vossianus: Et in una tabula ut signa. Lege, VI. signa, vel, sex signa. Idem.*

*Ajacem ei pinxit et Medeam] Voss. atacem et medea pinxit. Scribe, Ajacem et Medeam pinxit. Supervacuum 76 ei. Idem.*

*Alia durus in coloribus, sed et multus] Lego, alia durus in coloribus, et silet multus, ex eod. recte: et paulo post redit, non erredit. Pintian.*

*Alia durus in coloribus, sed et multus] Vossianus, Gud. Men. Academicæque, durus in coloribus et sile multus. Quod etiam ex aliis ad marginem ponant. Neque aliter legendum. Intelligit sil e pigmentis. XXXIII. 18. 'In argenti et auri metallis nascuntur etiamnum pigmenta, sil et caruleum.' xxxv. 6. 'Sitis lucidi libris decem.' Sile multus, qui eo pigmento multo uteretur. Vidit idem Pintianus. Gronov.*

*Talesque sunt ejus pictura cum Esculapio] Annotant ad marginem Tales. Sic quidem et Voss. Gud. Men. Academicæque; sed et omnibus abest vox picturae. Sufficit enim Plinio: Tales sunt ejus cum Esculapio Alie, Hygie, Egle, Panacea, Iaso. 'Tabulae' vel 'picturae' intellectum voluit. Lepidum est autem, quod Dalecampius ad vocem Iaso notat: Jasona cum Esculapio Apollinis filio et Achille Pelci a Chirone centauro educatum et medicinam didicisse ex Arati et Apollonii Scholasticis tradit. Tamen eadem sit persona & 'Iasov' 'Iasovos, et h' 'Iasov' 'Iasovos. Idem.*

*Iaso] Jasona interpres Arati cum Esculapio Apollinis filio, et Achille Pelci a Cheirone Centauro educatum, et medicinam doctum fuisse tradit, ut et Tarrhæus Apollonii interpres. De illo Ausonius: 'Idmona quod vatem, medici quod Iasona, dicant, (non 'medicam quod Iasida,') Discendas artes nomina prœveniunt.'*

*Leopardus IV. 5. Dalec.*

*Ocnos] Ejus meminit Plutarchus libro septi ephoribus, elegantissima cum stupidis et fatuis comparatione. Eum pinxit et Polygnotus in templo Delphis. Oeni historiam et picturam exponit Pausanias in Phocicis. Propertius: 'Dignior obliquo funem qui torquet Ocnos, Æternusque tuam pascat, aelle, famem.' Vide Snidam in *ἑωνόνας*. Cratinus finxit apud Inferos quendam funiculum torquere, asinum vero quod tortum est abrodere et abscindere. Idem.*

*Ptolemæo venante] Lego: Ptolemæo venante, quem apocroponta appellant; sed et nobilissimo Satyro cum pelle pantherina. Aristophan, &c. ubi Apocroponta interpretor, ictum in feram intendentem, velat ad propositum scopum. At longe aliter Scalig. in vulgata lectione. 'Ἀποσκοπεῖν, inquit, χερὸς πρὸς μέτωπον τιθαμένης εἰσορᾶν, Hesychie. Figura ea σκάψη et σκάπευμα dicitur, eaque ὀρχηστικὴ ἰστώ a saltantibus exprimi solet, qui procul sepositum quidpiam inteneri se fingunt. Inde σκάπες, aves, quæ cervice inflexa, et huc illuc inclinata, talem gestum imitantur: ἀπόσκοπον χεῖρα dixit Æschylus. Satyros στιλπνότες, splendenti nitentique ac rubra facie, et φαλακροὺς, calvos, quoniam olim pingebant, ad arcendum Solis calorem fronti manum obtendentes etiam delinearunt, quod est ἀποσκοπεῖν. Silius de Pane: 'Obtendensque manum Solem infervescere fronti Arcet, et umbrato perlustrat pascua visum.' Vide Athen. pag. 312. vs. 19. Idem.*

*Satyro cum pelle pantherina, quem Apocroponta appellant] Acad. Ascocropemonta. Gud. apocropemonta. Men. apocropemonta. Voss. Apocropemonta, 'Ἀποσκοπεύοντα. Notavit et in suis Hermolaus. Gronov.*

*Astypale] Uxore, a qua Astypalæa dicta est. Dalec.*

*Credulitas, Ulizes, Deiphobus, Da-*

lon] In vetusto exemplari *Dolus*, non *Dolon*, non mala omnino lectione; nam credulitatis comes est *dolus*. *Pintian*.

*Scyllis*] *Scyllias* Herodoto lib. viii. Pausaniæ, ut et Plinio: *Scyllis* natione *Seyonæus* urinator optimus, ad *Pellum* montem et *Sepiada* Magnesiæ, adjutrice filia *Cyane*, classis *Persicæ*, quæ flante *Euro*, ut *Strabo* lib. ix. sub finem scripsit, jactata quasabatur, anchoras præcidit, multaque ex eo naufragio servata sibi quæsiuit. *Pausan.* lib. x. *Dalec*.

*Prædonibus*] *Vet. Piscatoribus*. Nam cum *arca* inclusam una cum filio *Perseo* *Acrisius* pater in mare abjecisset, a *Dannæ* piscatoribus reperta est. De hac re vide *Pausan.* lib. ii. *Id*.

*Stratonice*] *Stratonice* *Straboni* lib. xiiii. *Ariarathis* *Cappadocum* regis filia, *Eumenis* *Attalo* geniti uxor, et *Attali* tertii mater. Fuit et *Stratonice* regis *Dejotari* uxor, proba et modesta, memorata a *Plutarcho* libro de virtutibus mulierum. *Stratonicem* *Demetrii* et *Philæ* filiam *Seleucus* duxit, eamque *Antioche* insane amanti uxorem tradidit. *Plutarch.* in *Demetrio*. *Valerius* vii. 5. *Id*.

*Nobilissimas autem quæ sunt in porticibus Octaviæ operibus*] Annotant ex ejus operibus, malum malo sanantes. At *Vossianus* cum *Academico*, *Men. Gudiano*, ut et *Pintiani*: quæ sunt in *Octaviæ operibus*: excluso τῶν porticibus, quod inane ac supervacuum. xxxiv. 6. 'Quæ status nunc est in *Octaviæ operibus*.' xxxvi. 5. 'Veneramque ejus esse in *Octaviæ operibus*.' Et rursus: 'Cupido objectus a *Cicerone Verri*, ille, propter quem *Thespis* visabantur, nunc est in *Octaviæ scholis* positus.' *Gronov*.

*Alcimachus, &c.*] *Legend. Alcimachus, Diozippum, qui Paneraton Olympiæ citra pulveris tactum quod vocant ἀκοντι, vicis. Carnus scammata. Pulveris tactus est ἦ et ἀπὸ et κόνις. Salmas.*

*Diozippum*] De *Diozippo* *Elianus* *Hist.* x. 22. et xii. 58. *Dalec*.

*Citra pulveris jactum*] *Erasmus* in proverbio, 'Citra pulverem,' legit, *citra pulveris tactum*. *Horat.* i. *Epiat*. 'Cui sit conditio dulcis, sine pulvere, palmæ?' *Turneb.* xxvi. 26. Vide *Hieron.* *Mercurialem* de *Arte Gymnastica* i. 8. *Idem*.

*Admeto*] Vel *Thessaliæ* rege, fabulis noto; vel *Molossorum*, ad quem exul *Themistocles* confugit, auctore *Thucyd.* lib. i. et *Plutarch.* in *Themistocle*. *Idem*.

*Cleon Admeto, Ctesidemus (Echalia expugnatione)*] *Vossianus*, *Cleon Cadmo*, ut et *Pintiani*. *Gronov*.

*Echalia*] Est *Echalia* et tractus *Messeniaci*, et *Eabœæ*, *Euryti* regis, quam *Hercules* diruit, quia pactam filiam *Iolen* *Eurytus* dare recusasset. *Virgilius*: 'Ut bello egregias idem disjecerit urbes, Trojamque, *Echallam*que.' *Dalec*.

*Laodamia*] Vel *Bellerophontis* et *Achemenes*, vel *Acasti* et *Laodothem* filia, *Protesilai* uxore. *Idem*.

*Pisaxit volentem cum piscatore, quem reginam amare sermo erat*] *Voss. pisature*. An est nomen hominis, et scribendum *Pisaxors*? Nomen hoc *Græcum*, quod *Ovidius* quoque dat alicui *Centaurorum* lib. xii. 'et cum *Pisaxore* *Caumas*.' *Gronov*.

*In Pempelo pisaxit*] Τὸ Παιρωίων *Pellaci novèν ἀκοντα, ades publicæ*; sic fortassis dictæ, quod ex his *pemparum* frequentia et celebritas progrediretur ac prodiret. *Interpres Lærtii* lib. ii. reddit, *celeberrimum locum urbis*, et in *Diogene*, *palatium*. *Dalec*.

*Aratum victorem cum trophæo*] *Oeciso* *Sicyoniorum* tyranno, cum *Achæorum* imperator summus esset, profligatis hostibus triumphantem. *Plutarchus* in *Vitis*. *Idem*.

*Nealces Venerem*] *Scitum* *Nealcis* dictum, cum eximiam *Aristrati* tyranni picturam deleri vellet *Aratus*, pug-

mandum cum tyrannis, non cum eorum imaginibus. Plutarchus in Arato. *Idem.*

*Agatharchum*] Agatharchus primus Athenis Æschyli tragedias in scenam produxit. Vitruv. vii. 1. *Agatharchiden* quidam legunt Peripateticum memoratum a Strabone lib. xiv. Agatharchi Syracusanæ classis præfecti meminit Thucydides lib. vi. Agatharcho pictori de pingendi celebritate glorianti Zenxin dixisse ferunt, diu se pingere, quoniam æternitati pingeret. Hadr. Jun. iv. 16. *Id.*

*Leontium Epicuri cogitantem*] *Leg. Leontium Epicuri cogitantem.* Ut sit picturæ nomenclatura, non pictoris, et tabula hæc Theodori operibus annumeretur. Fuit autem Leontium Epicuri concubina, philosopha et ipsa, nimirum ex amatoris domestica consuetudine, in tantum ut libros quoque contra Aristotelem scripserit, quemadmodum legitur in præfatione ad Vespasianum Imperatorem a Plinio in operis hujus frontispicie præfixa. *Gelen.* *Leontium Epicuri, &c.*] Scortum ea fuit, Epicuro familiare, et ejus omnibus sectatoribus prostitutam, de quo Athenæus lib. xiiii. Diogenes Laërtius in Epicuro. *Dalec.*

*Panicum*] Panicus nunc exiguus Pan, qualem solebant in parvis tabellis pictores fingere, quasi per jocum; nunc theatralis personarum larva. *Idem.*

*Medeam Timomachi*] Filios quos ex Jasono susceperat necantem, præ dolore quod, repudiata, Crensam duxisset Creontis filiam. Hanc, et Ajacem ejusdem Timomachi, Cæsar dictator emit octoginta talentis. Supra vii. 37. et paulo ante hoc ipso capite. *Idem.*

*Mydon Solens*] Id est, Solensis. Sunt enim Σόλοι Cilicis oppidum, et alterum ejusdem nominis in Cypro. *Gelen.*

*Pyromachi*] Vet. *Philomachi.* Apud

Suidam in voce *σπορτίας* fit mentio hujus statuarii, qui imaginem Æsculapii summa arte perfererat. Pyromachi tamen mentio fit supra xxxiv. 8. tribus in locis. *Dalec.*

*Theoderus Samius*] Alius fuit Theoderus Samius inventor fundendi æris, memoratus a Pausania lib. iiii. viii. ix. *Idem.*

*Cratini pictoris*] Cratini Spartani statuarii meminit Pausan. lib. vi. *Idem.*

*Cera*] Variis pigmentis tincta, quæ ratione sunt a nobis horti cerei pensiles cum fructibus omnis generis iconicis. *Idem.*

*Viriculo*] Veruculo: igni calfacto. Encanustices etiam genus est, quod aurifices vocant *Damasquinæ.* *Idem.*

*Sed in cortinam pigmenti ferventis mersa*] Verba hæc satis mendosa ex codd. Hispalensi et regio se restituere putat Gonsalvus ad Petronium scribendo: *sed in cortina pingi, in ferventes aquas mersa.* Sed nosse debebat hanc olim lectionem vulgatam fuisse, quam omni sensu carentem ex melioribus libris, ut nunc habetur, Gelenius mutavit. Quæ enim *aqua ferventes* tantam vim tingendi habent? *Vas. in cortinam pigmentum ut ferventis mersa.* Quæ significant satis clare repositam a Gelenio. Vela illinantur medicamento colorem trahente: dein mercantur in cortina, sive æheno, in quo non aqua mera, sed pigmentum fervet: ibi medicamentum illud velis illitum sorbet colorem, et quidem varium ex pigmento licet unius coloris. *Gronov.*

*Digerit eos ex vino*] Legendum videtur, *digerit eos ex uno*; dixit enim ante, 'cum sit unus in cortina color.' *Pintian.*

CAP. XII. *Plastics primi inventores, de simulacris, de variis fictilibus, et de pretio eorum.*

*Plasticæ*] De plasticæ quædam Ælianus Hist. lib. xiv. cap. 37. *Dalec.* *Rhæcum et Theoderum*] Diodorus

Telecles et Theodoron Rhæci filios τῶν ἀγαλακτοῦν παλαιῶν τοῖς μέγιστα διανομασμένους memorat. Leopard. x. 25. Pausanias, in Arcadicis et Phocicis, scribit Theodorum fuisse Teleclis filium, Rhæcenæ vero Philæi; eosque primos ferram fundere docuisse. *Idem.*

*Ante Battias Corintho pulsoe]* Lego, multo ante Bacchiadas; nam quod scribit Pausanias lib. II. 'Aletes ejusque posterii Athenis regnarunt ætates quinque, usque ad Bacchin Prumnidis filium: a quo Bacchiadæ wtates totidem regnæ tennerant: deinde Prytanæi ex eodem genere, quos occupata tyrannide Cypselus Eurionis filius oppressit.' Halicarnæensis lib. III. aperte narrat Demaratum e familia Brachiadum (leg. Bacchiadum) usurpata a Cypselo tyrannide, cum suis opibus Tarquinius commigrasse. De Bacchiadis multa Herodotus lib. I. Dalec. Astipulatur et huic lectioni Ma. Pintian.

*Profugum]* Ob seditiones. Livius lib. I. Dalec.

*Euchira]* Encheri Corinthii, discipuli Syadræ et Charadræ Spartano-ræ, præceptoris Clearchi Rhægini, meminit Pausan. lib. VI. Idem et Euchiros statuarii, lib. VIII. sed Atheniensis, Enbalidæ filii. *Idem.*

*Primæque personas tegularum extre-mis imbricibus imposuit]* Legend. *Primæque personas tegularum extremis imbricibus, quæ inter initia prostypa vocavit; postea idem Ectypa fecit.* Simulacra quæ exerta non sunt, nec tota extra prominent, πρότυπα vocavit. Salmas. 1046. a.

*Imaginem gypso e facie]* Ut hodie fit e mastiche et cera. Dalec.

*Emendare instituit]* Imaginem ceream, quam gypsea forma reddidisset, absolere diligentius ac emendatius. Quidam legunt ceramque in eam formam gypsi infusam emendare, &c. *Idem.*

*Gorgasus]* Alius fuit Gorgasus, Ma-

chaonis et Anticlem filius, Æsculapii nepos, cui et fratri Nicomachæ Isth-mius templum erexit, in quo ut mor-bus sanantibus Diis et victimæ cæ-duntur, et donaria mittuntur. Pau-san. lib. IV. *Idem.*

*A dextra opera Damophili esse, a parte læva Gorgasi]* Voss. ab extra; dein, esse aplanæ Gorgasi. Scribe, ab dextra opera Damophili esse, ab læva Gorgasi. Gronov.

*Ceramicos appellatur]* Ceramicum Pausan. lib. I. non a figillis Chalco-thenis operibus dictum vult, sed ab heroë Ceramo, quem Baccho et Ari-adna genitum fama tam erat. Fuit duplex Ceramicus Athenis, alter in quo sepellebantur qui in bello perierant; alter in quo meretrices habita-bant. Interpr. Aristophanis. Dalec.

*Roma Posim nomine, a quo factas Roma vasus]* Gelenii est. Voss. fac poma tusus. Hinc alii fecere, factas Roma tubas. Acad. Men. Gnd. facta pometia vasa. Sed reddendum erat, facta poma et vasus. Sequitur in Acad. Men. Gnd. item piscis aspectu a veris discernere. Voss. item piscis aspectu discernere a veris. Nusquam, ita ut non sit. Censeo piscibus nihil esse loci, et scripsisse auctorem, ut non posses aspectu discernere a veris. Gronov.

*Cujus proplasmata pluris ventre solita]* Sic Gelenius, cum esset proplastice-n. Acad. Men. Gnd. cuius plastica. Voss. cuius plavrosantia. Forte, plas-ta Samia; ut 'vasa Samia.' *Idem.*

*Pasitelem]* Ejus meminit Pausanias lib. V. Colotæque magistrum fuisse tradit, qui mensam fecit, in qua de-ponebantur coremæ illorum, qui O-lympiis vicissent. Dalec.

*Nec panitet nos illorum, qui tales coluere]* Voss. qui tales eos coluere; su-prascripta litera D, ut esset, qui tales Deos coluere. Gronov.

*Eviqus firmitate certiora auro]* Voss. firmitates auctiora. Haud dubie, fir-mitate sanctora, quod, restitutum ab



Hermolao, male mutavit Gelenius. Acad. Men. Gud. *sanctiore*. Idem.

*Sympulais*] Bayfius legit *Sympulais*, id est, calicibus fictilibus, a sumendo dictis, quibus in sacris vinum libabant. Sic et in Paradoxis Cicero ait Numæ capedines ac fictiles arnas Diis immortalibus non minus gratas fuisse quam vasa Deliaea. Juvenal. Sat. vi. 'aut quis Sympullam ridere Numæ, nigrumque catinum, Aut Vaticanas fragiles de monte pappellas Ausus erat?' Dalec.

*Beneficia ejus, quæque adhuc diximus*] Sic in veteribus legitur, *Beneficia ejus quæ adhuc diximus. Vel assiduitate satiant figlinarum opera, tubulis ad balneis, imbricibus tegulisque hamatis ad tecta, coctilibus laterculis, frontatisque iis quæ rota sunt, etiam, &c.* In manuscript. vero: *Beneficia ejus, quæ adhuc diximus. Vel assiduitate satiant figlinarum opera et fictilibus doliiis ad vina excogitatis: ad aquas, tributis, fundamentisque. Atqui Numa rex VII. collegæ, &c.* Idem.

*Imbricibus tubulis tegulisque*] Voss. *imbricibus doliiis ad vina excogitatis ad aquas tubulis ad balineas mammatis ad tecta coctilibus laterculis fundamentis quæ aut quæ Numa rex septimus.* Gronov.

*Et ad aquas*] Doliiis ad aquas etiamnum Romani utuntur, Tiberis aquam turbidam iis adservantes, quoad defecata sit ac potabilis. Dalec.

*Quia et defunctos sese multi fictilibus doliiis, &c.*] Lege, *Quia et defunctos sese multi fictilibus soliiis condi maluerunt sicut M. Varro, &c.* Fictilia solia sunt, *δοτράκωι πύλοι*, arcæ fictiles condendis mortuis. Vide Salmas. p. 1204. b.

*Doliiis condi maluerunt*] Pro doliiis, quod vulgata habent, in manuscript. et vetust. legitur *soliiis*. Cui lectioni et Blondus ad stipulatur. 'Solii,' sepulchra veteres appellarunt. Florus lib. iv. de Cleopatrarum interitu agens, Sueton. in Nerone. Dalec.

*Sese multi fictilibus doliiis condi maluerunt*] *Soliiis* ex veteri codice legendum ait Salmasius ad Solin. pag. 1204. tanquam Dalecampius non id præcepisset. Et ita sane Gud. Acad. Men. Sed in Vossiano neutra vox, tantumque, *sese multi fictilibus condi maluerunt*. Et sane vox *doliiis* ex superioribus post *rd fictilibus* repetita videtur; nam *condi fictilibus* est dictum, ut 'fictilibus cœnare.' Gronov.

*Pythagorico modo*] Vide Alex. ab Alex. III. 2. Plutarcho in Laconicis institutis Lycurgus sanxit, ne quid cum cadaveribus sepeliret præter puniceam vestem, et oleum folia, in quibus omnes æque cadavera componerent. Hinc Pythagoras, Lacedæmona profectus ut Lycurgi leges cognosceret, morem eum fortassis invenit. Magius II. 18. Dalec.

*Varro Pythagorico modo*] Voss. Men. Gud. *Pythagodio*. Lege *Pythagorio*, vel *Pythagoreo*. Sic apud Ciceronem passim reddiderant 'Aristotelico' et 'Aristotelica,' ubi nunc e melioribus scriptis est 'Aristoteleo' et 'Aristotelea.' Gronov.

*Aretium in Italia*] Quidam legunt, *Eretum in Italia*. Est autem Eretum, *ῥδ ἡρῆρον*, vicus Sabinorum ad Tiberim, Tiburi propinquus, figlinis celebris, ab urbe distans 18. milibus passuum. Unde Eretinus Virgilinus: 'Ereti manus omnis, oliviferaque Mutusæ.' Joan. Baptista interpr. Pers. Sat. 1. 'Sese aliquem credens, Italo quod honore supinus Fregerit heminas Ereti ædilis iniquas.' Hodie Mons Rotundus, corrupte pro Monte Ereto. Eretinus mentes inde stolidæ et stupidæ dicuntur apud Fulgentium ex antiquo scriptore: 'Averruncassit diva tam Eretinas hominum mentes.' Turneb. XXVI. 10.

*Cois laus maxima, Hadrianis firmatas*] Vide an legendum sit, *Andriis* potius, quam *Hadrianis*. Pintian.

*Q. Coponium*] Cicero de Divinat.

lib. i. C. Coponii meminit, qui bello civili Cæsaris ac Pompeii Rhodius classi præfuit cum imperio prætorio, hominis prudentis ac docti. Meminit et Coponii viri prætorii gravissimi Velleius Paterculus, sed non hujus rei narratione. Alex. vero ab Alex. citat quidem hanc historiam de Coponio; sed unde Plinius sumpserit, non indicat. Vide illum III. 11. et 17. Invenio et sub Augusto Coponium et Annium Ruffum Judææ præfectos fuisse. *Dalec.*

*Cujus suffragii latio erat*] Gud. Men. Acad. *cujus flagratio erat*. Voss. *cujus suffragii*. Lege, *cui suffragii latio erat*. Livius lib. II. 'Ut plebi sui magistratus essent sacrosancti, quibus auxilii latio adversus consules esset.' Quamquam similitudo literarum potuit hansiisse syllabam, neque improbo vulgatum. *Gronov.*

*Siquidem in Aristotelis hæredum auctione*] Magnum hoc quidem argumentum luxuriosæ vitæ in philosopho frugi. Vide Laërtium in ejus Vita. *Dalec.*

*Nam nos cum unam Æsopi tragædiarum histrionis in natura avium dicere-mus sestertia C. stetiisse, &c.*] Quibus ex verbis multa discimus: primum fictilem fuisse illam Æsopi patinam; deinde centum tantum sestertiis constituisse; præterea pretium illud, quo patina taxata est, pro manupretio datum esse figulo qui eam ex humo duxit, non pro avibus quas in ea posuit Æsopus; pretium igitur illius patinæ, quod pro ea extruenda figulus accepit, centum sestertia fuere, sive sestertiorum numerum centum millia; quæ summa aureorum nostrorum facit bis mille et quingentos. *Salmas. Tertull. Pall. pag. 455. 456. 457.*

*Patinam*] Eam patinam, ob immensam magnitudinem, ἀγῖβα πολυόχου, *Minerva clypeum*, vocavit. Patinarius quoque ab ea nominatus est. In ea fuerunt scarorum jecinora, phasia-

norum et pavonum cerebella, phænicopteronum linguæ, murænarum lactes, et id genus alli prodigiosi cibi. Suetonius in Vitellio cap. 13. et 17. *Dalec.*

*Mutianus*] Licinium Mutianum significat præfectum exercitus Syriaci, qui a Vitellio defectit, et strenue Vespasiani causam ac partem opibus suis omnibus juit ac defendit. Suetonius in Vespas. cap. 6. et 13. Tacit. Ann. XVIII. *Idem.*

*Exprobravit patinarum patudes Vitellii memoria, &c.*] Quia tum jam supplicium dederat Vitellius; ut sit sensus: fædiorem fuisse in Vitellio principe tam immanem profusionem, quam in Asprenate privato veneficium. *Ge-len.*

*Asprenati*] Nonium Asprenatem intelligit, arcta amicitia junctum cum Augusto, de quo Sueton. in Octavio cap. 43. et 56. Cassii Severi meminit et Sueton. in Vitellio cap. 2. et Quintil. et Tacit. de Clar. Orator. Meminit et Asprenatis Hirtius in Commentariis. *Dalec.*

*Samia testa Matris Deum sacerdotes*] Arnobius adv. Gen. lib. v. ex Timotheo vetustissimo theologo narrat, Atyn, furiarum plenum, perbaecatum, jactatum, cum se humi projecisset sub pino, arrepta testula, quam Agdestis instigator amentie gestabat, virilia sibi præsecuisse, &c. Inde factum ut Galli ejus imitatione genitalia sibi testa demeterent, sed Samia, quoniam ejus vulnus innoxium fuit, et ad proscindendum acies, quam aliarum, celerior. Catullus in Galliambo de Berecynthia et Atti scribit, Atti devolvisse acuto sibi pondera silice, non testa. 'Samium,' testeum et acutum; unde 'samiare,' acere. Vide Nonium et Victor. xvrs. et xx. 10. *Idem.*

*Si M. Cælio credamus*] Marcus Cælius clarissimo quidem genere, sed maledicentissimus, cum publicandi novas tabulas justam causam quære-

ret, nobilium primorum, locupletum mores corruptos, apud populum seditionis concionibus suis traduxit, praesertim luxum effusum, prodigos sumptus, gulaeque ac ventris nepotatus, et insolentissimas ac importunissimas voluptates accusans, tam claris et manifestis exemplis ac testimoniis, ut eo saeculo jam tum videretur suis criminationibus proscindere Vitellium, inter Imperatores, quibus successit, vitium illis deditissimum ac contaminatissimum. Quamobrem cum circa Turios victus esset, nobiles, quorum virtute deturbatus erat, tam indignis probris affecti, primum Samia testa per contumeliam linguam praecedunt, quo modo matris Deum sacerdotibus virilitas amputatur: deinde interemerant, quod exemplum postea Antonius in proscripto Cicerone secutus est. Locum hunc sic intelligendum arbitror. *Idem.*

*Virilitatem amputant, nec aliter citra perniciem, si M. Caesio credamus] Voss. et Pintiani virilitatem amputare, nec aliter citra perniciem, M. Caesio credamus. Quasi adderet, vel intellectum vellet; quis enim velit experiri? Acad. quoque et Gud. et Men. carent rē si, sed habent amputant. Prodigiosa hic explicationem sunt commentis, M. Caesium, quum novas tabulas ferret, traduxisse nobilium et locupletum luxum tam claris et manifestis exemplis, ut eo jam saeculo videretur suis criminationibus proscindere luxuriosissimum Vitellium, qui postea imperavit: propterea nobiles Caesio circa Turios victo (qua metragyrtae virilitatem) Samia testa linguam praecidisse: deinde eum interemisse: quod exemplum postea Antonium in proscripto Cicerone secutum esse. Ἡράκλεις ἀποτρόπαιε! quantum? est erudite ineptire! Caesius in altercatione gravi probo objecit homini temporis ejusdem, Vitellio, adversario suo, dignum esse, cui lingua ob maledicentiam Samia testa praeci-*

deretur, immemor quid ipse tum temporis faceret. Itaque legendum, *tanquam et ipse non tunc eidem Vitellio malediceret.* Sed Caesius sine dubio aliquid gravius et lingua morigerari solitum Vitellium significabat. *Gronov.*

*Fractis etiam testis utendo sic] Chiffletius legit, Fractis etiam testis utendo sic; non probat. Lego: fractis etiam testis et tasis, addita calce utitur, ut firmius durent, quae Signina vocant. Dalec.*

CAP. XIII. *Terra varietates, et de pulvere Puteolano, et aliis terrae generibus quae in lapidem vertuntur.*

*Verum et ipsius terrae sunt alia segmenta] Voss. Men. Gud. Acad. Pintiani, alia commenta. Forte, momenta. Cap. sequenti extremo: 'Nam ad reliquos usus vitae in coriis lanisque perficiendis quanti sit momenti, significatum est.' Gronov.*

*Pulverem appellatum in Puteolanis collibus] Sidonius Apollinaris Dicaearchiam arenam vocat. Meminit et Dion lib. XLVIII. Dalec.*

*Si Cumano miscetur cemento] Cumano cementum quidam fieri volunt ex tophe vel pumice in sulphuris metallis nato. Idem.*

*Ab Oropo quidem Aulidem usque] Voss. et Acad. Aulida, ut et Pintiani. Gronov.*

*Patrobio, Neronis principis] Suetonius in Nerone capite quadragesimo quinto. Dalec.*

CAP. XIV. *De parietibus formaceis, et lateritiis, et eorum ratione.*

*Speculas] In quibus speculatores, ἡμροδόμοι, sive ἡμροσκόποι, stantes, et collocati, advenientium hostium ordines, acies, numeram prospiciebant, ut suis denuntiarent. Turn. XXVII. 7. Idem.*

*Illini quidem crates parietum luto] Adhuc multis in locis Galliae parietes cratibus, luto, et argilla pingui, e qua lateres fiunt, oblitis extruuntur. Idem.*

*Ædificiis non nisi bimos probant*] In apographo nostro, *ædificiis non sibi mos probant*; scribendum puta, *ædificiis novissimos probant*; nam si intritum, ex quo fiunt, macerari oportet, ut statim subdit, maceratus erit novissimum, et consequenter lateres ex eo facti firmiores. Et paulo post lege, adjecta conjunctione: *Eadem est et latitudo*. Pintian. *Ædificiis non nisi bimos, &c.*] *Lege*: quos non nisi a biennio probant. *Quin et intritam terram ipsam eorum*, materiam intelligit ex qua lateres finguntur intritam et subactam, ut 'intritus panis, cibus.' Alias, 'intritam' pro arenato etiam usurpatur, vel luto acerrato, quod *mortarium* vocamus. Mox leges: *Pitane in Asia et in ulteriore Hispania civitatibus Maxilia et Calento*. Vide Salmas. pag. 1232. a, b.

*Ædificiis non nisi bimos probant*] Sic præclare Sig. Gelenus. Salmasio ad Solin. pag. 1232. non sana videtur locutio, *bimos lateres* dici, qui ante biennium ducti sunt: præterea damnari eam lectionem a veteri codice, in quo sit, *quos ædificiis non idoneos probant*; quod etiam non sincerum et vix Latinum: denique conjectat, *quos a biennio probant*. Nimirum nomen veteris codicis virum decepit, quum sic exhibeant et Gud. Men. Academicusque, hoc est, peiores. At Vossianus: *rimosi sunt ædificiis non si bimos probant*. Sic prorsus, in quo vitium hoc unum, quod non si pro non nisi festinans librarius subiecit. Et hoc non modo sanum et Latinum, sed etiam Plinio frequens. XIII. 12. de palmis arboribus: 'Ergo plantaria institunt anniculasque transferunt et interdum bimas.' XVIII. 24. 'Semen optimum anniculum, bimum deterius, trimum pessimum, ultra sterile.' xxxvi. 23. 'calx trima.' Sic 'neces bimas et anniculas' Cato de Re Rust. cap. 17. Horatius I. Od. 10. 'Verbenas, pueri, ponite, thuraque, Bimi cum patera meri.' Adde

quæ ad xvii. 8. notavimus. Pintian. ni codex quoque, *nonisibimos*; unde ille, *novissimos*. Gronov.

*Quin et intritam ipsam eorum*] Totidem apicibus, non plus, non minus; Vossianus; non *intritam terram*, ut nugator ille codex, cui sublinendum ibidem os præbuit Salmasius. xxxvi. 23. 'Intrita quoque quo vetustior, eo melior.' At mox, *Lydion quo utimur*, et *Maxilia* prorsus optimæ membranæ, ut Salmasius. *Idem*.

*Didoron*] *Didoron*, id est, pollicum decem et octo: *tetradoron*, pollicum triginta sex, nempe trium pedum: *pentadoron*, pollicum quadraginta quinque, nempe trium pedum et novem pollicum. Vitruv. II. 3. *Dalec*.

*Pitane in Asia et in ulterioris*] *Lege*: *Pitane in Asia, et in ulterioris Hispania civitatibus Maxilia et Calento sunt lateres, &c.* Vide Isaac. Vossium in Melam, p. 186.

*Hispania civitatibus Massia et Calento sunt lateres*] *Hispania civitatibus Calento et Galliarum Massilia sunt*. Ex Vitruvio, non probante Philandro. In Bætica Maxiliam Ptolomæus, Massiam Theopompus apud Stephanum collocat. *Dalec*.

*Sunt enim e terra pumicosa*] Alia causa reddi potest et Seneca Quæst. Natur. III. 25. *Idem*.

*Ideo et in publica opera et regias domos adduntur*] In scripto codice: *de eo et publica opera et regias domos extruxere. Sic murum Athenis, &c.* Pintian.

*Ideo et in publica opera et regias domos adduntur. Sic struxere*] Acad. Men. Gud. *ideo et publica opera et regias domos extruxere murum Athenis*. Voss. *de eo et publica opera et regias domos struxere murum Athenis, qui ad montem Hymettum spectat: Patriæ ædes Jovis et Herculis*. Acad. quoque Men. Gud. *spectat martis edes*. Numquid, *de eo*, scilicet latere? an, *Latere et publica*; nam quæ interponere, in, *adduntur, sic*, et iterum *sic*, a mala

manu sunt. Sic et Pintiani codex, nisi quod extraxere sic murum. Vitruvius II. 8. 'De lateritiis vero, dummodo ad perpendicularum sint stantes, nihil deducitur; sed quanti fuerint olim facti, semper æstimantur. Itaque nonnullis civitatibus et publica opera et privatas domos, etiam regias, e latere structas licet videre. Et primum Athenis murum, qui spectat ad Hymettum montem et Pentelensem. Item pariter in sede Jovis et Herculis lateritias cellas.' Ubi legendum ex Plinio, 'Item Patris.' Gronov.

Qui ad montem Hymettum spectat] Hæc omnia ad verbum ex Vitruv. II. 8. Dalec.

Quod opus cum per se mirum esset, translatum] Vos. Murana et Varro. Cum opus per se mirum esset, tralatum, &c. Gronov.

Quia sesquipedalis paries] Romæ vero, in urbis majestate, civiumque infinita frequentia, ut coenacula plura fierent, ad pedes sexaginta domorum ædificia tollere permittebatur, quod scribit Aurelius in Trajano: vel septuaginta decreto Augusti, quod Strabo lib. V. parietum crassitudine sesquipedali, sive loco communi, sive intergerinorum, et ut ait Vitruvius lib. II. pilis lapideis, mænianis contignationibus obfirmata. Brissonius I. 1. Dalec.

Intergerinorum] Minorum, qui medicolorum duorum contignationem hinc illinc sustinent. Vide quod adnotatum est in XIII. 12. Idem.

CAP. XV. De sulphure, alumine, et generibus eorum, et medicina.

In terræ autem reliquis generibus] Acad. Men. Gud. In terræ autem generibus secundum regiones vel maxime. Utramque novitium est. Vos. In terræ autem regionis generibus. Significat opinor: In terræ autem interioris generibus vel maxime mira natura est sulphuris. Gronov.

Collibus qui vocantur Leucogæth Delph. et Var. Clas.

Plinius.

Quod est cuniculis] Vos. Leucogæthibus cuniculis. Scribe: collibus qui vocantur Leucogæthi. Ibi e cuniculis effossum perficitur igni; nam et Acad. leucogæ: ibi e cuniculis. Gud. et Men. leucogæ Nbie cuniculis. Idem.

Quod est cuniculis effossum, perficitur igni] In scripto codice, Libyæ cuniculis, &c. Pintian.

Hoc est glebosum. Eo solo ex omnibus generibus] Vos. hoc est gleba solum ex omnibus generibus medici utuntur alterum genus cetera enim liquore constant et conficiuntur oleo incocta vitium effoditur tralucetque et vires solo ex omnibus generibus medici utuntur alterum genus appellatur glebam. Sed illa, ex omnibus generibus medici utuntur alterum genus, priore loco inducta sunt, tanquam per errorem librarii eo incalcata. Scribe: nascitur solidum, hoc est, gleba. Solum (cetera enim liquore constant, et conficiuntur oleo incocta) vitium effoditur tralucetque et vires: solo ex omnibus medici utuntur. Alterum genus appellatur glebam. Primum, inquit, revera est gleba: alterum sic appellatur. Pintiani liber etiam, hoc est gleba quo solum. Tres quoque alii nostri, solidum hoc est gleba. Gronov.

Vitium autem effoditur] Dioscorides tantum astum, et non ustum refert. Ustum Plinius in tres species rursam dividit. Dalec.

Ad expiandas suffitu domos] Ovidius in Arte: 'Et veniat quæ instret anus lectumque locumque, Præferat et tremula sulphur et ova manu.' Alex. ab Alexand. v. 27. Vide quæ adnotata sunt in XVI. 10. Idem.

Gignitur et pingue liquorisque oleacei] Apographum nostrum, Gignitur et impingue dicique liquoris oleacei; legendum reor, non dicique, sed viceque: ut paulo post: 'Utunturque eo ad lucernarum lumina vice olei.' Et paulo infra, bituminis generibus lege, non bituminis generi. Pint. Gignitur et pingue, &c.] Lege: Gignitur et

16 S

*pinguedinei quoque liquoris in Sicilia Agragantino, fontium inficiens rivum.* In Sicilia Agragantino, scil. agro vel tractu. *Fontium inficiens rivum* est quod Dioscorides dixit, *ἐκφυγόμενον τὰς κρήνας.* Rivus fontium est *ὄχθη* et *πεῖθρον.* Salmas. p. 126. b. *Gignitur et pingue, &c.*] Lego ex Diosc. *liquoribus oleosi in Agragantino Sicilia agro, fontibus innatans.* Dalec.

*Gignitur et pingue liquorisque oleacei*] Sic sane jam Andreas. Pintiani liber, *et impingue dicitur liquoris oleacei;* unde ille legendum retur: *pingue viceque liquoris;* ut paullo post: *'atunturque eo ad lucernarum lumina vice olei.'* Sed quo ille argumento conjecturam suam confirmat, id ego illi maxime contrarium puto. Salmasius ad Solin. pag. 126. ex libro veteri affert, *et pingue dicitur liquoris in Sicilia:* jubet autem scribi, *Gignitur et pinguedinei quoque liquoris in Sicilia Agragantino fonte inficiens rivum.* Hanc vero vocem neque Afranli nauci nec Plauti cicco permutaverim. Primum, non si a τῶ *'Cupido,'* postquam id genus mutavit et nomen proprium factum, dicitur *'Cupidineus;*' nec si Apuleius finxit *'livedo'* et *'livedineus,'* ideo et Plinium *'pinguedineus'* a *'pinguedo'* dixisse crediderim. Dein *'pinguedinem'* nunquam dixisse Plinium apparet ex eo, quod ubicumque antehac ea vox legebatur, in melioribus libris reperitum est *pinguitudo.* Nec magis capit Ulitianum, *vivi que liquoris ac olei.* Nostri tres, *et pinguis liquoris in Sicilia;* ut ex Mss. jam dudum ad marginem ponitur. Optimus hic nos destituit, in quo deest folium continens quæ habentur ab hujus capitia *'chenas a facie cum terebinthi resina et lepras,'* usque ad sequentis *'simillima est ampelitis.'* Vellem scire quid tinnit Chiffetianus. Qui si cum Pintiani codice consentiret, scriberem: *Gignitur etiam pingue, lucenoque, liquoris oleacei, in Sicilia, Agrigentino*

*fontes inficiens rico.* Gronov.

*Bituminis probatio*] Martialis Venetum lutum appellat: *'Resina, Veneto vel resecare luto,'* fortassis quod afferretur ex locis Venetorum tractui vicinis. Dalec.

*Splendeat*] Purpuræ modo, Diosc. qui nigrum et sordidum vitiosum esse, et pice adulterari scribit. *Idem.*

*Concretum sanguinem*] Inde mos tractus Medicis, dandi lapidis ex alto, collis, obtritis mumiam, quæ piassphaltum est. *Idem.*

*Peculiare facit sui nominis*] Lego, *peculiare facit, et sui nominis;* nempe, Barbarum; sic enim Medici vocant. *Idem.*

*Discutit cum vino et castoreo*] Lego ex Diosc. *discutit. Procidencia ejusdem suffitu reprimat. Purgationes faminarum cum vino et castoreo potum elicit, &c.* *Idem.*

*Procidencia sedis suffitu reprimat*] In scripto codice *procidentes,* non *procidencia;* et verbum *sedis* non legitur ibidem: recte; est enim sermo de vulvis. Et infra paulo lege, *Nec minor est aut ab eo dissimilis,* non alio ordine. Pintian.

*In Cypro candidum et nigrum*] In eodem, non nigrum legitur, sed *nigris;* scribo *nigricans.* Alioqui falsum esset quod statim subdit, *exigua coloris differencia.* *Idem.*

*Ut sit limpidum lacteumque, sine offensis fricantium*] Lego: *Ut sit limpidum, lacteum, sine offensis fricanti, cum quodam igniculo calor. Hoc pyrinon vocant. An sit adulteratum deprehenditur succo Punici mali; sincerum enim mixturam fugit. Alterum genus est pallidi et scabri, et quod inficit ut galla, ideoque hoc vocant Paraphyron.* Vide Salmas. pag. 1166. a, b.

*Pellendumque pruritus ac per urinam sanguinem*] Scribe, *pellendumque per urinam sanguinem;* cætera supersunt ex vetere codice. Pintian.

*Trichilia*] Hoc aluminis genus propterea lapidem scissilem vocat Celsus

## v. 7. Dalec.

*Hoc fit e lapide, ex quo et chalcitā vocant]* Lege: *Hoc fit e lapide gleboso, Bolitā vocant, ut sit sudor quidam ejus lapidis in spumam conglutatus.* Sed Bolites ille lapis, genus est aluminis a figura sic dictum, ut *στρογγύλη*. *Salmas. pag. 1166. b.*

*Hoc genus aluminis siccit minusque sistit humorem inutilem corporibus]* In vetusto exemplari, *Hoc genus aluminis minus sistit humorem inutilem corporibus.* Reliqua non habentur in eodem; et mox paulo pinguitudine, non pinguedine. *Pintian.*

*Quod strongylen vocant]* Dioscoridi tria sunt genera τῆς στρογγύλης, σχωρῆ, στρογγύλη, ὄργα. *Galeno lib. IX. Simpl. et lib. VI. κατὰ τόπους, totidem;* sed solidi tantum, non liquidi, aut scissilis: ἀστρογαλατῆ, πλακίτις, πλωθίτις, latericium, crustosum, astragalo simile. *πλακίτιν* Dioscorides v. 123. *βαλίτω*, quasi *glebosum* alumen vocare videtur. *Dalec.*

*Sanguinem quoque sistit in totum foris illitum]* Scribe: *sanguinem quoque sistit intus foris illitum, ex scripto codice. Pintian.*

*Furfuribus corporum cum sero et pice]* Scribe, *cum eruo et pice, ex Diosc. lib. v. Idem.*

CAP. XVI. *De terra Samia, et Eretria, et Chia, et Scliniusia, et pigniti, et ampeliti medicina.*

*Et pigniti]* Alii, *pigniti.* Dalec.

*Quæ syropicon et quæ aster appellantur]* Legendum est, non *syropicon*, sed *collyrion*, tum ex scripto codice, tum ex Diosc. lib. v. quod tamen alii ante me annotaverunt. *Pintian.*

*Coquitur in calicibus crebro concussu]* Aliam cocturæ rationem vide apud Diosc. v. 171. *Dalec.*

*Pignitis Eretriæ similissima est]* *Galeno nigra et bituminosa, qualis Thracicus lapis. Ligni et carbonis vice Phrysiæ ampelotide utuntur, quam Σκρινίτην vocant. Idem. Pignitis Eretriæ, &c.]* Scribe *pignitis*, non

*pignitis, ex Diosc. lib. v. Pintian.*

*Grandioribus tantum glebis et glutinosa]* Lego: *grandioribus tantum glebis glutinosiorque. Effectus idem qui Cimolix, ex antiquo codice. Idem.*

*Ad hæc medicamentis additur]* Et ad hæc medicamenta additur, in eod. *Id.* CAP. XVII. *Cretæ genera ad vestium usus, Cimolia, Sarda, Umbrica, saxum, argentaria.*

*Ita ut in sole curatio hæc fiat, ut post sex horas aqua salsa abluatur]* Men. Gud. Voss. Academicusque: *fiat et post sex horas. Leg. igitur et abluatur. Gronov.*

*Est et alius Cimolix usus in vestibus]* Vide *Guilielmum Variar. II. 8. Lipsium Elector. c. 13. Dalec.*

*Argentaria]* Annulariam eam vocat supra cap. 6. hujus libri. *Idem.*

*Qua Circum producere ad victoria notam]* *Seneca Epist. 190. cretam in Circo, 'calcem' nempe, 'carcerem' antiquis vocatam fuisse scribit. Persio 'cretata ambitio' eorum qui honores petebant, servilis, et summissa conditio, humilis, abjecta. Albæ linæ in Circo meminit Cassiodorus Variar. lib. III. 'Alba linæ,' inquit, 'non longe ab ostiis, in utramque podium, quasi regula directa producitur, ut quadrigis progredientibus inde certamen oriretur, ne dum prope conantur elidere, spectandi voluptatem viderentur populis abrogare.' Quidam volunt triumphantibus aut ostantibus Romanis ducibus in more fuisse, ut indicio publici gaudii Circus creta dealbaretur, quemadmodum accepta clade populus vestem mutabat, et pullam lugubremque sumebat. Ad albam lineam Cassiodori pertinent hi Virgiliti versus: 'signoque repente Corripiunt spatia audito, limenque relinquunt.' In quibus Servius 'limen' exponit regulam, vel signum de creta factum. Ejus meminit et Martialis lib. VIII. 'Omnis habet sua dona dies, nec linæ dives Cessat, et in populum multa rapina*

cadet.' De hac Circensi creta vide Rhod. v. 14. et Salmas. p. 914. a, b. *Idem.*

Qua Circum præducere] Dalecampius hic notat Persio dici 'cretatam ambitionem' eorum, qui honores petebant, servilem et summissam conditionem, humilem, abjectam. Quasi respexerit ad cretam, qua pedes venallium trans mare advectorum denotabatur. At 'ambitio cretata' est petitorum in candida toga, in quam album creta apud fullonem additum erat. Gronov.

*Pedesque venalium trans mare advectorum]* Honestior lectio *venalitorum*, quam *venalium*; ut paulo post cap. seq. 'Hoc est insigne venalitis gregibus.' *Pintian.* *Pedesque venalium, &c.]* Juvenalis: 'Nuper in hanc urbem pedibus qui venerat albis.' Tibullus 'gypsatos' pedes vocat; et Ovid. in Amor. 'Nec tu, si quis erit capitis mercede redemptus, Despice gypsati nomen inane pedis.' Mancipiorum pedes creta signabantur, cum heri sigillo si privati homines essent; si publica, Reipublicæ. Itaque cælos servos Propertius appellat iv. 5. Fuit et Asiaticis signatoria creta, qua ceræ loco literas obsignabant. Victorius xiv. 4. Cretæ nunc etiam fuisse ad ornandam exhilarandamque faciem adnotatum xiiii. 8. ex Horatio: ac fortassis illa quidem creta

fuit, qua pilos virorum evelli auctor scripsit xiv. 20. *Dalec.*

CAP. XVIII. *Qui et quorum liberti præpotentes.*

*Menam]* Menam Sex. Pompeii libertum transfugam, aurei anuli jure, quod senatoribus ac equitibus solis permittebatur, donatum fuisse Dion scribit. Rhod. vi. 12. *Idem.*

*Ut Prætoria quoque ornamenta]* Idem fere Tibullus: 'Nota loquor: regna ipse tenet, quem sæpe cœgit Barbara gypsatis ferre catasta pedes.' De Pallante Claudii liberti, cui decreta sunt ornamenta prætorialia, et H. S. centies quinquaginta, vide Lipsium in Tacitum. *Idem.*

*Unde cretatis pedibus advenissent]* *Ocreatis*, non *cretatis*, in veteri exemplari; quod non magnopere displicet; ut sit schema charientismus. *Pintian.*

*Cum laureatis fascibus remitti illo unde]* Acad. Men. Gud. *remittit his qui illo cretatis.* Voss. *remittit inde illo cretatis.* Scribe: *tantumque non cum laureatis fascibus remitti, unde illi cretatis pedibus advenissent.* Commiseratione dignus optimus Pintianus, cum profert ex veteri exemplari, et sibi non magnopere displicere fateatur, *ocreatis pro cretatis.* Gronov.

CAP. XIX. *De terra ex Galata, terra Chupea, terra Balearica, terra Ebusitana.*



## LIBER XXXVI.

CAP. I. *Natura lapidum, ac marmorum luxuria.*

*Etiam ut gemmae cum succinis, atque crystalli cum murrinis sileantur]* Apographum nostrum, etiam ut gemmae cum succinis atque crystallinis murrinisque sileantur. Pintian.

*Huc illa quoque portantur]* Voss. huc illuc portantur juga. sine τῆς montium. Deinde idem Gud. et Acad. majore etiam nunc venis; non oceanis. Quasi diceret prius illud excusatus esse et facilius veniam invenire. Men. majore etiam nunc venis. Denique, ut editur, omnes, quam cum ad frigidos potus res petitur in nubila, non portantur. Quod etiam mirum genus loquendi videatur, tamen et sic IX. 85. 'Indicus maxime has mittit Oceanus. Inter illas belluas tales tantasque, quas diximus, per tot maria venientes, tam longo terrarum tractu, e tantis solis ardoribus, atque Indis quoque in insulas petuntur: et admodum paucis.' XIV. 4. 'Non maria plus temerata conferre mercatori, non in Rabrum litus Indicumve merces petitas.' XXX. 1. 'Voluminibus Dardani et in sepulchrum ejus petitis.' Ubi male Pintianus: 'Voluminibus Dardani in Cyprum petitis.' Et hoc XXXVI. 6. 'Nam id quoque accessit, ut ad Aethiops usque peteretur, quod faceret marmora: immo vero etiam in Indos: unde margaritas quoque,' &c. Sic autem nostri, praesertim optimus; non acceret; non quo margaritas, quam propinat Pintianus. Videtur autem scribendum: quod laceret marmora. Gronov.

*Glacie]* Nam crystallum glaciam

concretam multorum annorum spatii et seculorum aëvo credidit Plinius. Dalec.

*Sed et quam sine his multorum fuerit beatior vita]* Voss. videam ad quam sine et his multorum sit viator vita ista facere verius pati mortales quos ob usus. Media desunt omnia, ut, ad quamque multorum necesse sit necesse; tum imo: ut et in Pintiani codice. Scribe: *Secum quoque cogitet, quum pretia horum audiat, quum vehi trahique moles videat, quam sine his multorum sit beatior vita!* ista facere, verius pati, mortales, quos ob usus, quasve voluptates alias, nisi ut inter maculas lapidum jaceant? Multorum, τῶν πολλῶν, vulgi. Quamvis interdum dubitabam, apud fuisset multorum; nempe animantium. *Ista facere, vel ut verius dicam, pati scilicet etiam cogitet, nullum bonum ob usum, sed ut inter maculas cubent.* De τῆς verius vide quae notamus ad Livii XXI. 16. in Addendis. In Gud. etiam Menapioque et Academico desunt τὰ *Sed et, tum imo.* Gronov.

*Ad quamque multorum necesse sit necesse ista facere]* In scripto codice, cum majore litera, *Ista facere*; reliqua omnia in eo non habentur, ut videatur exclamatio ex abrupto nimiram ob indignationem. Pintian.

CAP. II. *Quis primus marmor in publicis operibus ostenderit.*

*Glandia in cœnis]* Prisciano, intestini partem: aliis, cervicis suprema glandulis referta. Dalec.

*Enimvero non alio modo]* Lege cum Vossian. *Id ipsum cur? aut qua magis via inreput vitia, quam publica? quo enim alio modo in privatos usus illa*

venere eborā, aurum, gemmā? Sic et Pintiani cod. Gronov.

*Utilius fuerat quam tacere*] Voss. et Pintiani: *utilius fuerat? Tacere tantas moles in privatam domum trahi præter scitilia Deorum fastigia.* Quasi diceret: At illi tacere: vel, Tantum abest, ut moribus caverint, ut etiam tacerint. Recte autem et Voss. *scitilia Deorum fastigia.* Frustra, qui *simulacra* aut *fastidia* subjecere. XXVIII. 2. 'Cum in fastigium ejusdem delubri præparatæ quadrigæ fictiles in fornace crevisent.' XXXV. 12. 'Hinc et fastigia templorum orta, propter hunc plastæ appellati.' Ibidem: 'fictiles in fastigio templi ejus quadrigas.' *Idem.*

CAP. III. *Quis primus peregrino marmore columnas habuerit Romæ.*

*Quis primus*] Ms. *Quis primum.* Dalec.

*Obrepsisse quodam vitæ rudimento*] Alii *ut*, quemadmodum et Academicus, Men. Gudianusque. Voss. *ut*. Lege, *quodam vitii rudimento.* Tenui et minus animadvertæo principio. Deinde Voss. *Jam L. Crassum Oratorem illum, sine tæ enim.* Gron. *Qui nos sequentur, meliores non esse probabunt*] In archetypo nostro, *Hæc et quæ sequuntur*; scribend. *reor, ecqui sequentur meliores esse nos, &c.* Pintian.

*Qui nos sequentur, meliores nos esse*] Pintiani codex, *Hæc et quæ sequuntur m. esse nos probabunt*: ipse, *Ecqui sequentur.* Voss. *Hæc at quæ sequuntur m. e. n. p.* Lege: *Sed et qui sequentur, meliores esse nos probabunt.* Gronov.

CAP. IV. *Qui primum laudati in marmore scalpendo, et quibus temporibus.*

*Protinus Sicyonios fumes invasit*] Voss. *Sicyonem.* Idem.

CAP. V. *Nobilitates operum et artificum in marmore CXXVI. de marmore Pario, et Mausoleo.*

CXXVI.] Ms. CCXXVI. Dalec.

*Bupalus et Anthermus*] Primus is Fortunam fecit *φερέλαιον*, ut ait Pindarus, polum capite gestantem, et altera manu τὸ τῆς Ἀραβέλας κέρας. Rhodig. XVIII. 14. Sculptis et Charitas in Aitali conclavi apud Pergamēnos, quæ ob artificii præstantiam ostentabantur, et Charitas apud Smyrῆnos. Dalec. *Cujus filii Bupalus et Anthermus*] Scribo *Athenis*, non *Anthermus*, ex Suida in dictione *Hippanax.* *Bupalus* vero meminit et Pausanias in Messeniis et in Bœoticis. *Pintian.*

*Hippanax*] Vide Hadr. Jun. I. 16. Dalec.

*Amaritudinem carminum distinxit*] Quemadmodum enim gladium distringimus petitori hostem, ita hic Hippanax metaphorice dicitur amaritudinem carminis, quæ illi pro telo fuit, in inimicos distinxisse. *Gelen.*

*Non vitibus tantum censeri Chium*] Voss. *Cion*; hoc est, *Chion.* Sic infra, 'Phidian tradunt,' et 'Phidian clarissimum,' ut et alii. Gronov.

*Ostendunt et Iasti Dianam manibus eorum factam*] Ab Io insula *Ietes* gentile nomen ducit Stephanus, penultima aut producta aut correpta. Forte autem Plinius formam Latinam sequens fecit ab Io *Iasius.* Quid si legas *Iassi* cum duplici *ss*, et intelligas Carie urbem in insula cognomine positam, referente Stephano? *Pint.*

*Sed in Pariorum mirabile proditur*] Apud Cic. de Divinat. lib. I. Carneades narrat in Chiorum lapidicinis saxo difisso Panisci caput extitisse. Apud Originem lib. τῶν φιλοσοφουμένων Xenophanes Colophonius tradit, in lapidicinis, quæ Syracensis propinquæ sunt, inventas esse picinam et phocarum figuras: in profundissima vena marmoris Paril, lauri imaginem. Theodorus Canterus Variar. I. 15. Dalec.

*Phidiam tradunt scalpsisse marmora*] Ob ejus in hac arte insignem excellentiam ac præstantiam, jaectatum

Græcis proverbium fuit, *φειδίαν εὐρήνην προΐηται*, cum pax καλλιμορφος esse, videanturque signi pacis tempore fortiosiores pueri, vel etiam a pictoribus imagines, et sculptoribus statuarum pulchriores fingi. Leopardus v. 15. *Idem.*

*Romæ in Octavia operibus] Partibus, non operibus, in vetusto codice: legendam videtur porticibus, ut alibi dictum est, non partibus. Pintian.*

*Alcamenem] Cicero de Natur. Deor. lib. II. 'Et quidem,' inquit, 'laudamus Athenis Vulcanum eum quem fecit Alcamenes, in quo stante ac vestito leviter apparet claudicatio non deformis:' nimiram τοῦ Κυλλοκιδίως. Victor. XXI. 19. Dalec.*

*Ejusdem discipulus fuit Agoracritus Parius, ei ætate gratus] Scribe: Ipsius discipulus fuit Agoracritus: par ei arte, sed gratus, ex scripto codice. Pintian.*

*Agoracritus Parius, ei ætate gratus] Significat quod multis fuit Alcibiades, de quo Cornelius Nepos: 'Ineunte adolescentia amatus est a multis more Græcorum.' Sed hos sæpe 'diligenti turpius, quam par erat,' homines 'loquebantur,' ut idem Nepos in Hamileare. Sic Livius lib. XXI. 'Florem ætatis, inquit Hasdrubal,' &c. Sic Philumene 'hæreditates officio ætatis extorserat' apud Petronium. 'Dotes formæ pueritiæque' vocat Justinus. Optanda isti ævo simplicitas magis viri, qui corrigit, par ei arte, sed gratus. Gronov.*

*Certaverunt autem inter se ambo discipuli in Venere faciendi] Præpositione caret Vossianus. Et genus loquendi Tullianum est Venere faciendi, pro Venerem faciendi. Restituimus et Livio. Idem.*

*Quæ Jovis Olympii famam intelligunt] Eo simulachro perfecto Phidias interrogatus unde id propemodum e celo petita lineamenti eboris amplexus fuisset, respondit ex Iliad. A. Ἦ, καὶ κτανέησιν ἐπ' ἄφροσι*

*videte Κρονίων. Ἀμβρόσιαι δ' ἔρα χαῖται ἐπεβρόσαντο ἠνακτος, Κρανὶς ἂπ' ἀθανάτου· μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὀλυμπον. Valer. III. 7. Dalec.*

*Minervæ Athenis] Lemniam fuisse vocatam, quod eam Lemnii dedicassent, Pausanias scribit lib. I. Idem.*

*Sed scuto ejus, in quo Amazonum prælium calavit intumescente ambitu] Voss. rotundius: sed in scuto ejus Amazonum prælium calavit inter ambitum parmae. Forte, intra ambitum. Nec vero in Acad. Menap. et Gud. est τὸ intumescente, sed tantum calavit ambitu. Gronov.*

*Adeo momenta omnia compacta artis illius fuerunt] Alii, comperta artis illius, vel comperta artis illi. Acad. Mem. et Gud. adeo momenta omnia artis illius illi. Voss. omnia cuncta artis illi fuerunt. Scribe, adeo momenta omnia capacia artis illi fuerunt. Idem.*

*Sub ipsa cuspidis æream sphingem] Lege, Super ipsam cassidem æream sphingem. Vide Meurs. Cecropia pag. 35.*

*In Ceramic] Prope Ceramicum vicum, et in ipsius aditu. Pausanias lib. I. Praxitelis opera duo fuisse tradit, alterum statuum equestrem, alterum Neptunum, qui in equo sedens Polyboten gigantem hasta petit. Vide quod adnotatum est xxxv. 12. Dalec.*

*Prætulerunt optione, quorum conditio erat, Coi] Deme verbum optione, ex vetere exemplari. Alioquin legendum videretur, optio quorum conditio erat. Pintian.*

*Quam ob id quidem prætulere optione quorum] Voss. prætulere quorum conditio erat Coi, sine τῇ optione; quod interjecerunt, qui nescirent τὸ conditio esse id ipsum hic quod optio. Cicero pro Cluentio cap. 14. 'Sed cum esset hæc illi proposita conditio, ut aut juste pieque accusaret, aut acerbe indigneque moreretur, accusare, quoquo modo posset, quam illo modo emori maluit.' Ubi forte me-*

lius, 'nt aut parum pie accusaret.' Justinus lib. 1. 'Si conditio proponatur, utrius vitæ sortem legant, hesterni laboris an præsentiam epularum.' Pintianus observat in suo quoque codice defuisse *rd optio*: alioqui, subjicit, legendum videretur: *optio quorum conditione*. Nihil melius scriptura vetere. Gronov.

*Veneris Praxitelicæ specimen*] *Academ. Praxitele*. Voss. *Praxitelia*. Lege, *Praxitelia*, ut est in Gudiano et Menapio. Sic et infra: 'Venus in eodem loco nuda Praxitelicam illam Gnidiam antecedens.' Voss. *Praxitelia*. Acad. Men. Gud. *Praxiteliam*: omnes nesciunt *rd Gnidiam*, Pint. codex *Praxitelis*, si tamen bene expressum est. *Idem*.

*Ille propter quem Thespiæ visebatur*] Pausanias in Bœoticis, C. Cæsarem ideo necatum putat, quod eam imaginem sustulerit: eadem etiam causa interfectum Neronem, quod illam Thespias reportatam iterum demolitus sit. Victorius xviii. 21. *Dalec*.

*In Octavia scholis positus*] 'Schola in balneis,' labri sive balnei summa pars, in qua qui nondum lavissent sedentes expectabant, donec exirent qui priores occupaverant: in porticibus vero locus in quem Philosophi convenientes consident, conulescant, et disputant. Rhod. xxx. 20. Vide quod adnot. est in xxxv. 10. *Idem*.

*Bona Fortune*] Vide Alex. ab Alex. i. 13. *Idem*.

*Caryatidas*] Caryatidum historiam vide apud Vitruvium i. 1. et Philandri in eum locum adnotationes: quibus adde ex Pausan. lib. iii. et iv. in historia Aristomenis, Caryas vicum esse non longe a Lacedæmone, Dianæ et Nymphis sacrum: ubi ad Caryatidis Dianæ templum et signum virgines Lacæonæ anniversarium sacrum faciunt, et patrio ritu saltant: unde eæ Caryatides dicte. *Idem*.

*Et Siloni in Asiæ Pollionis monumentis*] Voss. in *Pollionis Asiæ monumentis*. Ut et mox, *Venus in Pollionis Asiæ monumentis*. Ut xxxvi. 7. 'Nepos Cornelius,' Voss. et alibi 'Drusus Livius,' 'Paulus Æmilius.' Gronov.

*Praxitelis filius Cephissodorus, rei et artis heres fuit*] Deme verbum *rei*, ex scripto codice. Notavit hoc etiam Hermolaus. *Pintian*.

*Symplegma*] Complexus duorum puellorum, mutuo sese osculantium: vel duorum collectantium; ut mox hoc ipso capite. *Dalec*.

*Apollinem Palatinum*] Cujus simulachrum Lucullus advexit ex Apolloniatarum insula. supra iv. 13. *Idem*.

*Chamætaras*] Socias hami sedentes, non in sedili. Vertendum 'scorta' minime puto, quoniam id Vestæ pudicitias non conveniret; nisi quis putet in facie comitum Vestæ expressisse meretricum duarum imaginem, quas amabat: pedisequas. Quidam legunt *Commotrias*. *Idem*.

*Hippocampus*] Hippocampum intelligi par est hoc loco, non pisticulum memoratum Dioscoridi et Galeno, sed potius monstrum cetaceum equo simile, quoniam et 'campas' equos marinos vocant, et alia omnia cetacea. Nævius in *Egisto*: 'Tum autem lacivum Nerei simum pecus Ladens ad cantum classium lustratur: Siroes citis Delphino junctis vehiculis, hippocampisque asperis.' Apud Nonium in dictionibus, 'hippocampus,' 'lustrare,' 'pecus.' *Scalig*.

*Chorusque Phorci et pristes*] Sic Virgil. *Æneid*. iii. 'Tritonesque citi, Phorcique exercitus omnis.' Is fuit rex Corsicæ ac Sardinia, et tandem habitus pro Deo marino. Phorcum mythologi maris extremum ambitum interpretantur, maris et terræ filium, eumque Cetonis congressu genuisse Græas a partu statim canas, nimirum spumas quas illisum mare suo littori excitat. Rhod. xxxvi. 18.

*Dalec.*

*Chorusque Phorci et priates]* Voss. Men. Gud. Acad. *piatrics*. Est enim *piatris* eadem quæ *priatis*. Gronov.

*Ad Labicam portam eunti]* Non agnoscit nostrum exemplar hæc verba. *Pintian*.

*Apollinis Sosiani]* *Sosianum* quidam volunt ἀπὸ τοῦ σόζω, quasi σωτήρα qua ratione σωτήρων Deum victis Arcadibus Elei coluerunt Pausania auctore lib. vi. Alii *Sosiani* interpretantur, quasi *Susiani*, *Susis* Romanam aucti. Vide *Lilium Giraldum*. Aliis placet *Sosianum* vocari, quod ad librarium scriptorum officinas locatus esset. *Sosios* enim præstantissimos ejus artis magistros *Horatius* memoravit in *Arte*: 'Hic liber æra meret *Sosii*,' et in *Epist.* 'Sosiorum pumice mundus.' *Dalec.*

Ex quibus unus *Liberum Patrem palla velatus humeris præfert, alter Liberum similiter]* Recte *humeris* *Gelenius pro Veneri* aut *Veneris Hermolai*: itaque cadit et gratia correctionis alterius: *alter Liberum Semeles*. Voss. *Liberam similiter*; nam τὸ *similiter* non respicit personam quæ fertur, sed habitum ferentis. *Lælius lib. xxxiii.* 'Ex argento multaticio tria signa ænea *Cereri Liberoque et Libere* posuerant.' *Gronov.*

*In Septis]* *Septa*, locus in campo *Martio* tabulis munitus, in quibus stans *populus Romanus* suffragia ferebat. *Dalec.*

*Leocharem]* *Telocharen* *Vitruvius* appellat II. 8. Idem fecit et *Martis* statuam *colosseam* in ejus templo *Halicarnassi*, quam ἀρόλιον vocaverunt. *Idem*.

*Sepulchrum hoc est ab uxore Artemisia factum]* Hæc verba, præterquam quod in nostro *apographo* nulla sunt, manifeste apparet esse *glossema* expositionemque verbi illius *Mausoleum*: alioqui non subjunxisset *Plinius*, summus brevitatibus amator, verba illa

quæ paulo infra sequuntur: 'priusque quam peragerent, regina *Artemisia*, quæ mariti memoris id opus extrui jusserat, obiit.' *Pintian*.

*Mausolo Caria regulo, qui obiit Olympiadis centesima anno secundo]* Voss. *Olympiadis CVI. anno secundo*. Et sic rursum c. 6. 'Is obiit *Olympiadis* *CVI. anno secundo*' Voss. *centesima sexta anno secundo* *Menap. Gud. Academicus*. In *Olympiadis* numero consentit *Diodorus Siculus*; sed in quantum ejus annum, consules *M. Fabium Ambastum* *M. Popillum Lenatem* *U. C. 397.* mortem refert *Mausoli*, lib. xvi. *Gronov.*

*Septem miracula]* Vide *Rhodig. xxiii. 6. Dalec.*

*Cingitur columnis triginta sex. Ab Oriente]* *Turnebus Adv. xvii. 4. ex Mss. protulit auctius: Cingitur columnis XXXVI. pteron vocare: idque confirmavit sequentibus verbis: 'Namque supra pteron pyramis.' Vossianus etiam isto locupletior: Cingitur columnis triginta sex. Pteron vocare circumitum. Ab Oriente calavit Scopas.* *Infra c. 13.* 'Aliæque rursus extra murum *Labyrinthi* ædificiorum moles: *pteron* appellant.' *Vitruvius 'pteroma'* III. 2. et IV. 7. *Gronov.*

*Id gloria ipsorum artisque monumentum judicantes]* *Monumentis*, non *monumentum*, in vetusto exemplari legitur; quapropter forte verior lectio esset, *id gloria ipsorum artisque monumentis dantes*. *Pintian*.

*Pteron]* *Alii ptera*, alii *pteronata*. Sunt autem adstructi vicinique parietes templis ac ædificiis publicis ad altitudinem ædificii utrinque assurgentes, sic dicti quod alarum instar explicentur, ædificiumque protegant. *Strabo* lib. xvii. ejus vocabuli significatum apertissime declarat. Vide c. 13. hujus libri. *Dalec.*

*Hæc adjecta centum quadraginta pedum]* Locus hic suspectus est; nam cum altitudo inferioris ædificii fuerit

37. pedum cum dimidio, pyramidisque par celsitas, numerus is geminatus efficit pedes 75. quos si ab altitudine totius operis, quæ fuit 140. pedum, auferas, restabant pedes 65. tribuendi quadrigæ impositæ, et viginti gradibus ad pyramidis basin collocatis. Non est autem probabile altitudinem tantam fuisse quadrigæ et graduum. *Idem.*

*Socrates fecit*] Philosophus, Sophronisci filius, cum Mercurio, auctore Pausania lib. 1. *Idem.*

*Hippiades Stephani*] Equestres statuae, ut Amazonum, quæ primæ ascenderunt equos. *Hermol.* Rhodiginus legit *Hippades*, c. 1. Quidam, *Hesperides*. Alii, *Hippe*: Cheironis ea filia fuit. Aqueus, *Appiades*; illasque interpretatur Venerem, Palladem, Vestam, Concordiam, Pacem, quarum simulachra ornandis Appiæ aquæductibus et fornicibus positæ fuerunt. Ovid. de Arte lib. 11. 'Has Venus e templis multo radiantibus auro læta videt lites, Appiadesque Dem.' Probabile tamen non est, Græcum sculptorem, et in Italiam fortassis nunquam transgressum, illas fecisse; nisi forte statuas illas Appiadum Dearum, Entochi opera, Romam advectas ad Appiæ aquæ ornamenta existimes. *Idem.*

*Hermerotes Taurisci*] Hermerotes, Mercurii et Cupidinis juncta simulachra, ut 'Hermathenæ' Ciceroni Mercurii et Palladis conjunctæ statuae. In vetustis legitur, *Hermæ et Erotas Taurisci*. *Idem.*

*Et Taurus*] Propertius: 'Tu reddis pueris matrem, puerique trahendam Vinxerunt Dirce sub truci ora bovis.' *Idem.*

*Taurisci. Parentum ii certamen de se fecere*] In veteribus legitur, *Taurisci. Par autem ii certantes de se iudicium fecere. Lego ex manuscripto, Taurisci parentum. Ii certamen de se fecere, &c.* Menecrates et Artemidorus patres fuerunt Apollonii et Tau-

risci. Ii seipsos pinxerunt æmulationis certamine. *Idem.*

*Cætera signa Praxiteles*] Scribo *Pasiteles*, non *Praxiteles*, tum ex vetusto codice, tum etiam ex Pausania in Heliacis. Meminit et Plinius Pasaiteles, infra hoc ipso capite. *Pintian.*

*Dactylidis Pythias, Amphistrati Callisthenem*] Acad. *deterubus phici amphistrati*. Men. et Gud. *decertilis pithiam amphist.* Voss. *dercillis pycias amphistrati*. Fortasse: *Dercyli Pycias, Amphistrati Callisthenem*. VII. 12. 'Indubitatum exemplum est Nicæi nobilissimæ pyciæ Byzantii geniti.' Pintiani codex, *Dercyles pycias*: nunc ipse, *Dercylides pycias*. Gronov.

*Deinde multorum obcurior fama est*] Voss. et Pintiani, *Nec multe plerumque fama est, sine τῶ obcurior*. Non multo plures ad famam pervenerunt. *Id.*

*Omnibus et picturæ et statuariæ artis præferendum*] Parum interest; sed tamen et Acad. Gud. Men. Voss. *præponendum*. *Idem.*

*Ex uno lapide cum et liberis*] Præter Virgilium Æneid. 11. ejus rei historiam describit Enmolpus iuculentissimis versibus in Satyra apud Petronium. *Dalec.*

*Humana sacrificaverunt victima*] Saturno infantes Carthaginienses sacrificare solitos esse Lactantius et Silius tradunt: quin etiam Plato in Protagora, Diodorus lib. xx. A Tyrhis hoc traditum, et usque ad orbis excidium servatum Q. Curtius scribit. D. Augustinus infantes etiam a Gallis Saturno immolatos fuisse memorat. Vide Rhodig. XIII. 23. Plautus in Amphitr. 'Faxo ut bubulis coriis onnatus sis Saturni hostia.' *Idem.*

*Ad nationes*] Sic dictus locus Romæ ob statuas nationum 14. illie positas, quarum paulo post fit mentio. *Idem.*

*Et civitate Romana donatus cum iis oppidiis*] Scribendum arbitror, *et civitate Romana donatus summis opibus, &c.* ut paulo infra de Saura et Batra-

cho: 'Quidam et opibus præpotentes fuisse eos putant.' *Pintian.*

*Jovem fecit eburneum*] Acad. Gud. Men. Voss. *eboreum*. Gronov.

*Sed que fecerit, nominatim non fertur*] Voss. *Fecisse opera complura dicitur: que fecerit, nominatim non fertur*. Acad. quoque Men. et Gud. fertur. Idem.

*Cujus se marmoream habuisse leonem tradit*] Verbum tradit inducunt et Voss. Mensp. Gud. Academicus: quippe quod lateat in τῶ magnificat. Idem.

*Idem et a Coponio XIV. nationes*] Fortasse non XIII. nationes, sed cognationes legendum est, de quibus supra mentio facta, quod idem significat et *syngeixon*, ante etiam dictum. *Pintian.*

*Myrmecides*] Idem *Ælianus* Hist. lib. 1. qui et addit elegiacum distichon aureis literis scriptum fuisse in semine sesami, VII. 21. Idem *Myrmecides* navem fabricatus est, quam apicula pinnis absconderet. *Varro de Lingua Latina* lib. VI. 'Etenim facilius obscuram operam *Myrmecidis* ex ebore oculi videant, si extrinsecus admoveant nigras setas.' *Hadr. Jun. VI. 4. Dalec.*

CAP. VI. *Quando primum marmorum in ædificiis usus, et quis primus Romæ crustaverit parietes, et quibus ætatibus quæque marmora in usum venerint, et quis primus marmora secuerit, et ratio secandi: de harena.*

*Regias quoque domos*] *Odyss. Δ. Χαλκῶ τε στρογγύη, καὶ δέματα ἠχέσσω, Χρυσῶ τ', ἠλέκτρον τε, καὶ ἀργύρου, ἧ δ' ἐλάφαντος, φράζεο Νεστροπιδῆ.* Idem.

*Is obiit Olympiadis C. anno II. urbis Romæ anno CCCII.]* Lege, *Is obiit Olympiadis C. anno II. urbis Romæ CCCLXXIV.* nam Olympiadis centesimæ annus secundus, erat urbis Romæ trecentesimus-septuagesimus quartus. Vide *Meurs. Arch. Athen.* p. 142.

*Præfectum fabrorum Cæsaris in Gallia. Neque indignatio sit*] *Voss. et Pintiani, fabrum.* Dein Acad. *nec id desinimus indignari.* Men. et Gud. *neque id desinimus indignati.* Voss. *neque id indignati desit tibi.* *Scribe, Mamurram Formis natum, equilem Romanum, præfectum fabrum C. Cæsaris in Gallia: ne quid indignari desit tibi auctore inventa re. XXXIII. 11.* 'Quæ et ipsa (Achaica victoria) signa et tabulas pictas invexit, ne quid deesset.' xxxv. 11. 'Ne quid desit temporis ejus securitati, tibias tenens.' xxxvi. 15. 'Bis vidimus urbem totam cingi domibus principum Caii et Neronis, et hujus quidem (ne quid deesset) aurea.' *Gronov.*

*M. Lepidus*] *Ejus domus suo seculo Romæ pulcherrima fuit, cap. 15. hujus libri. Dalec.*

*Denique M. Lepidus Catuli in consulatu collega*] Quatuor membranæ uno animo excludunt τὸ *denique*. *Gronov.*

*Omnium limina ex Numidico*] Pavimenta ex Numidico 'Pœnica' vocat apud Festum Cato his verbis: 'Dicere possum, quibus villæ atque ædes ædificatæ atque expolitæ maximo opere citro, atque ebore, atque pavimenti Pœnicis stent,' &c. *Dalec.*

*Ut Mamurra Carystium posuit*] Ultimum verbum redundat, ex scripto codice, et *Carystii* legitur, non *Carystium*, ibidem; quod si recipis, mutandam quoque habebis vocem *Mamurram* in patrium casum. *Pintian.*

*Nascitur in Nili insula*] In eodem, nascitur in Nilo etiam; ut pntem legendum *Melo*, non *Nilo*, ejus in superioribus habita frequens mentio. *Idem.*

*Ab amatore nomen accepit*] Non *amatore* in eo legitur, sed *actore*; ut legendum forte sit *auctore*. *Idem.*

*Imo vero etiam in Indos, unde margaritas peti, &c.*] *Scribe, imo vero in Indos, quo margaritas peti, &c.* ex veteri codice: et statim ante commo-

diorem reor lectionem securet, quam faceret. Pintian.

*Ex quodam Adriatici maris vado]* In eodem vadorum legitur, non vado. Scribo, *ex quodam Adriatici maris vado, oram aestu nudante.* Idem.

CAP. VII. *De Naxio, et Armenio, et de generibus marmorum.*

*Cotes in Cypro]* De Naxia cota Diosc. lib. v. *Dalac.*

*Ex Armenia vecta]* Theophr. de lapidibus. *Idem.*

*Pretiosissimi quidem generis Lacedaemonium]* Acad. Gud. Men. Voss. generis sicuti *Lacedaemonium.* Forte, *Pretiosissimi quaedam generis, sicuti Lacedaemonium.* Gronov.

*Augustum undatim crispum in verticibus]* Legend. *Augustum undatim crispum in vertices, Tiberium sparsa non concoluta canitis.* Sic de mensis citreis: 'Præcipua dos in venam crispis, vel in vertices parvos.' Onyx igitur vel alabastrites lapis, candidus vel mellei coloris, et in vortices maculosus. *Salmas.* 559. a.

*Duo ejus genera]* Tria Dioscoridi: primum, nigrum et ponderosum; secundum, cinereum notis compunctum; tertium, lineis candidis interiectum. *Dalac.*

*Vocatur et Memphis a laeo]* Dioscoridi pingue, varium, calcalorum magnitudine. *Idem.*

*Ex eo candidis intervenientibus punctis]* Legend. *Ex eo candidis intervenientibus punctis Leptopsephos vocatur.* *Salmas.* 562. b.

*Triarius Pollio]* *Vitrasius* quidam legant, ut apud Modestium Jurisconsultum in rescripto Hadriani ad *Vitrasium Pollionem.* Verum id minime quadrare videtur, cum Hadrianum multis annis Plinius antecesserit. Quare alium Pollionem fuisse necessum est, quam eum ad quem scripsit Hadrianus. Manuscriptum habet *Vitrasius.* *Dalac.*

*Ex Ægypto Triarius Pollio]* Tres quibus utimur, *Vitrasius Pollio.* Rec-

tegitur restitutum *Vitrasius*, ut plane Menapius. Sed quosdam sic legere aiunt, ut apud Modestium J. C. in rescripto Hadriani ad *Vitrasium Pollionem*: verum id minime quadrare, cum Hadrianum multis annis Plinius antecesserit: eoque alium Pollionem fuisse necessum esse quam eum, ad quem scripsit Hadrianus. Quis dabit? nec Plinius Hadrianum modo, sed et Claudius Plinium. Qui rescriptum Hadriani advocavit, insinabat non eundem utrobique hominem appellari, sed *Vitrasiam* gentem Romanam, et ejus gentis cognomen *Pollionem* fuisse. Satis igitur quadrat hoc rescriptum. Quemadmodum etiam, quod scribit Dio lib. LVIII. *Ἐκ τούτου Οὐγγραίου Παλιῶτος τοῦ τῆς Ἀθήκτου ἔρχοντος τελευταῖως, Ἰσθρῶ τῶι Κασσαρέφι χρίνον τινὰ τὸ ἔθνος ἐπέτρεψε.* Hic vel pater vel e natu majoribus proximorum fuit ejus, cujus meminit Plinius. Lapis Pateolis in quadam trari apud Gruterum fol. 192. 10. DEDICATA. VI. ID. AVG. T. VITRASIO. POLLIONE. II. M. FLAVIO. APRO. Apud eundem fol. 303. VITRASIVS. POLIO. Et *Vitrasianum* sc. l. xxx. § 6. D. de fideic. libert. *Gronov.*

*Quem vocant basalten]* Hunc lapidem sic describit Strabo lib. XVII. 'Nos Philas ex Syene planastro venimus, per campum valde planum, centum stadiorum. Per totam viam strinque multis in locis videbantur quasi hermæa, scopuli alti, rotundi, admodum politi, pene teretes, nigri ac duri lapidis, e quo mortaria fiunt.' &c. Tales lapides, sed minutuli, reperiuntur prope Caillon, arcem Rhotomagensis archiepiscopi, foris asperi, terberosi, veluti oblitii luto, et candicantes, intus gagate nigrores. *Dalac.*

*Argumento Nili XVI. liberis circa ludentibus, &c.]* Exemplaria Romana, *Argumento septem orbibus circumdantibus per quos, &c.* Parmensia et quaedam alia recentiora, *Argumento ipso liberis circa ludentibus.* Scribendum



arbitror, non *liberis*, sed *alabetis*. *Piscis* est *alabete*, Nillo peculiaris, ut supra Plinius ostendit, v. 9. et confirmat Strabo lib. ult. *Pintian*.

*Per quos totidem cubiti summi incrementi*] Voss. Men. Gud. Acad. *cubita*. Ut passim affibi Plinius. cap. sequenti, 'mensuras non ultra bina cubita.' Sic et VII. 2. et 16. VIII. 25. XIII. 11. XVIII. 18. et alibi. Quo magis miror, quam hunc locum, quemadmodum esse haberet in scriptis, vestigaverint et Hermolaus et Gelenius et Pintianus, omnes id prætermisissæ. Barbaro debetur *sedecim liberis*: Gelenio *augentis se amnis*; Pintiano *eruditiois nuntie ludibrium alabetis ex Plinii v. 9.* Sed *liberos*, non *pisces*, iussisse in ejusmodi exemplis circa Nilum testis læoplos Philostratus: *Περὶ τῶν Νείλων εὐχόμενοι ἀδύρουσι, ταυθία ξύμμετρα τῆ ἰσότητι. Καὶ ὁ Νείλος αὐτοῖς ὑπεργάσσεται, τὰ τε ἄλλα καὶ ὅτι κηρότουσι αὐτῶν ἕως Ἀργυρῆας προσιχόμεναι. Προσάγεταί σθον, καὶ οἶον ἔρχεται, ἀπὸ ἐκ τοῦ ὕδατος βρόβη ἔπαλλὰ καὶ μειδιάρτα.* Et possunt hodieque videri Vaticanis in hortis *Gronovæ*.

*Mammoneis statua dicatus*] De hac Philostratus in Iconibus et Heroicis, Lucianus in Toxari, Apollonius Tyanensis fuisse, Strabo, Pausanias, Rhodig. xxii. 5. *Dalec*.

*Potentis primum vasis inde factis*] Hic locus ostendit, contra quam putat Agricola, *Murrhina* vasa alia fuisse, quam quæ ex onychite sunt. τῶν *ονυχίτων ποτηρίων* meminit Athenæus p. 243. vs. 50. ex Posidonio Philospho. *Idem*.

*Nepos Cornelius tradit magno fuisse miraculo*] Sic Voss. ordinat verba. Recte autem Hermolaus: *amphoras ex eo Chlorum magnitudinis cadorum*: frustra subjicit, vel *Antiochlorum*. Lucianus Veræ Historiæ lib. II. Ἐκαστος αὐτῶν *κλον αἶθων περικληθέστερον. Gronov*.

CAP. VIII. De *alabastrite*, et *Lydino*, et *Alabandico*.

*Hunc aliqui lapidem alabastritem vocant*] Plin. onychitem gemmam, quam nos *cassidoine* vocamus, ab *alabastrite*, quem etiam quidam onychiten vocant, parum attente minime distinguit. *Dalec*. *Hunc aliqui lapidem alabastritem vocant, quem cavent ad vasa unguentaria*] Illa sunt adnectenda superiori capiti, quo de onyche *marmore* tractat. *Salmas*. pag. 558. b. et 560. b. Et paulo post legend. *probentur quam maxime mellis coloris, in verticem maculosi. Idem ibid.*

*Paulum distare ab eo in unguentorum fide multi existimant, &c.*] Legend. *Paulum distare ab eo in unguentorum fide multi existimant Lygdinos in Pare repertos, &c.* Lego in *Pare*, quia *Lygdus lapis Parus*. Vide *Salmas*. pag. 559. b.

*Corallitico in Asia reperto*] A *Corallio* fluvio, qui et *Sangarius* dicitur. *Dalec*.

*Alabandicus*] Ex *Alabanda* Carie. Vide *Agricolam Fossilium* lib. v. *Id*.

*Thebaicus intermixtus aureis guttis*] Eam lapidem officinæ quædam pro *Armenio* ostendunt. *Thebaico* similis, colore cæruleus effoditur prope *Lugdunum* in pago *Divi Belli*. *Idem*: Legend. *Thebaicus intermixtus aureis guttis invenitur in Africa parte Ægypto adscripta, tudiculis ad terenda collyria quadam utilitate naturali conveniens. Vide Salmas*. pag. 1051. a.

*Mitres*] Neque *Mitras* neque *Sochis* meminerunt *Herodotus* aut *Diodorus*. *Dalec*.

*In Solis urbe regnabat*] *Buzyrin* scribit *Diodorus* *Bibl.* II. 1. civitatem maximam condidisse, quam *Ægyptil* vocavit civitatem *Solis*, nempe Ἡλιόπολιν *Græcis* vero *Thebas* Ἐκατομύβηλους, Διόστολων vocari, non Ἡλιόπολιν, *Strabo* prodidit, quo fit ut *mendosum* *Diodori* codicem arbitrer, præsertim cum alia sit *Heliopolis*. *Idem*.

*Ægyptia sunt litera*] *Hieroglyphicæ*, de quibus *Chæremon*, *Horus Apollo*, *Diodorus* *Bibl.* lib. IV. ignora-

biles Apul. Asini lib. xi. Rhodig. xxix. 26. Literas has sacras soli noverant sacerdotes, et qui ab iis describendis *ἱερογραφεῖ* vocabantur; vulgus aliis utebatur. *Idem.*

*Ramises autem is]* Proteo regnante ad Trojam bellatum fuisse scribit Herodotus. *Idem.*

CAP. IX. *De obelisco Thebaico, et Alexandrino, et de illo qui est in Circo magno.*

*Mnevidis regia]* Apud Heliopolin Mnevis bos non aliter colebatur, quam Apls apud Memphis. Strabo lib. xvii. Diodor. lib. ii. *Idem.*

*A Smarre positus]* Ne hujus quidem, aut Eraphii, Nectabidis, Mesphezque, qui hoc capite nominantur inter *Ægypti reges*, ulla apud Herodotum aut Diodorum mentio. *Idem.*

*Nectabis]* Apud Athenæum p. 207. vs. 9. Alexis mentionem facit Neochabis regis *Ægypti*, qui fortassis hic Nectabis est. Apud Plutarchum in Agesilao Nectanabis Tachi *Ægyptiarum regis patruelis*, ab eo defecit, regnumque invasit, et Agesilai ope fugato Tacho, ac Mendesio, quem regem designaverant, regnum obtinuit. *Idem.*

*Hic autem obeliscus fuit in Arsinoë positus]* Scribe, non Arsinoë, sed Arsineo, hoc est, Arsinoëa templo, ut 'Iseum' templum Isidis, et plura hujusmodi. *Pintian.*

*Hic autem obeliscus fuit in Arsinoë positus a rege]* Voss. *Hic fuit in Arsinoëo positus ab rege supradicto.* Nusquam *ῥα autem obeliscus*, quæ ab aliquo male sedulo esse allita mihi exploratum est. *Ἀρσινοῖον* est monumentum Arsinoëa. Academicus, Menapius, et Gudian. *Hic fuit conditus a rege supradicto.* Unde etiam discere est, ut in Plinio grassati sint. *Pintianus* quoque *Arsineo*. *Gronov.*

*Amoris in conjuge eademque sorore]* Melius accusandi casu fore censet *Pintianus*, in *conjugem eandemque so-*

*rorem.* Non ego. Vide quæ ad Senecæ quarti Nat. Quæst. præfationem scripsimus. *Idem.*

*Quos excidit Mesphees rex]* In nostro exemplari *Mestres*, non *Mesphaes*, ut capite priore, 'Primus omnium id instituit *Mestres*;' sic enim ibi vetus exemplar legit, non 'Mitres.' *Pintian.*

*Spectatis admodum navibus]* Vide an sit melior lectio, *structis ad modum navibus*, hoc est, ad pondus et quantitatem. *Idem.*

*Divus Augustus priorem advoxerat]* In scripto codice, *Divus Augustus eam priorem advoxerat*; legendum puto, *Divus Augustus ampliore advoxerat*; vel scribere, permutatis dictionibus: *Divus Augustus priore advoxerat, eamque miraculis Puteolans, &c.* *Idem.*

*A rege Semmeserteo]* Hunc Amasim esse putat Reinerus Reineccius. *Jac. Cell.*

*Pythagoras]* Laërtius eum in *Ægyptum* proficiscentem, a Polycrate Sami tyranno, Amasidi regi per literas commendatum fuisse scribit. *Dalec.*

*Novem pedibus minor a Sesostride]* Est Hermolai. *Acad. IX. pedum est amerosocide.* *Gud. et Menap. pedum est amerosotide.* *Voss. IX. pedum minor assesothide.* *At cap. 11. Acad. Men. et Gud. quem fecerat sosodis filius*; vel *sesodis.* *Voss. quem fecerat Sesosidis filius Noncoreus.* Ergo et illic fac, *novem ped. humilior a Sesoside*; nam et *Sesosin Sesosinque* dixerunt. *Gronov.*

*Inscripti ambo rerum naturæ interpretationem Ægyptiorum opera philosophiæ continent]* Tò opera nec in Hermolai et Pintiani codicibus est, nec in quatuor nostris. *Vossianus philosopho.* Forte, *Ægyptiorum philosophorum*; vel *philosophia*, ut et *Pintianus.* *Idem.*

CAP. X. *De illo, qui est in campo Martio pro gnomone.*

*Gnomone]* Is contractus visitur in Campi Martii cella vinaria ex adverso domus Christophori Nardini.

Vide Læcium Fannum iv. 13. Et Pomp. Læti antiquit. et Ligorii, Ouphrique delineationes Rom. Vet. et Lafret. et specul. magnif. Rom. Umbrarumque enotatas per quosvis menses longitudines apud Pallad. de Re Rust. *Idem.*

*Ad deprehendendas solis umbras*] Legend. *Ad deprehendendas Solis umbras, Bruma confecta die, hora sexta*: intelligit diem quo Bruma committitur. Vide Salmas. pag. 639. b. 640. a. Sequentia sic scribe: *digna cognita res et ingenio faciendo Mathematici.* Quæ sequuntur prodigiose sunt corrupta; lege: *cujus vertice umbra colligeretur in ipsa, alias enormiter jaculante apice.* Salmas. p. 640. a.

*Dierumque ac noctium magnitudines*] Hunc locum sic lego: *dierumque ac noctium magnitudines etiam, ac horas strato lapida ad obel. magn. cui par fieret umbrarum ejectus, paulatimque,* &c. Dalec.

*Cui par fieret umbra*] Non quidem par ad obelisci proceritatem, quomodo in Venetorum tractu, sive climate, æquinoctii die gnomoni par umbra est, sed quatenus umbra et gnomon respondent ad rationem ejus tractus. *Idem.*

*Ac rursus aufereret*] Hanc solertiam exposuerunt clarissime et subtilissime Oromius Finens lib. II. de Horologiis, et Zieglerus Germanus. *Idem.*

*Apici auratam pilam addidit*] Quoniam modo id sit molitus dubitant. An pilam sic imposuerit, ut extaret tota humani capitis similitudine; an iniecerit, et demissam exsculpto lapide, conjunxerit; an de lapide recesserit, quantum altitudo pilæ fuit additura: quod minime credo, cum obeliscos sacros ob religionem haberet antiquitas. *Idem.*

*Umbra colligeretur in se ipsa alias enormiter jaculante*] Ita prorsus Vossianus, ut restituit Salmasius ad Solin. p. 641. Sed nec Pintianus aliter, nisi

quod in ipsa. Gronov.

*Quanquam ad altitudinem imposita rei*] In vetusto codice, *quanquam ad altitudinem impositione rei*; scribo, *quanquam ad altitudinem impositi oneria.* Et paulo post actu legit, non facta. Pintian.

CAP. XI. *De tertio obelisco Romæ in Vaticano.*

*Nunccoreus*] Pheronem vocat Herodotus lib. II. Eum Diodorus, et idem Herodotus scribunt, restituito visu duos fecisse altos centum pedes, latos octo. Dalec.

CAP. XII. *De pyramidibus Ægyptiis et sphinge.*

*Pyramides*] Pyramides extractas fuisse, ut essent anni symbolum tradit Ludov. Demontionius in Gallo Romæ hospite, parte I. Jac. Cell.

*Ne pecuniam successoribus aut amulias*] Plures in honorem sepulchræ, cujus studiosissimi ac curiosissimi fuerunt Ægyptii, extractas volunt. Dalec.

*Una est in Arsinoite Nomo, duæ in Memphi*] Scribe *Memphite*; ut repetas *Nomo*; de quo Plinius quinto, et Ptolemæus lib. III. Pintian.

*Ubi fuit Maridis lacus*] Has pyramides 60. passus super aquam extitisse, totidemque aqua occultas, colosso lapideo super utraque in solio sedente, scribit Herodotus. De iis Amm. Marcel. lib. XXII. Dalec.

*Narrat harum cacumina extrema*] In scripto codice, *narrato harum cacumina extrema*; scribo, *narrat orarum cacumina extrema.* Pintian.

*A Nilo minus quatuor millia passuum*] A Nilo stadiis 48. a Memphi stadiis 120. Diodorus. Dalec.

*Minus quatuor millia passuum, a Memphi sex, vico apposito*] Voss. a Nilo minus IIII. m. p. a Memphi VIIID. vico adposito; hoc est, a Memphi septem millia quingentos. Gronov.

*Vel magis miranda, quasi silvestre numen accolentium*] In vetusto exem-

plari, vel magis narranda de qua silvestre numen accolentium; scribendum fortasse, æque silvestre numen accolentium; vel sic, æque silvestria numina colentium; vel, quod sit ista numen accolentium. Pintian.

*Amasin regem putant in ea conditum*] Amasin in Sai Colossos immanes Androphingas posuisse tradit Herodotus. Enn Appion Grammaticus Pharaonem fuisse putat, Judæis iniquissimum, memoratum in sacris literis Hebræorum. At Philoni Pharao Teomosis fuit, Eusebio Cenchres, Artabano Neehenfres. Amasin sævum ac crudelem, in omnes impotentem ac superbum, ab Actisane Æthiopum rege principatu spoliatam fuisse scribit Diodorus lib. II. Bibliothecæ. Dalec.

*Amasin regem putant in ea conditum*] Voss. clare, *Armasin*; quod Ægyptium nomen esse notum est vel a Danao, quem sic domi appellatum fuisse testis Josephus. Gronov.

*Et lubrica*] Polita, lævigata. Notavit Pinetus a Strabone dici *exemptilem, ἔκφυτον*, quod nondum reperire in eo auctore potui. Dalec.

*A ventre ad summam apicem in capite LXII.*] Voss. *ad summam absida*, vel *absidem*; hoc est, curvaturam. II. 16. 'Circulorum, quos Græci absidas in stellis vocant.' Et, 'Ergo ab alio cunque centro absides suæ exsurgunt.' Et, 'Quoniam interiores absidas necesse est breviores esse.' Ibidem cap. 16. 'Igitur a terræ centro absides altissimæ sunt Saturno in Scorpione, &c. et ad terræ centrum humillimæ atque proximæ.' Denique ipsum illud, quod huc revocavimus: 'Quia deductas ab summa abside lineas coarctari ad centrum necesse est, sicut in rotis radios.' Plineus alter Ep. II. 17. 'Adnectitur angulo cubitalium in absida curvatum.' Hieronymus in Epist. ad Ephesios: 'Numquid cælorum circulos, quas philosophi sphaeras vocant,

trapiens atque transcendens stetit in summo cæli fornice, et, ut verbo ipsorum utar, abside?' Cassianus XXIV. 6. 'Si quis absidis camaram volens in sublime concludere.' Hæc scripseram cum vidi editum olim *ad summam absidem*; et Hermolaum notasse vetustos codices habere *apicem*: forte tamen legendum *absidem*, hoc est, curvaturam. Sic ille: pejus elogerrunt. Gronov.

*Ex Arabicis lapidibus conatus*] Marmore simili ebori maculoso. Dioscorid. Dalec.

*Sed pyramis amplissima ex Arabicis*] Particulam *Sed*, Gud. Men. Acad. et Vossianus rejiciunt. Gronov.

*Trecenta LXVI. hominum milia*] Decem myriades: ternis mensibus singulæ. Herodot. Dalec.

*Annis XX. cum constructione produntur*] Priore decennio advecta saxa fuisse narrat Herodotus; altero decennio consummatam et absolutam fabricam. Idem.

*Demoteles, Apton*] In vetusto exemplari, *Demoteles, Scaton*: posset legi, *Demoteles, Sotacus*, ex elencho; licet inter cæteros auctores *Apton* etiam numeretur. Pintian.

*Non constat a quibus facta sint*] Maximam a Cheope Herodotus, a Chemmye Diodorus factam scribit: minorem ab ejus filio Chabreo Diodorus, a Cephrese fratre Herodotus (has Ægyptii, eorum regum nomina detestantes, Pbilitionis pastoris, qui prope illas greges ducebat, esse aiunt) tertiam a Mycerino Cheopis filio Herodetas, Chemmyos Diodorus. Is auctor est, proditam a quibusdam, non supradictos ab ipso reges, sed maximam pyramidem fecisse Armeum, secundam Amasin, tertiam Masum; hancque velle quosdam Rhodopis pellicis sepulchrum fuisse, idque nonnullorum principum, qui eam amassent, communi opera absolutam. Addit præterea tres alias esse pyramides, minores, quas suis avoribus

pro sepulchro primi illi dicti reges edificarunt. Herodotus quartam pyramidem extractam ad lacum Mæridis prope Labyrinthum a duodecim viris post Sethonis regis obitum, qui Egypto præfuerat, longitudine 40. passuum. Strabo sub ea sepultum Imandem fuisse tradit. Dalec.

*In raphanos, et allium ac capas mille octoginta talenta erogata*] 'Es ορυζαίνω, Herodotus, quæ vox significat raphanum, apinum, potionem ex aqua et ole paratam, cibum ex adipe et melle confectum. Idem. *In raphanos, et allium ac capas, &c.*] Scribendum sexcenta, non octingenta, ex nostro apographo; item Herodoto secundo. Nec fugit hoc Hermolanum; sed incurioso lectori consulendum est. *Pintian.*

*Aliqui ex his prod. &c.*] Vid. Herod. lib. 1. de Cheops. Jac. Cell.

*Latitudo a cacumine pedes XXV.] Acad. et Gud. latitudo ac cacuminis pedes XVII. Menap. laterum altitudo ac cacuminis pedes XVIII. Voss. altitudo a cacuminis p. XVI. & ad alterius. Lage, altitudo a cacumine pedum sedecim millia septuncem; sive septem pollicos. Forte etiam ad cacumen usque; neque enim temere est, quod quatuor membranas, cacuminis. Gronov.*

*Alterius intervalla singula per quatuor angulos pares DCCXXXVII. comprehendunt] Rursum Voss. DCCXXXVII & comprehendunt. Tertia minor quidem prædictis, sed multo spectatior. Intelligi rursus septuncem. Idem.*

*Harena late pura circum, lentis similitudine] Circuit fortasse verior lectio, quam circum, et lentis, quam lentis. Harena enim pura lenti similis est, non lenti, quæ potius glareæ est quam harena. Pintian.*

*Alii enim nitro ac sale] Gradibus eam extractam falsæ tradit Herodotus, aggeribus Diodarum. Dalec.*

*Extractos pontes, perante opere in primas domos distribuitos] Quatuor prima verba desiderantur in scripto eodem Delph. et Var. Clas. Plinius.*

dice; neque distributos ibi, sed distributis, legitur; et mox fabellarum, non fabularum. Pintian.

*Rhodope] De hac vide Strabonem lib. xvii. et Herodotum l. II. Sapphe Doricam vocat, sui que fratris amicam fuisse tradit, cum Lesbium vinum negotiator Naucratis veheret. Dalec.*

*Sostrati Gnidii] Dexiphani is filius fuit Egypti regnum familiaris amica. Turris tabulatis multis excelsa, ex albo lapide. Strabo xvii. Idem.*

*Tales compluribus locis flagrant] Lage: Quales jam compluribus locis flagrant, sicut Ostia ac Ravenna. Periculum in continuatione ignium, &c. Continatio hic est συνοχή, sive coactatio, et in angustum contractio, ac fere quod corrivatio; sic hac significatione iv. 4. 'Angusta cervice Peloponnesum continat Hellas; male reposerunt 'contingat.' Vide Is. Vossium in Melam, p. 205. 206.*

*Ac Ravenna. Periculum in corrivatione ignium ne sidus existimatur] In manuscr. legitur: ac Ravenna ad vitandum periculum, ne continuatione ignium sidus putetur, quoniam e longinquo similis est flammarum aspectus. His, &c. Leg. ac Ravenna. At vitandum periculum, ne continuatione ignis sidus putetur, quoniam e longinquo simile est flammarum aspectui, vel, ne coruscatione ignis sidus putetur, &c. Dalec.*

CAP. XIII. *De labyrinthis, Ægyptio, Lemnio, Italico.*

*Portentosissimum humani ingenii opus] Impendii, non ingenii, in apographo nostro: favent huic lectioni verba illa in calce capituli: 'adeo vesana dementia quæsisse gloriam impendii nulli profuturo,' et cap. 15. 'novissimum impendium operis Inchoati a C. Cæsare.' Pintian.*

*Herodotus totum opus regum eorum dicit] Herodotus extractum scribit a Duodecimviris, e quorum numero aliquandiu fuit Psammetichus. Dalec.*

*Mæridis] Miridis, quem et Muro-*

nem vocaverunt. Regnavit is post Actisanem Æthiopiæ regem, qui Amasi victo in suam potestatem Ægyptum redegit. Diodorus Bibl. II. 2. Fuit et alius Miris post Ægyptum rex duodecimus, qui Memphi propylæum ædificavit, et supra eam civitatem lacum effodit: de quo idem Diodorus. Dalec.

Quæ itinerum ambages] Iterum, non iterum, in vetusto codice; quasi iteris flectatur ab iter recto, non itineris, quod et alibi notatum est. Pintian.

Ægyptius (quod miror equidem) introitu] In veteribus: Ægyptius (quod miror equidem) integris columnis (μολίβων κολώνων Strabo) et reliquis molibus compositus, &c. Diodorus quidem ingredientibus illius sepulchri ambitum, domum occurrisse tradit, columnis circumfultum quatuor ad quodlibet latus positis. Vetustum Parisense Beraldi sic habet: Ægyptius (quod miror equidem) in introitu lapideis e Paro columnis, reliquæ erant Syenitæ, molibus compositis, quas, &c. Manuscriptum vero: introitu lapideis operto columnis: reliquæ semitæ molibus compositis, quas dissolvere ne artifices quidem possint, &c. Lego: Ægyptii, quod equidem miror, introitus lapideis opertus columnis, &c. Vide Strabonem lib. XVII. Dalec. Ægyptius (quod miror equidem) introitu, &c.] Lege: Ægyptius (quod miror equidem) introitu lapidis e Paro columnis, reliquæ Syenitæ molibus compositis, quas dissolvere ne secula quidem possint, adjuvantibus Heracleopolitis, qui id opus invisum mire infestaverunt. Is. Vossius in Melam, p. 86.

Sedecim nominibus] Vigintiseptem Strabo: duodecim, Herodotus; et in iis ædificia 3500. Dalec.

Incluserit pyramides complures] Ad angulum finitur labyrinthus. Herodotus scribit pyramidem fuisse quadraginta passuum. Idem Strabo; sed ejus quadratæ quodlibet latus qua-

tuor jugerum fuisse pari altitudine et in ea sepultum Imandem. Alias pyramides præter eam illi scriptores non recitant. Idem.

Quadragenarum ulnarum senos radice muros obtinentes] Scribe, quadragenarum ulnarum senas radicum oras obtinentes, ex eodem apographo. Pintian.

Pteron appellat] Πτέρα, inquit Strabo, ἰσομήη τῶ νᾶφ τείχη δύο, κατ' ἀρχὰς μὲν ἀπεσπῶτα ἀπ' ἀλλήλων μικρὸν πλέον ἢ τὸ πλάτος ἐστὶ τῆς κρηπίδος τοῦ νεῦ ἔκειτ' εἰς τὸ πρόσθεν προΐοντι, κατεπινοούσας γραμμὰς μέχρι πηχῶν πενήκοντα ἢ ἐξήκοντα, κ. τ. λ. Ale, muri duo sunt, templo pares altitudine, prima et infima parte paulo plus distantes ab invicem quam lata sit crepido templi: deinde curvatis lineis procedentes ac prominentes ad quinquaginta usque vel sexaginta cubitos, &c. Dalec.

CAP. XIV. De pensili horto et oppido, et templo Dianæ Ephesiæ.

Ut externorum regum vanitas quoque ab Italis superaretur] Voss. quoque Italis superetur. Forte: ut externorum regum vanitas quoque Italis spectaretur. Gronov.

Ex quo pendeant excepta catenis] Voss. et apta. Forte, ex quo pendent sex apta catenis tintinnabula. Cicero Tuscul. lib. v. 'In hoc medio apparatu fulgentem gladium e lacunari seta equina aptum demitti jussit.' Lucretius lib. iv. 'Brachia tam porro validis ex apta lacertis Esse.' Idem.

Cum centum portas] Iliad. I. Ὀδ' ὄσα θήβας Αἰγυπτίας, 36: πλείεστα δόμοις ἐν κτήματα κείται, Αἱ θ' ἑκατόμυλοι εἰσι, δηκόσιοι δ' ἀν' ἐκάστην ἄνερες ἐξοικνεῦσι σὺν ἴπποισι καὶ ὄχεσφω. Dalec.

Ducentis viginti annis] Quadringentis XVI. 40. De ejus incendio vide Valer. Max. VIII. 15. Strabonem lib. XIV. Idem.

Operi præfuit Chersiphron] Prioris templi architectum fuisse Chersiphrona scribit quidem Strabo: ejus autem, quod ab Herostrato incensum, restitutum est, Cheromocraten,

Alexandriæ designandæ ab Alexandro præfectum. Quem hic *Chersiphrona* vocat, Plinius cum Strabone VII. 37. vocavit *Ctesiphontem*. Idem.

*Id consecutus est ille peronibus herena plenis*] *Leg. eronibus, sive heronibus.* Erones (quæ vox extat apud Jurisconsult. in Pandectis, Vitruvium lib. v. Donatum in Phormione) texta storeis et tegetibus similia, in quibus pauperes interdum dormiebant, et fruges imponebantur. Sic quoque dicta sunt vasa viminea tegetibus et cophinis similia. Constantinus et Turneb. *Adversar. XXIV. 2. Erones, popoli Græcis. Idem. Id consecutus est ille, &c.*] Scribe: *Id consequutus est aronibus arena plenis molli clivo, super capita columnarum exaggerato paulatim ezimians imos, ut sensim moles in cubili sederet.* Cubile est sedes, cui imponitur moles, et cum qua coagmentatur. Vide Salmas. p. 818. a, b.

*Ut sensim totum insideret*] Acad. Men. et Gnd. *ut sensim motus in colle sederet.* Voss. *ut sensimotus in cole sederet.* Lege, *ut sensim opus in cubili sederet.* Mox enim: 'Etenim ea maxima moles fuit: nec sedit in cubili.' Possis etiam legere, *sensim molea.* Gronov.

*Atque ita postero die apparuit pondereque ipso correctus videbatur. Cætera*] Hucusque admirabilis ille Plinii Æsculapius liber magno nostro et auctoris damno mutilus. Initium fuerant libri 20. cap. 17. verba ista: *exiguo mox vino collatum. vultum juniorem præstat.* Cæterum ne in his quidem postremis otiosus est, qui habeat: *atque ita poterat apparuit pondere incorruptus videbatur cetera.* Voluit nos legere: *atque ita postera luce apparuit, et pondere ipso correctus videbatur.* Idem.

CAP. XV. *De delubro Cyzici, et de lapide fugitivo, et de Echo septies resonante, et de ædificio sine clavo, et mirabilia ædificiorum Roma.*

*Argonautæ*] Qui templum Dindy-

mæ matris in ea civitate ædificaverunt. Strabo. *Dalec.*

*Juxta portam quæ Thracia vocatur*] In scripto codice non *Thracia*, sed *Thackia*, hoc est, aspera, fideliori procul dubio lectione. *Plinian.*

*Nomenque huic miraculo Echo est a Græcis datum*] In eod. numenque huic miraculo *Echo* est a Græcis dictum: forte dicatum legendum potius, quam dictum. Idem.

*In ponte Sublicio*] Lapidum fecit eum pontem Lepidus quæstor. Pontis figura cum imposita equestris statua spectatur in aversa parte antiqui denarii, additis inter fornices pontis his literis LEP. *Dalec.*

*Basilicam Pauli*] In vetusti denarii aversa parte basilica hæc notatâ est, duplii columnarum ordine infra et supra novem; tecto superposito, ut quidam voluit, imbricatis tegulis, ut alii, marmoreis abacis, in interstitio quod superiores columnas dividit ab inferioribus sculptis clypeis partim rotundis ad formam O, partim ad speciem literæ V impressis, cum his literis: AIMILA. S. C. LEPIDVS. REF. Vide Lucium Faunum II. 14. In medio foro Romano fuit. Plutarchus scribit, novies centena millia nummum in eo edificio fuisse impensa. Idem.

*Columnis e Phrygiis mirabilem*] Marmoris Sinadici, vel, ut Phryges loquuntur, Docimitis: coloris varietate Alabastritæ similis. Strabo lib. XII. Idem.

*Cum theatrum ante texerit Roma Valerius Ostiensis*] Acad. et Gnd. *Oscensis*; ex Hispania puta. Mem. *Ostensis.* Gronov.

*Libonis*] Is in fori Romani parte juri dicendo tribunal erexit, quod 'puteal Libonis' vocaverunt. Horatius: 'ante secundam Roscius orabat, sibi adesses ad puteal cras.' Ac rursum: 'forum putealque Libonis, Mandabo siccis.' Tribunal id vicinum fuit arci Fabiorum et Jani templo. Libo-

nem mdilem aliquando ludos edidisse in foro, locus hic monstrat. Libonis pateat, ad quod jus reddebatur, a mercatoribus sœneratoribusque maxime celebrari et frequentari solitum historię tradunt. *Dalec.*

*Foro extruendo*] De triplici foro judicario Romę, vide Alex. ab Alex. II. 2. *Idem.*

*Aliquando Tiberis retro infusi recipiunt suctus*] Postremum verbum consideratur in vetusto codice: reliqua sic leguntur, *aliquando Tiberis retro infusus recipitur.* Pintian.

*Trahuntur moles internę tantę*] Legend. *Trahuntur moles internę tantę, non succumbentibus cavię operis.* Miratur cava operis non succumbere tantis impositis molibus; eoque magis quod rex Tarquinius Priscus ‘amplitudinem cavię eam fecisse prodatur, ut vehem sœni large onctam transmitteret.’ Vide Raines. Var. Lect. II. 7. pag. 175.

*Ut omnium ita defunctorum*] Simile quid de Milesiis virginibus narrat Plutarchus *περ ψυχῆς*, et de claris mulieribus, Gellius xv. 10. Apud Servium Cassius Hemina, hoc quoque Tarquinii factum narrat. Vide Scallig. in Festum, voce Carnifex; et Casaubon. ad Sueton. p. 51. *Dalec.*

*Lepidi ipsius*] Qui primus marmor Numidicum invenit, supra cap. 6. hujus libri. *Idem.*

*Quorum agri quoque minorem modum obtinere quam cellaria istorum*] Acad. Mem. et Gud. *quam sellaria istorum.* Noster, xxxiv. 8. ‘Atque ex omnibus, quę retuli, clarissima quęque jam sunt dicata a Vespasiano principe in templo Pacis aliisque ejus operibus, violentia Neronis in urbem convecta, et in sellariis domus aurem disposita.’ Sic Vossianus: vulgo, ‘quę in urbe jam sunt.’ Sed quis non videt, quam illa sint supervacua. *Gronov.*

*Fores extra aperirentur*] Non introrsum trahendo, sed in viam publicam

pellendo. In Gręcia id vulgatum fuit: omnes omnium fores sic pandebantur. Vide Muret. Variar. I. 17. *Dalec.*

*Tanta privigni potentia*] Sylla post uxores Iliam, Eliam, Cęliam sterilitatis causa repudiata, quartam duxit Cęciliam, Metelli Pontificis maximi filiam, viduam M. Āmilii Scauri, principis Senatus, a Cimbris occisi, et patris hujus M. Scauri. *Idem.*

*Sine probro civis amplissimi*] Ob eam M. Brutus Crassum Venerem Palatinam vocavit. *Idem.*

*Amphitheatrum*] Tacitus Annal. xiv. theatrum dicit: ‘Quippe,’ inquit, ‘erant, qui Cn. quoque Pompeium incantum a senioribus ferrent, quod mansuram theatri sedem possidisset. Nam aptea subitariis gradibus, et scena ad tempus structa ludos edā solitos, vel si vetustiora repetantur, stantem populam spectavisse.’ Theatrum certe, non amphitheatrum, moleus gradibus mansuris perpetuam, Pompeium edificasse, et exhibendia spectaculis primum dicasse, se idcirca reprehensam accusatumque fuisse narrat Plotarchus in ejus Vita, Dionys. lib. xxxix. Marcellinus lib. xvi. Tertullianus de spectaculis; ut hic mendum subesse conjectari liceat. *Guilland.*

*Sectrix*] De hujus verbi notione in auctione venalibus, vide Ravardam II. 7. *Dalec.*

*Amphitheatrum*] Amphitheatrum enim e duobus theatris junctis fit, tanquam e duobus hemicyclis absolutus perfectusque circulus, rotunda aut ovata figura. Vide Guilland. c. 12. in Plin. Amphitheatrum sic describit Calphurnius: ‘Et geminis medianam molibus alligat ovum.’ *Idem.*

*Quę Q. Marcius Rex fecit*] Proconul is bello Mithridatico cum tribus legionibus in Ciliciam et Lyconiā missus est: bello Catilinario Fesulis pro Republica exercitā co-



Égit: Gallos sub Alphis sites vicit: coloniam Narbonem Martium deduxit: Ballastius, Dion, Eutropius. Aquam Marclam, de qua hic, adduxit. *Dal.*

*Appia*] Appia ab Appio Claudio Cæco dicta est: quo Censore una cum collega Caio Fabio, a venis ejus aquæ diligenter pervestigandis Venocæ dicto, reperta est, et postea Romam perducta, M. Valerio Maximo, P. Decio Coss. quo anno summo magistratu Fabius se abdicavit. Rhod. XXIV. 6. *Idem.*

*A nomine suo appellatam*] De aqua Marcia Vitruvius VIII. 3. De eadem et reliquis hic nominatis Frontinus multa. *Idem.*

*Sestertium ter millia*] *Sestertia* quingenta LV. millia. Mannsc. Summa hæc Budæi calculo efficit decies centena millia, trecenta octoginta quatuor millia et quingentos coronatos. *Idem.*

CAP. XVI. De magnetis generibus, et medicinis.

*Quidam Heracleon*] Commodior lectio, *Heracles*; sic enim Græcæ appellatur, *Ἡρακλῆλα Λαδς.* *Pintian.*

*Magnes appellatus*] Ededona magnum eo primum usum fuisse tradit ex Alberto Marbodæus, ejusque magicas vires et fidem excedentes narrat. *Dalec.*

*Namque et passim invenitur*] Mellor lectio, *jamque et passim invenitur.* *Pintian.*

*Tertium in Echio Beotia*] In nostro exemplari non *Echio* legitur, sed *Hyrty*: legendum forte, *Hyrty*, quod est oppidum Beotie Plinio lib. IV. et Stephano. *Idem.*

*Nam qui in Macedonia et Magnesia reperiantur*] In eod. *Nam qui in Magnesia Macedonia reperiantur.* Possent etiam legi eodem sensu: *Nam qui in Macedonia Magnesia reperiantur*; ut paulo ante, *Æthiopicum e Magnesia Macedonia.* *Idem.*

*Hæmatites*] Capite 20. proxime sequente Satacus hæmatitis genus

unum magnetibus attribuit. *Dalec.*

*Non eadem que magneti hæmatitis natura*] Alla verborum dispositio in nostro apogr. *non eadem et hæmatitis natura que magneti*; et paulo infra: *magneta aliam, non magnetem aliam.* *Pintian.*

*Mons gignit lapidem thomæden*] Idem de montibus duobus proditur Indo flumini propinquis II. 96. *Dalec.*

*E Scyro insula integrum fluctuari tradunt*] *Syro* in nostro apographe, non *Scyro*. Multum inter utramque insulam interest, ut in ambitu terræ ostensum est: et *fluere*, non *fluctuari*, legerem; verbum quoque *integrum* supervacaneum est, neque habet illud vetus exemplar. *Pintian.*

CAP. XVII. De lapidibus qui cito assumunt corpora in se condita, et de his qui ita seruant, et de Assio lapide, et medicinis ejus.

*In Asso Troadis, &c.*] *Scribe, In Assia Troadis, &c.* Et mox lege: *Mucianus specula quoque et strigiles et calcamenta illata mortuis lapidea fieri auctor est.* Vide Salmas. 1208. b.

*Sarcophagus lapis fluili omnia scinditur*] *Allis pyritis* genus chæleanthodis, *allis misyos*, *allis pumicis* urosi. *Dal.*

*Strigiles*] Quibus utantur in balneis ad fricanda corpora. Eas describit Apuleius Florida. lib. II. de Hippia loquens. *Idem.*

*Chernites*] *Theoph. περί λίθων. Id. Theophrastus auctor est et translucidos lapides in Egypto inventi*] Paucioribus verbis in scripto codice: *Theophrastus auctor est et translucidi lapidis quem Phio similem ait*: legendum est *Chio*, non *Phio*, ex *Theophr. de lapidib.* Non latuit hoc etiam *Hermolaum.* *Pintian.*

*Assius*] Idem qui paulo antea *sarcophagus* vocatus est, quamvis alterum ab altero hic Plinius distinguere videatur. *Dalec.*

*In vase ex eo cavato inditis*] Idem Celsus tradit IV. 24. *Idem.*

*Ejusdem lapidis flos appellatur, &c.]*  
*Lege, Ejusdem lapidis flos appellatur, farina ex eo quaedam perinde efficitur.*  
 Sequentia sic legenda: *prodest et phthisicis, linctus cum melle ulcera ad cicatricem perducit, excrescentia erodit, et ad bestiarum morsus repugnantia curationi suppurata siccatur.* Vide Cl. Salmas. pag. 1204. a, b.

CAP. XVIII. *De ebore fossili, et lapidibus osseis, et palmatis, et aliorum generibus.*

*Ebur fossile]* Ebenum fossilem, qui igne non accenditur, in metallis aluminis ad Hildeseim reperiri tradit Agricola. Hoc Theophrastus libello *περὶ τῶν λίθων*, quem nos emendavimus. *Dalec.*

*Sunt qui et Lunam non tolerant]*  
 Alio ordine in archetypo nostro, *Sunt et qui lunam non tolerant.* Considerandum autem an sit verior lectio *limam*, quam *lunam*. Pintian.

CAP. XIX. *De curialio vel pyrite, et medicinis ejus, et ostracite, de amianto lapide et medicinis ejus, et meliſsite lapide et viribus ejus, de gagate lapide et medicinis ejus, de spongiis, de Phrygio lapide et natura ejus.*

*De curialio vel pyrite]* *De molaris lapidibus pyritis;* et ab initio capitis sic legas, *Molarium quidam pyritem vocant.* Salmas. p. 90. &c.

*Pyrites]* Pyritem lapidem vivum Gratius vocat: 'Et vivum lapidem, et circa Melitensia nectunt.' Turn. Advers. vi. 9. *Dalec.*

*Et in metallis quæ sunt circa Acarnaniam]* *Metalla, non metallis, in scripto codice, nec Acarnaniam, sed Acaman-ta, legitur.* Pintian.

*Coquuntur varie]* Vide apud Diosc. cocturæ modum latius et clarius expositum. *Dalec.*

*Et duritias nimias mollire]* In apographo nostro, *et duritias in jus vertere;* scribendum forte, *in jus vertere.* Pintian.

*Ostracite]* *Ὀστράκη* vocat Orpheus *περὶ λίθων.* *Dalec.*

*Alumini similis]* Patri ligno, Theophr. *περὶ λίθων.* *Idem.*

*Gæoden]* Aëtitis genus, quod intra se terram continet, non lapidem. *Idem.*

*Melittites lapis succum remittit dulcem, mellitumque tusus.* Et *cera mixtus, &c.]* In suppunctione verborum error est: lege, *Melittites lapis succum remittit dulcem melleumque.* Tusus et *cera mixtus, &c.* Pintian.

*Gagates]* Nicander in Theriacis vocat *γγάγγυδα πέρην*; interpres exponit *Γαγγύτην*, quod magnus et pallescens reperitur in litore, ad Gangas oppidum Lyciæ, sive Gagas, cuius meminit Stephanus, eamque, dum accensa uritur, *ἰεροφόρον καὶ δαμνὴν ἀσφαλτόδη ἔχειν.* Strabo Gangitis lapidis nitorem *τὰ ἐπὶ τὰ φύγειν* tradit. Plinius x. 3. Gagaten etiam aëtiten appellari scribit, nihilque igne deperdere. Vide adnotata in eum locum. Rhodiginus xiii. 20. Vide et apud Orpheum de hoc lapide versus luculentos. *Dalec.*

*Aiunt et in Leucola expelli mari]* In nostro apogr. *Leucocola* habetur, non *Leucola*. Quid si legas, etsi duriuscula correctione, *Aiunt et ad Plagiaspolin expelli mari?* ex Diosc. lib. v. in mentione ejus lapidis. Pintian.

*Mirumque accenditur aqua, oleo restinguitur]* Notabilis memoriæ error Plinii nostri. Nam quod Nicander in Theriacis, et Dioscorid. lib. v. tribuant Thracio lapidi, ipse Gagatæ dedit: causa erroris fuit, quæ subinde contingere solet, quod Diosc. de Gagatæ et Thracio lapide pariter dixerit. Notavit hoc etiam ante nos Marcellus Dioscoridis interpres. *Id.*  
*Sonticum morbum]* Epilepticum, *ἐλέγχει ἐπιληπτικούς*, inquit Dioscorid. Sonticum tamen morbum in xii. Tabulis interpretantur eum qui necat, Turn. Advers. vii. 17. *Dalec.*

*Virginitatem suffitus]* Virginitatem ideo deprehendit, quod a virgine jujuna potus statim urinam provocat.

Idem narrant et de nostra ambra cinerea odorata. *Idem.*

*Hoc dicuntur uti Magi in ea] Lege: Hoc dicunt uti magi in ea quam vocant casuimomantiam.* 'H' κασιμομαρτελα apud magos est μαρτελα τῶν κασιμῶν, rerum scil. quæ uri possunt. Salmas. p. 252. b.

*Axinomantiam] Ea fit Gagati imposito securi candenti. Dalec.*

*Phrygius lapis] In Cappadocia tamen nascitur, Diosc. Idem.*

*Dulci vino extinguitur et hoc trinis vicibus] In vetusto codice, dulci vino extinguitur exterrinis vicibus; forte pro duabus ultimis vocibus, substituit poterit, et ternis vicibus; semper enim in exemplari vet. pro hoc nomine trinus invenio ternus. Pintian.*

*Tingendis vestibus tantum utilis] Nam detersoria facultate vestium sordibus exemptis, ut commodius et fidelius tincturam bibant, præstat. Dalec.*

CAP. XX. *De hamatite, et quinque generibus ejus, et schisto.*

*Hæmatites] Theophr. lib. περὶ λίθων hæmatiten dici vult, non quod tritus sanguineam succum reddat, non quod sanguinem sistat, sed quod similis sit αἵματι ἐρηφ' πεπηγῶτι, arido sanguini et concreto. Idem.*

*Adulteratur schisto] Lege, Adulteratum schisto hæmatiten discernunt vena rubentes. Salmas. p. 408. b. paulo post lege, Proficit oculorum lacunis. Idem ibid.*

*Pancræsta appellant] Omnibus agritudinum generibus utilia, πρὸς πάντα νοσήματα χρηστὰ, καὶ ὠφέλιμα. Potychræsta quidam legunt, et aptius, ut arbitror. Dalec.*

*Androdamantia] Ob firmissimam duritiam, qua et alia genera hæmatitarum percellit, et tundit, quasi virilem, aut virorum domitorem. Idem.*

*Quarti generis, &c.] Lege: quarti generis, &c. coctum vero multiten, qui scil. colorem habet rubricæ; anthraciten qui carbonum: sic elatites qui elates: phanicum et spadicem intelli-*

*git. ἄλδρη proprie dicitur Græcis integumentum fructus palmarum, quam primum florere incipiunt. Salmas. 409. a.*

CAP. XXI. *De quatuor generibus aëttitis, et calamo, et Samio, et Arabo, et pumicibus.*

*Et calamo] Vet. et callimo. Dalec.*

*Pusillum ac mollem] Reperitur multus prope Viennam in rivulo, qui montem Salomonis præterfluit. Dalec.*

*Huic est in alvo lapis, qui vocatur callinus] Lege: Huic est in alvo lapis, qui vocatur calainus, a colore scilicet calaino. Salmas. p. 713. b. Præcedentia sic legenda: Quarti generis Tapinius appellatur nascentis juxta Leucadem, ubi est mons Tapius, qui locatus est dextra navigantibus ad Leucadem. Salmas. p. 714. b. et 715. b.*

*Poliendo auro utilis] Inde in veteri inscriptione SAMIARI DORYPHORON, qui prætorianorum, et satellitam Imperatoris arma, spicula, ferramenta ad nitorem fricabant et tergebant, gladiatorumque præterea et jaculorum aciem et cuspidem exasperabant. Turneb. XXI. 27. Dalec.*

*Vertigines sedat] Adjuvat sensuum instrumenta, Diosc. Idem.*

*Arabus lapis ebori similis] Scribo Arabicus, non Arabus, ex Diosc. lib. v. sic cap. priore, 'Tertium genus Arabici facit,' &c. Pintian.*

*Erosa saxa] Pumex, cavum et latebrosum saxum, pendens, antrosium, non tantum rari, laxi, et levissimi lapides. Propertius III. 3. 'Pendebantque cavis tympana pumicibus.' Virgil. Æneid. XII. 'Inclinas ut cum latebroso in pumice pastor Vestigavit apes, fumoque implevit amaro.' Turneb. XVI. 33. Dalec.*

*In usu corporum lævigandorum suminis] Quæ femine pumicibus, atque etiam psilothro, et volsellis pilos detrahebant, et castigabant, strictivellæ sunt olim dictæ: ut incoctæ, quæ nimio calamistrorum usu pellem adu-*

runt. Sic at homines effœminati ac molles, qui eo artificio vibrant et crispant capillos, Straboni lib. XIV. *κρυπτοραί*. Tertullian. de Pallio 'ustricali.' *Scalig.*

*Laudatissimi sunt in Melo, Scyro, Æoliis insulis*] Scribo: *laudatissimi sunt in Melo, in Syro, et Æoliis insulis, ex scripto codice*; nam, ut ante admonui nec semel, magnum discrimen est inter Scyrum et Syrum insulas. *Pintian.*

*Aridique*] *Plantus in Aulul.* 'Pumex non æque est aridus, atque hic est senex.' *Dalec.*

*Theophrastus auctor est potores*] Apud Theophr. Hist. IX. 18. Endemus Chius post septimam veratri potionem vomitum cohibuit, primum amputo pumice acri aceto consperso, deinde eodem pumice mere diluto et macerato. *Idem.*

CAP. XXII. *De lapidibus mortariorum medicinalium, et mollibus lapidibus, et speculati lapide; et silicibus et phengite, et colibus, et reliquis ad structuram lapidibus, igni et tempestatibus resistentibus.*

*Tempestatibus*] Ms. *tempestati*. Id. *Auctoribus cura fuerit, &c.*] *Lege: Auctoribus curæ fuerit lapides quoque mortariorum medicinalium tantum, et ad pigmenta pertinentium.* Hic mortaria ad pigmenta pertinentia sunt *ζωρπάρον ὄθου*. At sequens ætas passim pigmenta pro herbis ac speciebus quibuscunque medicinalibus usurpavit. Vide *Salmas.* pag. 1051. b. 1052. a.

*Lapides mortariorum*] *Thyitas, Hermetolao.* Hippocrates thyite ad tereudum utitur velut cote. *Dalec.*

*Ephesiumque lapidem in his prætulere cæteris*] *Lege: Etesiumque lapidem in his prætulere cæteris, mox et Thebæicum.* *Salmas.* 1103. b.

*Ex chalyzio chrysitæ*] Libro sequenti chalyzias gemma grandinem imitatur. *Dalec.*

*Pavonacæ*] *Docti complures legen-*

*dum putant pavida, aut pavimenta, id est, pavimenti modo facta et constructa.* Ego pavonacæ interpretor, picturatis lapidum impositorum quadris ad instar penarum pavonis fulgentia, et splendentia, ut hodie fit in principum ædibus, tegulis magna colorum varietate nitentibus et conapicuis. *Idem.*

*Quorum tamen appareat natura similis eis, qui in Hispania, &c.*] Dele duas dictiones *eis qui*, et scribe cum majore litera, ut sit initium sequentis colli: *Puteis Hispania effoditur*, ex antiquo exemplari. *Pintian.*

*Absolutus segmenti modo*] A saxo terraque divisus, et tanquam resectus. *Dalec.*

*Sejam appellant*] *Seja fortassis ea est, quam D. Augustinus ex Varrone segetibus ait fuisse præpositam, quamdiu sub terra essent.* *Seja* quoque *Dem* a serendo, *Segestæ* a negetibus, mentio fit supra XVIII. 2. Fit et VIII. 48. mentio *Fortunæ* a *Servio* dicatur. *Idem.*

*Quare etiam foribus apertiis, &c.*] *Legend.* *Quare etiam foribus apertiis interdum claritas ibi diurna erat, alio quam specularium modo, tanquam inclusa luce non transmissa.* Tota domus e marmore illo phengite structa erat: clausis foribus et fenestris, nihilominus diurna claritate illustrabatur, tanquam inclusa, non transmissa luce, alio quam specularium modo, qui lucem transmittant, non includunt, et transmissa luce domum illuminant. *Salmas.* pag. 259. 260. b. vide *Sueton.* in *Domit.* c. 14.

*Haud alio quam specularium modo*] Dele negationem *haud*, ex antiquo codice: rectissime, ut declarat verba statim sequentia. *Pintian.*

*Ex aqua Arsinoëtica*] *Erinoëtica*, non *Arsinoëtica*, in nostro apographo: censeant docti. *Idem.*

*Remedium*] De quo non constat an sit duraturus, et offensiones externas toleraturus. *Dalec.* *Remedium*

*in lapide dubio est]* Legendum, non *dubio*, sed *humido*, seu *udo*. *Pintian.*

*Inodomon]* Vitruvius II. 8. *Dalec.*

*Medios parietes farcire fractis cementis. Dictyotheton vocant reticulatum structuram, quam frequentissime Romæ struant rimis opportunam]* Noster codex non *dictyotheton* habet, sed *diamecton*, ut legendum credam, *diamecton*, hoc est, per medium mixtum: scribo igitur aliter et diversa supponctione, ex eodem, sic: *Medios parietes farcire fractis cementis, diamecton vocant. Reticulata, quam frequentissime Romæ struant, rimis opportuna est. Pintian.*

CAP. XXIII. *De cisternis et calce, et harenæ generibus, et mistura calcis et harenæ, et vitii structure, et tectoriis, et columnis.*

*Calcem e vario lapide Cato Censorius improbat]* Vitruvius II. 6. Omittit Plinius talem calcem confectam e testis burcinaram, et aliorum id genus piscium, memoratam a Dioscor. *Dalec.*

*Ex albo melior, quam ex duro, et structure utilior]* Scribe cum minore, *ex albo melior*, et adijunge præcedentibus; deinde cum majore, at sit initium alterius cæsi, *Quæ ex dure structure utilior*, ex vetusto codice. *Pintian.*

*Cui quarta pars calcis addi debet]* De macerationis calcis ad albarium opus Vitruvius II. 7. de arena II. 4. et Palladius I. 10. *Dalec.*

*Ab Apennino ad Padum non invenitur fossilis]* In scripto exemplari, non legitur *Padum*, sed *carum*; scribendum puto, *Ab Apennina ad urbem non invenitur*, &c. nam sequitur statim: 'Rinarum urbis ea maxima causa est,' &c. *Pintian.*

*Quod furto calcis sine ferramine suo cæmenta componentur]* In eodem *fulto*, non *furto*: recte: nostrates architecti *lectum* vocant. *Idem.*

*Marmorato]* Marmoratum fit e marmore trito et calce viva. *Dalec.*

Quatuor] Vitruvius IV. 1. 2. 3. Tria tantum genera is recenset: *Ionicam*, *Corinthiam*, *Doricam. Idem.*

CAP. XXIV. *De medicinis calcis, et maltha, et gypso.*

*Maltha]* *Maltha*, vetus dictio, mollem significat. *Lucilius Sat. XXVIII.* 'Insanum vocant, quem fœminam et maltham dici volunt.' *Bitumen* 'maltham nativam' vocari, vide supra II. 104. *Idem.*

*Cognata calci res gypsum est]* De hoc locutionis genere *Juret. ad Symmach. III. 31. Idem.*

*Tymphaicum est]* A *Tymphæis* *Ætolibus*, quibus vicini *Perrhæbi* sunt, IV. 2. quam a *Tymphæis* *Macedonibus. Idem.*

*Non dissimilis alabastris]* Talis in *Sequanis* ad oppidum *Pollinium* in pago *S. Lothini* reperitur, et ab incolis *alabastrum* vocatur. Hæc ex *Theophr. περὶ λίθων. Idem.*

*Usus gypsi in albariis]* Veteres etiam *gypso* arma dealbasse cum nec tu vellent hostes aggredi ut suos ab adversariis dignoscere, monstrant *Herodotus* in *Urania*, et *Pausanias* initio lib. X. Usos quoque ad claudenda vini dolia, operculaque continenda, monstrat hic locus *Arbitri* in *Satyra*: 'Statim,' inquit, 'allatæ sunt amphoræ vitreæ diligenter gypsatæ, quarum in cervicibus pittacia erant affixa cum hoc titulo: *Falernum Oplimianum annorum centum.*' *Cicero* vero *Medeam* *Enni* munibus *gypsatissimis* quare dicat, vide *Victorium* XXX. 13. *Politianum Miscell. cap. 27. Muretum Variar. VIII. 17. Idem.*

*Coronis gratissimus]* *Coronis* admisceri prohibet *Vitruvius* VII. 3. *Idem.*

CAP. XXV. *De pavimentis et quando primum Romæ, ac subdialibus pavimentis, et Græcanicis, et quando primum camera.*

*Subdialia Græci invenere]* Hanc totam rationem vide prolixè et diligenter explicatam a *Vitruvio* VII. 1.

et Palladio I. 9. *Idem.*

*Domos contegentes*] In Græcîæ calidiorè tracta domos quidem tectis non operiunt, sed ædificiorum summa parte reclusas et detectas ambulationes relinquunt auræ captandæ gratia, quæ vaporosum cælum refrigeret, et præcipue fervidis æstatis noctibus. *Idem.*

*Ruderi novo*] Rudus novum fit e lapide tum primum contuso, aut testis, addita una parte calcis ad duas: redivivum, seu renovatum e veteri, fit ex pavimenti, aut ædificiis dirutis, adjectis duabus partibus calcis ad quinque. *Idem.*

*Nucleo crasso*] Corio, crusta, tectorio. 'Nucleus' medium pavimenti corium, media crusta. Itali 'animam' vocant. Is Vitruvio fit ex testæ tribus partibus et una calcis. *Idem.*

*Quernisque axibus contabulare*] Quernos asseres Vitruvius improbat, quoniam humorem ubi perceperunt, torquent se et in pavimento faciunt rimas: ex esculo vero præfert. *Idem* Palladius I. 9. *Idem.*

*Quo minor vis calcis perveniat*] Ne calx, quæ contignationis et coassationis materiam contactu vitiare potest, in profundum subeat. *Idem.*

*Spicata testacea*] Spicata pavimenta fiunt e laterculis coctilibus junctis, et in latum proclivatis ad spicæ formam. Vide Philandrum in Vitruvium. *Idem.*

*Lithostrota*] Opus amussatum, sive museacum, sive musivum, ut apud Spartianum in Pescennio. Inde artifices musivarii Theodosio et Valentiniano lib. x. Codicis. Artis ejus industriam Nilus lib. IV. Epigrammaton hoc versu monstrat: *πῦρ ἐκ λίθου ἄλλοθεν ἄλλης Συμφερὸς γανόμην ἐξάπτῃς σάτυρος.* *Idem.*

CAP. XXVI. *De origine vitri, et ratione faciendi, et de Obsidiano vitro, et generibus multiformibus vitri.*

*Ex ea creditur nasci Belus*] Supra

v. 19. Vide prolixam hujus rei narrationem apud Rhod. ex Josepho XXII. 5. *Idem.*

*Sed carimoniis sacer, limosus, vado profundus, &c.*] *Lege: Sed carimoniis sacer, limosus, vado profundus, non nisi repulsus mari arenas faletur: fluctibus enim volutata nitescunt detectis sordibus. Tunc et marino credunt adstringi meatu, non prius utiles. Quingentorum est passuum non amplius litoris spatium, idque tamen multa per sæcula gignendo fuit vitro.* Salmas. pag. 619. a.

*Levibus*] *Lege Lenibus.* Græci *ἄκαρνα* vocant, Homerus *κάρκαρα*, quæ *δρυόγηρα κάρρου* non habent. Lenibus *τὰ δρυία* contraria sunt. Apud Catonem, 'lenibus lignis facito calescat:' apud Varronem I. 63. amurca decoquitur in ahenis, lenibus lignis. *Dalec.*

*Ut flexibile esset*] Rhodig. xx. 30. narrat, cum supplex quidam coram Tiberio de industria poculum vitreum allisum, *ἔσπαυρος*, id est, *illæsum* et infractum, ostendisset, jussu ejus fuisse interfectum. Pet. Cunit. de Hon. Disp. Jan. Dus. super Arbitrum III. 9. *Idem.*

*Pterotos*] Quasi pinnatos et alatos, duabus ansis appositis. Quidam legunt *apyrotos*, et ita dici putant vasa frigidaria. *Idem.*

*In genere vitri et Obsidiana numerantur, ad similitudinem lapidis, quem in Ethiopia invenit Obsidius, nigerrimi coloris, aliquando et translucidi, crassiore visu*] Obsidiana illa quæ Plinius memorat, factitia erant, ad similitudinem lapidis Obsidiani, et in genere vitri reponebantur. Fiebat et Obsidianum rubens ad escaria vasa: idem Plinius: 'Fit et tinctura ex genere Obsidiani, ad escaria vasa totum rubens vitrum atque non translucens, hæmaticum appellatum, fit et album et murrinum.' Ita legendus ille locus, vulgo corruptissimus. At versus Obsidianus ab Obsidio nomen nugarum. Græci *ὀψιδιον* vocant, nun-

quam *ὀφειδανός*. Scribitur apud eundem: 'multi ex eo gemmas faciunt:' heic 'gemmæ' sunt lapides annulorum, et sic proprie, quicquid lapidum ad ornatum indueretur. *Salmas.* pag. 91.

*Obsidius*] Vide in Diction. Constant. *ὀφειδανός λίθος. Dalec.*

*Est autem caloris impatiens, ni præcedat frigidus]* Lege: *Est autem caloris impatiens, ni præcedat frigidus liquor, cum addita aqua vitrea pila sole adverso in tantum excandescit, ut vestes exurat.* *Salm.*

*Vitrea pila Sole adverso]* Crystallino præcipue. Inde reperta speculorum urentium materia. *Dalec.*

CAP. XXVII. *Ignium miracula, et medicina, et prodigia.*

*M. Varro auctor est]* Duo postrema verba delenda, ex scripto codice; sequitur enim illico verbum 'inquit.' *Plinian.*

*Lixicus potus medetur]* Lixivium cinerem (Græcis *κοιλῶν στρακτή*) Plantus simpliciter cinerem vocat in *Milite*. 'Lixa,' aqua: inde elixare, aqua coquere. 'Lixæ,' qui officium susti-

nent aquam vehendam militibus. 'Lix,' cinis, vel humor cineri mixtus, hodie lixivium. Nonius. Quidam legunt, *Inde enim cinis luxatis potus medetur, &c.* cinerem hic lixivium exponentes. Vide *Diction. Constant.* in voce *κοιλῶν*. *Dioscorid.* de lixivio idipsum prodidit his verbis: *πορίζεται πρὸς κτάματα, ῥήγματα, θλάσματα, cap. de Fico. Dalec.*

*Ut licet videre gladiatores cum deluserint]* In eodem, *cum deluserunt*: scribendum forte, *cum deluxerunt*; ut diei solet 'fregit crus,' pro 'fractum est ei crus;' et præcedit statim ante, 'luxatis potus medetur.' *Plinian.* *Ut licet videre gladiatores, &c.*] Præcludunt gladiatores in arena, cum ante veram pugnam clypeos et parmas in altum mittunt, quas venuste excipiant, hastasque rudes, et gladios jactant, quod 'ventilare' dicitur: eludunt vero, sive deludunt, cum illo exercitationis genere ludere desierint. Sic *Aquilius littus* definit, qua *fluctus eluderet*, id est, ludere cessaret. *Lips. Saturn.* II. 19.

---

## LIBER XXXVII.

### ΠΡΟΟΜ.

*Promethi vinculorum interpretatione factis]* *Prometheum* *Caucasi* rupibus *Jupiter* alligaverat, quod per ludibrium sibi ossa pingui tecta in convivio apposuisset: quod ignem cælestem esset furatus: quod de stupro *Minervam* sollicitasset. Eum tamen post solvit, quod *Thetidis* amore captus, ab eo fatorum præscio cognovisset, nasciturum ex *Thetide* filium patre majorem fore: et memor eorum quæ adversus patrem gesserat, metueret ne par redderetur: sed ea

lege, ut suarum poenarum monumentum anulum ferream, et coronam textam colligatis floribus gestaret. *Rhodiginus* VI. 19. *Dalec.*

CAP. I. *De gemma Polygratis tyranni, et Pyrrhi regis, et qui sculptores optimi, et nobilitates artificum, et quis primus dactylithecam Romæ habuit.*

*Et qui sculptores]* *Vet. et qui scalptores. Idem.*

*Polygrati Samio]* Vide supra XXXI. 1. *Valer. Max.* lib. VI. cap. ult. Tali historia, vel potius fabula, apud *Pausaniam* lib. I. *Theseus* gemmam cæ-

latam, quam Minos ira percitus in mare projecerat, demersus retulit. *Idem.*

*Fortunæ insidiantis manu reddidit]* Diximus supra ex Strabonis, opinor, lib. XIV. a Persarum satrapa dolo captum, et suspendio necatum. *Id.*

*Præterquam Ismeniam]* Val. Max. III. 2. Liv. Decad. V. lib. VIII. Flor. II. 17. Auctor de Vir. Illustr. c. 58. *Jac. Cellar.*

*Amymone]* Una ex Danaï quinquaginta filiabus, quæ a Neptuno compressa Nauplium peperit. *Dalec.*

*Sylla Dictator traditione Jugurthæ]* In antiqui denarii adversa parte impressum est caput Torquati ejusdem cum his literis, FAUSTUS: in aversa parte signatus Sylla in solio sedens, adstante Booccho in genua procumbente, et veint herbam porrigente, Jugurthaque manibus in tergum revinctis, humi abjecto, elato crure dextro. Ursinus 75. Vide Valer. VIII. 15. Plutarchum in Sylla. *Idem.*

*Sphinge signavit]* Pompeius, enaifero leone. Alex. ab Alex. II. 19. *Idem.*

*Mæcenatis rana]* Seneca in Eplæt. CXV. de Mæcenate: 'Nam etiam cum absentis Cæsaris partibus fungeretur, signum a discincto petebatur.' *Idem.*

CAP. II. *De gemmis translatis in triumpho Pompeii, et natura crystalli, et medicinis, et luxuria circa ea, et quando primum inventa murrhina, et luxuria circa ea, et natura murrhinarum, et quæ mentiti sunt auctores de succino.*

*Reipublicæ datum mille talentum, legatis et quæstoribus, qui oras maris defendissent, H.S. bina millia, commilitibus singulis quinquaginta]* Corrupte. *Commiles* Latinum esse vocabulum, non constat. Legendum: *Reipublicæ et quæstoribus, qui oras maris defendissent, datum mille talentum, militibus singulis sena millia sestertiorum.* Sic

plane *Mss.* et membranaceis Bibliothecæ Academicæ: sic complures a Budæo inspecti, qui Plutarcho et Appiano adhibitis rescribit: *Præfectis et quæstoribus, qui oras maris defendissent, datum mille talentum, militibus singulis sena millia sestertium, comitibus quinquagena.* Lib. III. de asse. *Gronov.*

*Pocula]* Quibus in itinere, profectionibus et expeditionibus cum Roma discessisset, utebatur. *Dalec.*

*Hortis exposita]* 'Flagitantibusque cunctis caelestem vocem, respondit quidem in hortis se copiam volentibus facturam.' Sueton. in Nerone cap. 21. et 22. *Idem.*

*Dum Pompeiano præludit]* Scilicet theatro; ut intelligamus theatrum hoc transtiberinum Pompeiani fuisse præludium; nam Nero priusquam probe perfriculisset frontem minoribus se ostentavit theatris, postremo in Pompeii theatro in conspectu totius populi Rom. ineptire non erubuit. *Gelen.*

*Gelu vehementiore concreto]* Fallitur Plinius. Crystallus fit e lapidescente perspicuo succo, quem sub terra, aut inter gelidas rupium venas frigiditas vehemens glaciatur et duratur. Vide Agricola fossil. lib. VI. Diodorus crystallum scribit ex aqua pura concreascere, sed vi calor divini. Rhod. I. 10. De crystallo vide Orpheum et Theophr. *vepl. lib. V. Dalec.*

*Indicæ nulla præfertur]* Garcias ab Horto I. 47. nullam per universam Indiam crystallum reperiri scribit. *Idem.*

*Cornelius Bocchus et in Lusitania]* Legend. *Cornelius Bocchus et in Lusitania nasci perquam mirandi ponderis in Læmensis jugis, &c.* Lunæ promontorium in Lusitania: *depressos puteos ad libramentum aquæ;* ad librandam aquam depressos intellige: legi etiam posset, *Læmensis jugis;* ut de jugis intelligat, unde Ana flavius oritur. *Salmas. p. 407. b.*



*Ad libramentum*] Quantum effodere aquæ permittant, non scaturientes. Eodem loquendi genere usus est et cap. 9. sequente. *Dalec.*

*Caesati humore parvaque nive id fieri necesse est*] Legend. *Caesati humore, parvaque nive id fieri necesse est: ideo coloris impatientis, non nisi frigido potui dicitur.* Salmas.

*Magnitudo amplissima adhuc visa nobis erat, quam in Capitolio Livia Augusta dedicaverat, librarum circiter quinquaginta*] An librarum *CL.*? legitur etiam in Plin. exemplaribus: quam *Dion Augustus* dicaverat. *Idem.*

*Idem Xenocrates auctor est*] *Lego: Idem Xenocrates auctor est vas amphorale visum: et abique ex India crystalli sectariorum quatuor, id est, vas crystalli ex India.* *Idem, 208. a.*

*Infestantur plurimis vitibus, acubro, ferrugine, &c.*] *Leg. Infestantur plurimis vitibus, acubro, ferrugine, maculosa mabe, occulta aliqua vomica, praeuro fragilibus centro, item sale appellato.* In ferro τὸ κέρρον agnovere Graeci, partem ejus durissimam. *Idem, p. 1074. b.*

*Nec sprucei coloris lymphida, &c.*] *Leg. Nec spruce colore, sed limpida aqua.* *Idem.*

*Lacrymis electrum omnibus annis*] *Inde 'lacrymosum' Virgilio in Coiri: 'Non me delitiis commovit regia dives Corallo fragili ac electro lacrymoso.'* Orpheus quoque in Argonauticis ἀγχιρον πολέκλαυστον, populi lacrymosam vocat, quod succinum, populi esse lacrymam arbitraretur. *Dalec.*

*Juxta E. annem*] *Vid. Herod. lib. III. Jac. Collar.*

*Electer*] Ἠλέκτρον, quod nos ἤλεκτρον faciat, a σομῆς λετοῦσας excitet. *Iliad, 2. Τελέχει κωμαίνων, ἄν' ἤλεκτρον, ἰβηθίην.* *Dalec.*

*Euripides*] *Petrus Victorius xxv. 4. Apolloni verens et Euripidis ex Hippolyto coronato recitat. Idem.*

*Lymneion*] *Josephus lib. v. ἄλυσεν*

*ἀγχιρον* vocat. *Vide Brod. III. 10. Theoph. de lapidibus. Idem.*

*Guttonibus*] *Legendam Guttis.* Guttones *IV. 14.* in Vindiliis sunt, id est, Suevorum et Bavarorum agro. Gutti vero Ptolemæo *lib. II.* Gothi vocantur. Guttos alii Prusiam Samlandiam esse putant, æstuariumque Mentonomon, Cariense litus, quod Germaniam appellatur *den Curischem Strand.* Eo namque fluctibus Oceani magna snocini copia ejieltor, sicut et ad Dantiscam Prusiam. *Idem.*

*Vere*] *Veris temperie IV. 13.* quamvis illic quidam legant *veris tempore.* *Idem.*

*Æstibus*] *Æstatibus* non prorsus absque ratione legitur. Comptum enim est in Arvernīs bitumen e fonte suo non nisi æstate scaturire. *Idem.*

*Aphytaeorus*] *Eas esse quidam putant, quæ capnram fundunt, vocæ ad capnram multum accedente.* *Idem.*

*Thieion*] *Thyeum, sacrificiis aptum; vel theicon, sulphuri simile; vel theion, divinum.* *Idem.*

*CAP. III. De ortu et medicinis et generibus et luxuria succinorum, et lyncurio, et medicina.*

*Certum est gigni in insulis Septentrionalis Oceani*] *Sic leg. Certum est gigni in insulis Septent. Oceani et a Germanis appellari glassum: itaque et a nostris (i. e. a milite Romano) unam insularum ob id appellatam Glasariam, Germanico Cæsare ibi res gerente, Austraviam a barbaris dictam.* *Salmas.*

*Appellari glassum*] *Forte, quod transluceat, et niteat ut vitrum, Glass a Germanis appellatum.* *Dalec.*

*Nascitur autem defluente, &c.*] *Legend. Nascitur autem defluens e modula in pinci generis arboribus, ut gummi in cerasis ac prunis, &c.* *Salmas. 234. Nascitur autem defluente, &c.*] *In regione, quæ succinum mittit, resiniforme nullæ sunt arbores. At in Septentrionalium litorum tractu bi-*

tuminis certe genus flavum est, ut nigrum apud nos in Arvernis, ejusque naphtha flava, qualem e Saxonibus afferunt, et petroleum vocant, ut apud nos atra. Cum ergo fonte suo scaturit bitumen id, molle adhuc et liquidum obvia quæque amplectitur, retinet, includit. Fluctu vero lambente in altum provolutum, maris vertigine ac salaugine, temporisque diuturnitate durescit, ut apud nos pissaspalum, et jam tum succinum eat, sicque concretum in litora ejus scaturigini opposita adversis ventis ejicitur. Gagatis, qui proculdubio bitumen est in visceribus terræ multis seculis excoctum, glebam habui, erutam prope Narbonem in ejus lapidis fodinis, dimidia ex parte nigram, altera flavam, succini modo: quod argumento certissimo est, succinum eo modo gigni quo diximus. Globulos quoque e succino duodecim haud ita pridem in fossili thesauro meo servavi, singulos culicem ostendentes, vel formicam intus sepultam. Dalec.

*Erumpit humoris abundantia, &c.]* Lege: *Erupti humoris abundantia densatur frigore vel tepore, aut mari cum intumescens æstus rapuit ex insulis: certe in littora expellitur ita volubile, ut pendere videatur, atque non sidere in vado.* Vide Salmas. Plin. Exerc. p. 234.

*Quod accensum tedæ modo]* Inde fortassis Germani *Brüsten* vocant, quod accensum et nidorosum significat. Dalec.

*Affertur a Germ. &c.]* Sic leg. in Ms. *Affirmatur a Germanis ideo maxime appetitam provinciam, et inde ad vectum primum ad eos, quos Græci Henetos vocant. Famam rei fecere proxima Pannonia, &c.* In veteribus vero: *Affertur a Germanis in Pannoniam; mox per provinciam, &c.* ut in vulgatis: quæ si vera est ac integra lectio, Istriam et Venetos Romanam provinciam intelligit; nam Pannonia

tum sui juris fuit. *Affertur a Germania, &c.]* Sic corrige: *Affertur a Germanis in Pannoniam, ideo maxime appetitam provinciam, et inde ad Venetos primum, quos Græci Henetos vocant: hi rei famam fecere proximi Pannonia, id accipientes circa mare Adriaticum.* Ideo maxime appetitam illam provinciam scribit, luxuriam snorum temporum denotans. Propter succinum appetebatur, quod ex Germania illo primum invehuntur. Salmas.

*Pado vero annexæ fabulæ videtur causa]* Sic corrige: *Pado vero annexæ fabulæ evidente causa, hodieque Transpadanarum agris, monilium vice succinum gestantibus maxime decoris gratia sed et medicina.* Et sequentia contaminata, sic lege: *vario genere aquarum juxta iis infestante guttura, ac vicinis Carnis.* Dicit Transpadanis feminis æque guttura infestari, ac vicinis Carnis, propterea succinum eas gestare. Carni vicini Transpadanis in Adriatici maris sinu intimo. Idem.

*Ut retia arcendis feris podium, &c.]* Lege, succino nodarentur, arma omnia gladiatoria, et vasa e ludo composita erant succino. Retia porro quæ podium protegebant, succino erant nodata, i. e. nodos habebant e succino, vel loco nodorum succinum: 'nodosa retia' Tibullo. Retibus totum Amphitheatri podium prætendebatur ad arcendas feras. Idem, p. 235. b.

*Podium protegentia]* In theatro Menianum, locum ad spectandum idoneum, cujus pars magis projecta pulpitem dicitur. 'Nero,' inquit Suetonius, 'perraro ludis præsidere, cæterum accubans primum parvis foraminibus, deinde toto podio adapertò spectare consueverat.' Dalec.

*Libitina]* Apparatus funebri, pæretre, sandapilæ, et, ut inquit Martialis, orcinianæ spondæ. Pugnaturis gladiatoribus in arenam Libitinæ instrumenta ferebantur, ut sandapi-

læ, et lecti, sive thori, ut mortui protinus efferrentur. Portam vero qua evehebantur in amphitheatro Libitinensem ideo vocabant. Quintilianus: 'Sonabant ferali clangore tubæ, illatisque Libitinæ thoris ducebatur funus ante mortem.' Lips. Saturn. II. 22.

*Maximum pondus is glebæ*] Hector Boëtius tradit apud Schetlandiæ Buthquanium electri massam equo majorem appolisse, qua rustici et parochi sacerdotis, ignari quidnam esset, thuris loco utebantur. Dalec.

*Nasci et in India certum est*] Fortassis Indiæ Tartaria Septentrionali. Idem.

*Ceterum attritu digitorum*] Lege: *Ceterum attritu digitorum accepta vi caloris attrahunt in se paleas ac folia arida, et quæ levia sunt; ac ut magnes lapis, ferri ramenta quoque. Succina oleo addito flagrant dilucidius diutiusque, quam lini medulla.* Salmas. p. 89.

*Ramenta quoque ejus in oleo, &c.*] Lege, *Ramenta quoque ejus in oleo addita flagrant dilucidius diutiusque quam lini medulla.* Idem.

*Adamantis generibus*] Vide Garciam ab Horto Rerum Indicarum I. 47. Dalec.

CAP. IV. *De adamantis generibus et medicinis, et margaritis.*

*Diu non nisi regibus et iis admodum paucis cognitus*] Lege: *Diu non nisi Regibus, et iis admodum paucis cognitus; ita appellatus, auri modo in metallis repertus, perquam raro comes auro, sed nec nisi in auro nasci videtur.* Verum adamantem et hoc nomine maxime dignum eum habitum vult Plin. qui in auro nasceretur. Vel legendam, perquam puro comes auro. Salmas. p. 1073. b.

*Inter delabrum Mercurii atque Insulam Meroën*] Fabulosum id. Dalec.

*Indici, non in auro nascentis*] In Indiæ provincia Bisnager, duabus vel tribus cantibus; in Decan duabus; una ad fretum Taniam reperiri, scri-

bit Garcias. Idem.

*Similis est huic quidem Arabicus, &c.*]

Lege: *Similis huic Arabicus, minor tantum, similiter nascens, ceteris pallidior ut argentum. At in auro non nisi excellentissimo natales. Incudibus in deprehenditur ita respuens ictus, ut ferrum utrimque disillat, incudesque etiam ipsæ dissiliant. Quippe duritia ejus inenarrabilis est.* Vide Salmas. 1075. a. 1076. b. 1094. b.

*Ita respuentes ictum*] Fabulosum id esse tradit Garcias; nam et in scobem malleolo redigi, et facillime confringi atterique in mortario pistillo ferreo. Dalec.

*Unum ex iis vocant cenchron*] Lege: *Unum ex iis vocant cenchron, quod est milii magnitudine. Græci κέντρον vocant in omni materie nodosum duritiem, quæ ictus respuat, ac ferro findi frangique negat.* Vide Plin. XVI. 39. 'Publicum omnium vitium vocant spiras, ubi convolvere se venæ atque nodi. Inveniuntur in quibusdam, sicut in marmore centra, id est, duritia clavo similis, inimica serris.' Atqui in gemmis eâ centra reperiuntur. Plin. de Sapphyris Medicis: 'Præterea inutiles sculpturæ intervenientibus crystallinis centris.' Ergo illa centra in gemmis ferro scalpi negant et sculpturæ resistunt. Vide Salmas. p. 1074. b.

*Hircino rumpitur sanguine*] Garcias ab Horto expertum se id scribit, sed vana spe. Dalec.

*Adamas dissidet cum magnete lapide in tantum*] Fabulosum id quoque idem non semel expertus tradit. Idem. Leg. *Adamas dissidet cum lapide magneti, in tantum, ut juxta positus ferrum non patiatui ei trahi, i. e. ab eo trahi. ferrum magneti trahitur, id est, a magneti.* Quod sequitur sic lege, aut si admotus magnes id prehenderit, hoc est, ferrum prehenderit atque ad se rapuerit. Vide Salmas. 1104. a.

*Et ob id quidam eum anachiten vocaverunt*] Lege, *Et ob id quidam eum A-*

nauicem vocare, hoc est, ἀναχύτης. Vide Salmas. 1085. a. et Reines. Variar. Lect. II. 7. p. 175. &c. Et ob id quidam eum, &c.] Anachyten, quod animi mororem effundat; ἀνάχυσος, mollities, laetitia. In manuocr. legitur, εὐανάειδος; fortassis εὐανάειδος, quod cubitarius meta depulso, mœroreque levato, sanum conciliet, recreata tranquillataque mente. Alii quod τὰ ἔχη, id est, τὰς λόγους τάβας, quod animi agritudines et anxietates sedat et discutit. Dalec.

Smaragdus] Athenæus lib. III. μαργαρον absque sigma pronuntiandum putat, ἀπὸ τοῦ μαργαρεῖν, id est, quod splendat et fulgeat. Idem.

CAP. V. De smaragdi generibus, et geminis viridibus et translucidis.

Smaragdos vero tanto libentius] Leg. Smaragdos vero tanto libentius, quoniam nihil omnino viridis comparatu, &c. Salmas. 195. b.

Præterea longinquo amplificatur visu, inficientes, &c.] Amplificari visu longinquo scribit, quia aërem sibi vicinam inficientes, quæ proxima sunt, imo etiam longinqua, videnda tradant oculis viridi colore infecta. Et paulo post lego, quod etiam in aquis nos iuvat, in aquis hoc etiam iuvare ait et delectare, si vitrea perspicuitate visum ad imum usque fundum admittant. Et paulo post lege: Proximam laudem habent sicut et sedem, Bactriani: in commissuris saxorum colligere eos dicuntur Etesii flentibus: tunc enim tellure aperta nitent, &c. Et paulo post: Tertium locum Ægyptii habent, qui eruntur circa Copton incolis, ex cautibus, i. e. qui eruntur ex cautibus ab incolis circa Copton. Salmas.

Nobilissimi Scythici] Garcias ab Herto locum ejus natalem vix cognosci tradit, nullis fragmentis remanentibus, quoniam ea propter raritatem mercatores auferant. Veram alia et certa hæc ratio est, quod smaragdi in Scythia, Bactria, Ægypto,

regionibus procul distatis ab India, in qua Garcias degobat, reperiantur. Dalec.

Quos in commissuris saxorum] Nihil de hac re Theophrastus. Et probabile si arena commota inveniantur, in sabulo magis nasci: nisi forte putemus, alio tempore nitorem illorum obacurari arenarum appulsu, Etesiiis vero flantibus discuti sabulum illud ac disjiei, ideoque tum fulgere. Theophrasti verba sunt hæc, κατὰ λέξιν οἷς δὲ εἰς τὰ λιθόκολλα χροῖται ἐκ τῆς Βακτριανῆς εἰσι πρὸς τῆ ἑρήμῳ. Ἰαλλέ, γουσι δ' αὐτοῖς ἐν τῇ Ἑρπίας ἰστέας ἐξέρχεται τότε γὰρ ἐμφανέως γίνονται κινουμένης τῆς ἡμμου διὰ τὸ μέγεθος τῶν πνευμάτων. Εἰσι δὲ μικροὶ καὶ εὐ μαγέλοι. Carbunculi ex Bactriana, quibus utuntur ad gemmata monilia, in desertis nascuntur. Colligunt eos flantibus Etesiiis equites illo egressi; tum enim aura vehementis commotis arenis apparent. Sunt autem parvi ac non magni. Idem.

Doque eorum est nec in colore liquido, &c.] Legend. Doque eorum est in colore liquido, nos diluto, verum ex humido pingui, quaque perspicitur, imitantes translucidum maris. Ita liquidos vult esse illos smaragdos, uti diluti non sint, sed ex liquido et humido pingues. Salmas. p. 567. b.

Thoricos] Populus ex Acamantide tribu. Dalec.

Mons juxta Carchedonem] Iusulam fuisse Theophrastus auctor est; et fortassis in insula mons ille fuit. Id.

Cholon] Καλὸν vocant, quasi clandestum, et alia gratia, nobilitate, auctoritate inferiorem. Lego chloëron, vel chloros, id est, e pallido virescentem. Jaspidis viridis genus esse putant. Idem.

Complures vero e proximis Laonicis in Taygeto] Leg. Complures vero e proximo Laonicos in Taygeto monte, &c. Complures vero e proximo arui, ut Laonicos in Taygeto monte et alios in Sicilia: e proximo, ἐκ τῶν γειτόνων: nulli enim smaragdi magis e

proximo oriebantur. *Salmas.* 106. b.

*Theophrastus tradit in Ægyptiorum* Libro *περὶ λίθων*, unde Plinius hæc omnia mutuatus est. Garcias auctor est, apud Indos a frustis lagenarum vitrearum, ac jaspide viridi, confici smaragdus eximii coloris, et insignis magnitudinis. *Dalec.*

*Apion cognominatus Plistonices*] Apion ille est, quem 'mundi cymbalum' Tiberius vocavit præfatione hujus operis, dictus *πλιστωνίτης*, ab iagazio contentioso, vel *πλιστωνίκοις*, quod in historico certamine multas palmas adeptus fuisset. Aulo Gellio 'Polyhistor' nominatur. *Scalig.*

*Eandem multis naturam*] Vide Garciam ab Horto Rerum Indicarum L. 47. *Dalec.*

*Sexangula figura*] Ob eam causam inæquales vocat Juvenalis Sat. v. 'ipse capaces Heliadum crustas, et inæquales beryllos.' *Idem.*

*Probationissimi sunt ex iis*] Aquas marinas gemmarum vocant. *Idem.*

*Et alios convenit non oportere, &c.*] *Leg.* : *Aliis convenit non oportere perforari, quorum sit absoluta bonitas, umbones tantum ex auro comprehendentibus.* Indi, inquit Plin. beryllorum longitudine summopere delectantur. *Aliis convenit*, id est, inter alios homines convenit, non oportere eos perforari, quorum sit perfecta bonitas. Vide *Salmas.* p. 1107. b.

*Idem cylindros ex iis facere malunt, &c.*] Quia commendatur in hijs lapidibus longitudo, eo cylindros ex his facere malunt, quam gemmas. Cylindri sunt lapides longiores ac rotundi manufacti. *Salmas.* p. 1107. b. 1108. a. *Idem cylindros ex iis facere malunt*] Eo pertinet versus Juvenalis: 'Tu nabe, atque tace, donant arcana cylindros.' *Dalec.*

*Aut omnino castigata causa perspicuitatis ad crassitudinem*] *Leg.* *Aut omnino castigata, causa perspicuitatis, crassitudine.* Hic tradit quosdam existimare angulosos statim nasci, nec

*Dalph. et Var. Clas.*

opus esse artificio, ut sexangula facie atterantur: eosdem perforatos gratiores fieri, exempta candoris medulla. *Salmas.* 1109.

*Indi et alias quidem gemmas crystallo*] *Leg.* *Indi et alias quidem gemmas crystallum tingendo adulterare reperiunt.* *Idem*, pag. 1092. b.

*CAP. VI. De opali generibus, et vitiiis et experimentis, et variis gemmis.*

*Plurimum ab iis differunt opali, smaragdus tantum cedentes*] *Scribe*, *Plurimum ab iis differunt opali, smaragdus tamen cedentes.* In veteri codice Regim Bibliothecæ non comparant hæc verba, *Minimum iidemque.* Dicit opalos multum præferri beryllis, eodere tamen smaragdus, quibus tertia auctoritas post adamantas et margaritas. Quæ sequuntur sic lege: *atque in pretiosissimarum gemmarum gloria, compositi maxime inenarrabilem difficultatem dederunt: est enim in his carbunculi tenuior ignis, &c.* Dicit opalos in gloria esse pretiosissimarum gemmarum et compositos maxime inenarrabilem difficultatem dedisse. *Idem*, pag. 566. a.

*Compositores gemmarum*] Qui de gemmis libros composuerunt. Opalum mirifice laudavit suis versibus Orpheus, qui 'opallium' vocat. *Dalec.*

*Quam Catullus poeta*] Versus Catulli sunt Iambici Trimetri: 'Quid est, Catulle, quod moraris emori? Sella in curuli struma Nonium sedet.' Boëthius 'strumam' vitium esse vult, ac per translationem probrum et dedecus intelligit. Ejus verba sunt: 'Unde Catullus, licet in curuli sedentem, Nonium tamen strumam appellat.' *Turn. Adversar.* XXI. 1. *Idem.*

*Cum etiam feræ abrossas*] De fibro id supra scripsit VIII. 20. *Idem.*

*Summa coloris ex aere et purpura constat*] *Legend.* *Summa coloris ex aere et purpura constat.* Aërinum colorem intelligit, Græcis τὸ ἀερίων χροῖμα; ac hic non usitatum aërinum colorem

*Plinius,*

16 U

in pæderote commendat, sed suo quodam modo viridem magis quam cæruleum. Vide Salmas. p. 567. a.

*Sardonyches olim, ut ex nomine, &c.*] Sardonychis nomen compositum ex *Sarda*, quæ Græcis Σάρδιον, et *βρογ*, quæ *unguem* significat et gemmam unguis colore. Ergo Sardonyx ita olim intelligebatur, velut unguis carnibus impositus esset. Vide Salmas. pag. 568. a. Sequentia sic lege: *Radice nigra aut cæruleum imitante: et ungue numquam incretum candido pingui, nec sine quadam spe purpuræ in minimum transeunte.* Dicit Arabicas sardonychas nullum habere sardæ vestigium, ut Indicas, sed aliis coloribus intelligi. *Idem ibid.*

*Creditum enim candido pingui*] Leg. *Incetum candido pingui, &c.* Vide Salmas. 564. b.

*Maris crustis rubentior*] Leg. *crustis tostis rubentior*; nam locustarum crustæ non rubent, nisi torreantur. *Dalec.*

*Exponenda est et onychis ipsius natura, propter nominis societatem: hoc in gemmam transit ex lapide Carmania*] Hodie docti prope omnes onychem gemmam cum onyche marmore confundunt. Ubique 'onyx' pro unguentario vase ponitur, non de gemma accipi debet, sed de lapide vel marmore. *Salmas. pag. 568. a, b.*

*Zenothemis Indicam onychem plures habere var. &c.*] Leg. *Zenothemis Indicam onychem plures habere varietates, igneam, nigram, corneam cingentibus candidis venis oculi modo infuentis, quarundam et albis venis*; vel potius lege, *cingentibus candidis zonis oculi modo, intervenientibus quarundam et albis venis*: quæ vera est lectio. *Idem ante dixit, candore in sarda hoc est velut carnibus unguis hominis imposito, talesque Indicas sardonychas vulgo existimatas.* Et videtur sentire *sardonychem* dictam quasi *sarconychem*, quod in ea velut unguis carnibus impositus esset; cum ex *Sarda* et *onyche* gemma composi-

tum sit istud nomen. *Salmas. p. 568. a, b.*

*Sed eam a cæteris distare, &c.*] Leg. *Sed cum cæteris distare, quod Indica igniculos habeat albis cingentibus zonis singulis pluribusque, aliter quam in sardonyche Indica, illic enim momentum esse, hic circulum, &c.* *Salmas. p. 568. a, b.*

CAP. VII. *De generibus carbuncolorum; et vitis et experimentis, et gemmis ardentibus.*

*Principatum habent carbunculi*] Leg. *Principatum habent carbunculi, a similitudine ignium vocati, cum ipsi non sentiant ignes, ob id a quibusdam pyropi appellati.* Non dicit *apyrotos* vocatos quod ignes non sentiant, sed *pyropos* ab ignium similitudine: *carbunculi, inquit, a similitudine ignium vocati, cum tamen ignes non sentiant: ob id, id est, ob eam ignium similitudinem pyropi a quibusdam vocati, id est, πυροπός.* *Salmas. pag. 277. b.*

*A similitudine ignium appellati*] Nam *pyropods* Græci vocant. *Dalec.*

*Carchedonios*] *Theophrastus* *πεπὶ Ἀθῶν* afferri præstantissimos a Carthagine et Massylia tradit. *Idem.*

*Propter opulentiam*] Propter divitias mercatorum ejus civitatis, qui ex Garamantibus, Æthiopiæque et Persiæ populis advehebant. *Idem.*

*Alabandis*] Id carbunculi genus nostri adhuc gemmarii vocant nunc *Alabandines*, nunc *Almandines*. *Idem.*

*Pinnato fulgore radiantes*] *Lego innato*; nam gemmæ fore sordido luto obvolutæ, aut scabro corio vestitæ reperiuntur, quod mola deteri oportet et auferri priusquam radiant. *Id.*

*Satyrus Indicos non esse claros dicit*] Legend. *Satyrus Indicos non esse claros dicit, sed plerumque sordidos, ac semper fulgoris horridi: Æthiopicos pingues, lucemque non emittentes, aut fundentes, sed convoluti igne flagrantes.* Præcedentia etiam sic legenda: *proximos illis quos vocant antitas innato fulgore*

*radiances. nihil verius. aditrys obvos,* qui per se sinit; *aditrys isopraz,* qui innato fulgore radiat, non recessito, quique ex se lucem emittit. Præcessit enim: 'Præterea in omni genere masculi appellantur acris, ac cœmianæ languidius refulgentes: in masculis quoque observant liquidioris alios flammæ, nigrioris alios, et quosdam ex alio lucidos, ac magis,' &c. *Ex alio lucent,* qui non innato fulgore radiant, sed in sole positi magis flagrant. *Salmas. pag. 380. a.*

*Stellas intus ardere]* Velut scintillantium fulgentiumque stellarum projectos radios. *Dalec.*

*Item Corinthios ex pallidioris candidos]* Legend. *Item Corinthios, sed pallidiores et candidiores.* Et sic sequentia emenda: *Bocchus in Olisiponensi erui scripsit.* Et post etiam legend. *hoc idem et Carchedonia facere dicitur:* et subintelligitur 'gemma,' ut separaretur a Carchedonio carbunculo: carbunculi enim Carchedonii apud Garamantes secundum Pliniam. *Carchedonium* eum scripsisse, non *Carchedonium*, vel ex eo liquet quod sequitur: 'Archelaus circa Thebas nasci tradidit fragiles, venosas,' quod ad Carchedoniam refertur: et paulo post: 'potoria vasa et ex hac et ex,' &c. *ex hac, scil. Carchedonia. Salmas. ibid. et 381. a.*

*Et Olyssipone scripsit magno labore]* Legend. *Et in Olisipone erui scripsit magno labore ob argillam soli adusti solibus.* Difficiliter erui carbunculos in Lusitano littore dicit, ob solum argillaceum solibus adustum. *Salmas. pag. 277. b.*

*Ob argillam]* Quæ obvolutæ hæ gemmæ vix inveniuntur, ac deteguntur. *Dalec.*

*Cote deprehenduntur]* Mola e cote facta, ad quam gemmæ poliuntur. *Id.*

*Fossilis]* Fortassis quem nasci ad Binas scribit Theophrastus de lapidibus. Anthracitin hanc hæmatitis gemma facit Agricola. *Idem.*

*Tunc nascebantur]* Theophrastus prodidit *περί λίθων*, hocque genus ligno patri simile aspectu, oleo perfusum accendi, et cum extinctum fuerit tale videri quale antea fuerat. *Idem.*

*Quod jactata in ignem]* Idem de Thracio lapide recitat Dioscorides, quem nostrum carbonem fossilem esse, pro indubitato habetur. *Idem.*

*Commendatio summa, quod velut in translucido stellantes, &c.]* Legend. *Summa ejus commendatio, quod velut in translucido ignis intus celantesque se transfurgent aurea guttæ, semper in corpore nunquam in cute.* Hinc summo pere commendari ait, quod aurem guttæ quas intus habet, velut in translucido, et aese celantes transfurgent. *Salmas. pag. 188. a.*

*Et hic mares austeritas distinguit]* Legend. *Et hic mares austeritas distinguit, siquidem vigor apposita tingens indicat: quidam etiam, &c.* Et cap. 5. ejusdem libri: 'Nullis major austeritas, nec minus vitii.' Et paulo post: 'Ergo Cyprii varie glauci: magis ac minus in eodem smaragdo aliis partibus tenorem illum Scythicæ austeritatis non semper custodiunt.' *πικρὸν* Græci vocant quod *austerum* in coloribus Latini. Vide *Salmas. in Tertullian. de Pallio, pag. 183.*

*Ex eodem genere ardentium lychnites appellata]* Lege: *Ex eodem genere ardentium Lychnis, appellata a lucernarum accensum, tum præcipua gratia.* Tum præcipua gratia esse dicit hanc gemmam cum lucernæ accensæ sunt, quia vigor ejus et ardor excitatur accensarum lucernarum flagrantia. Seq. sic leg. *Et inter has invenio differentiam, una purpura radiat, altera cooco. A sole excalescunt, aut digitorum attritu paleas et chartarum flæ ad se rapit.* Vide *Salmas. p. 1104. a, b.*

*Ionis appellata]* Quoniam violæ colorem præ se fert, et representat: durum loquendi genus: *ἰὼν κτ'* dfo-

χθν nigram violam Græci vocant.  
*Dalec.*

*Paleas et chartarum*] De Chalcedonio id Albertus, Isidorus, Bartholomæus Anglicus, Pandectarius. *Idem.*

*Hærens in saxi corde*] *Lege: Hærens in saxo, cordis modo: hoc metallum apud Persas defeciasse traditur, i. e. hoc genus marmoris vel saxi, intra quod inveniebantur Sardæ gemmæ. Salmas. p. 340. b.*

*In India trium generum*] *Lege: In India trium generum: rubrum et quod disemum vocant a magnitudine: δίσημον, quod ea magnitudine erat, ut dum σφραγίδες ex eo fieri possent. Idem, p. 188. a.*

*Apud Menandrum*] Athenæus lib. III. ex Menandri comædia, cujus est titulus πείδιον, hunc versum citat: Μαργύρων εἰμαι ταῦτ' ἔθει καὶ σάφεια. *Dalec.*

CAP. VIII. *De generibus topazii, et callaide, et de gemmis viridibus non translucentibus.*

*Topazio*] Topazum vocat Orpheus περὶ λίθων, scriptis de eo multis et venustis carminibus. *Idem.*

*Chrysopteron similem chrysoprasio*] Topasii Sibenburgensis meminit, cujus pallor ad auri colorem vergit. *Idem.*

*Cætæræ Naxiis cotibus poliantur*] Non a Naxo, nua a Cycladibus, sed ab alia Cretensi Stephanus, Νάξια λίθος, ἢ Κρητικὴ ἀνόρη. Cretensis cotis mentio fit etiam decimo octavo volumine in ratione pratorum. *Gelen.*

*Callais*] Callais, la Turquoise. Tota Persia eam plurimam nasci tradit Garcias ab Horto, Peruzaaque Arabibus vocari. *Dalec.*

*Nascitur post averes India apud incolas Caucasi*] *Legend. Nascitur post averes India apud incolas Caucasi montis Phycaros apud Sacas et Daas amplitudine conspicua. Vide Salmas. 795. b.*

*Chrysoprasius*] Gemmaris, Eau marine, Aigue marine. Chrysoprasum a Chrysoprasio distinguant Albertus,

Isidorus, Pandectarius: quod et adnotatum est in vocabulo Chrysolampis. *Dalec.*

*Glaucocque pinguis*] *Glaucum pinguemque in nonnullis veteribus legitur: in aliis, glacieque pinguis. Fortassis id genus, quod esse pituitæ simile Dioscorides scribit. Idem.*

*Amisos Indicæ similem mittit*] Est autem Amisos Ponti urbs, sicut Chalcidon Bithyniæ. *Gelen.*

*Nomina ex argumento dedere*] Τῆς πορφύρεως, βοδίζεως, σμαραγδίζεως. *Dalec.*

*Aut myxis*] *Leg. aut pituitæ, τῆ μύξῃ. Plinius ambigua voce τῆς μύξῃ hallucinatus est. Idem.*

*Quamobrem præstantiores funda clauduntur*] *Lege: Quamobrem præstantiores funda clauduntur patentes, nec præterquam margines auro amplectente: est quod hoc loco dixit de chrysolithis, funda includuntur perspicua; vel, ut in aliis legitur: funda clauduntur, sed patentes. Salmas. p. 497. b. 408. a.*

CAP. IX. *De jaspidium generibus.*  
*Jasponix*] Jasponix, quæ altera parte jaspidem representat, altera onychen. *Dalec.*

*Reddetur et per se cyaneus*] *Lege: Reddetur et per se cyaneus accommodata gratia e paulo ante nominato colore caruleo. Paulo post lege: adulteratur maxime tinctura, idque in gloria. Ragi Ægypti adscribitur, qui primus tinxit. Idque esse in gloria, i. e. in æstimatione et fama, cum cætæræ factitiam et adulteræ gemmæ viles habeantur. Salmas. 201. b.*

*Adulteratur maxime*] Theophrastus de lapid. non tingi solum in Ægypto memorat, sed σκευασθὲν καὶ τεχνηθὲν εἶναι, factitium et arte factum. *Dalec.*

*Tinctura*] Ut ex fœminis mares fiant. Mares enim valde nigri, fœminæ candidæ. Agricola de fossilibus lib. VI. *Idem.*

*Tinxit*] Theophr. Ἐποίησε χυρὸν, μιμησάμενος τὸν ἀβροφῆν, fusilem fecit ad imitationem nativi. *Idem.*



*Inest ei aliquando et aureus pulvis]* *Lege: Inest et aliquando ei aureus pulvis, non qualis in sapphiris. In sapphiris enim aureum punctis colluget. Carulis sapphirorum, cum purpura optima quod Medos, nusquam tamen pellucida.*

*Sapphirus enim]* Locus hic sumptus est ex Theophrasti *περὶ λίθων*, sed depravatissima scriptura. Verba illius sunt: *ἔστι δὲ καὶ τὰ σφραγίσια γλίφουσι, αἱ μὲν τῆ ὄψεως μίαν [ἡδέαι] ἴσιν σάφειον καὶ ἰσάριον, καὶ ἡ σάφειρος, αὐτῆ δ' ἐστὶ δὲκαρ χρωστικώτατος.* Legendum vero: *σάφειρος καὶ ἰσάριος αὐτῆ δὲ, κ. τ. λ.* Satis mirari non possum, Plinium, tantum virum et in perscrutandis rerum naturis curiosum ac diligentem, hic errasse tam pueriliter, cum de sapphiro ea scribit, nimirum quod non pellacet, et aureis punctis conspergitur, quæ prorsus de cyano gemma, colore cœruleo simili audienda sunt. *Daloz.*

*Aureis punctis colluget]* Remigius Belleus pœta Gallus lepidissimis versibus pretiosissimum et rarissimum sapphirum a se visum describit, nubecula e rubro purpurascete, subcœruleo colore in infima gemmæ parte conspicua, simili sulphuris glaucolori: dum accenditur, gravis aureis, exiguis, intus scintillantibus, et flavo fulgore splendentibus. Aureis autem vel guttis, vel lineis distinctas, notatas, variatas, conspersas gemmas in hoc Plinii velut indice reperio. 1. Sandastrum, fulgentem aureis guttis. 2. Cyanon. 3. Sapphiron. 4. Cerallochaten. 5. Acopida. 6. Cholonitida. 7. Hormesien, radiantem auro. 8. Leucopetalon, aureis lineis candore distincto. 9. Lysimachum, Rhodie marmorii similem aureis vanis picturatum. 10. Leucochryson. 11. Ponticam primam, stellatam aureis guttis. 12. Ponticam secundam, lineis aureis virgatam. *Idem.*

*Cum purpura]* Garciae ab Horto, qui de rebus Indicis scripsit, tradit in eadem fodina reperiri nonnun-

quam sapphirum mixtum cum carbunculo (rubino), eumque vocari ab incolis sapphirorubinum (sapphiranthracæ): Gemmarum nostri vocant, *Sapphir rouge.* Idem.

*Hunc colorem Indi sacon vocant]* Legend. *Hunc colorem Indi Sacon vocant, talemque gemmam Sacondien diluatiorem, eadem et Sapeos vocatur, eadem et Pharanitis in ora contermina gentis Arabiæ. Pharanitis ἀπὸ τῶν Φαρανῶν, ab urbe Pharan, inter Ægyptum et Arabiam sita. Salmas. p. 566. a.*

*Poderotas]* Quod a pueris amentur, vel quod qui gestant pueris amabiles sunt: anterotas quod mutuum amorem concilient. *Daloz.*

*Quod maxime videtur decere]* *Leg. Quod maxime videtur decere et species et colos: eas gemmas Magorum vanitas resistere ebrietati promittit. Salmas. p. 565. b.*

*Inde appellatas]* Alia paulo ante nominis interpretatio reddita, quod ad vini colorem accedentes, eo prorsus inebriatæ, atque temulentæ non sint, sed leviter tantum degustarint. *Daloz.*

*Præferuntur iis Indicæ, et si variæ non sint]* *Lege, Præferuntur iis Indicæ, et si variæ non sint, Tiberenæ. Populi ad Pontum Tiberant, vel Tibereni: hæ sunt quas 'Ponticæ' paulo post vocat. Salmas. p. 408. a.*

*Cæteris subjicitur aurichalcum]* *Leg. Cæteris subjicitur aurichalcum, quoniam etiam et per se gemmarum in usu. Appellatur aliqui et chryselectri. Dicit optimas Chrysolithos includi pala perspicuas, hoc est, patentes; cæteris aurichalcum subjici, folii scilicet at vulgo vocamus vicem. Idem, pag. 407. b.*

*Bocohus auctor est, et in Hispania repertas]* *Legend. Bocohus auctor est, et in Hispania repertas, quo in loco crystallum dicit ad libramentum aqua puteis depressis erutam, Chrysolithon XII. pondo a se visam. Idem, ibid.*

*Vitrea vero]* Fortassis *βαλουδεις*

Theophr. de lapidibus. Dalec.

*In eodem genere sunt melychrysi]* Leg. *In eodem genere sunt melichrysi, qui veluti per aurum sincero melle translucent: has India fert, quamquam in duritia fragiles: in eadem et Xanthi, plebeia ibi gemma.* Salmas. pag. 408. a.

*Candidarum dux est pæderos, &c.]* Loquitur hic de opalo, quem pæderota plerique vocabant, non de illo privato genere. Sequentia sic legenda: *quamquam quæri possit, in quo colore numerari debeat.* Et paulo post lege: *adeo ut decoris prærogativa vocabulo facta sit.* Sequitur de altero pæderote, qui sui generis est, et ab opalo diversi: quæ sic legenda: *Est et suum genus spectatione tanta dignum.* Præter opalum, quem pæderota multi cognominant, est et suum genus, hujus nominis spectatione et merito dignum: *spectatio, ἀξίωσις, δοκίμασις.* Sequentia sic lege: *cœunt in uno translucida crystallus, viridis suo modo ær simulque purpura.* Idem, pag. 556. b.

*Toties jactati]* Nam et opalum cap. 6. hujus libri, et hoc ipso paulo ante, amethystum pæderota vocari scribit. Dalec.

*Cœunt in translucidam crystallum viridis suo modo ær]* Legend. *Cœunt in uno translucida crystallus, et viridis suo modo ær, simulque purpura, et quidam vini et croci nitor, semper extremus in visu, sed purpura coronatus, et his pariter omnibus radiat.* Vide Salmas. pag. 567. a. Statim subsequitur, quod ita legi debet: *Nec gemmarum ulla est liquidior, captis jucunda suavitate oculis.* Liquidæ gemmæ oculis maximæ gratæ. Et quæ liquidæ dicantur, vide Salmas. pag. 567. b.

*Similiter candida est, quæ vocatur astrion]* Lege: *Similiter candida est quæ vocatur astrion, crystallo propinqua, in India nascens, &c.* Dicta ἄστροιον quasi parvum ἄστρον, vel parvum ἀσθήν. Salmas.

*Celebrant et astroiten, mirasque lau-*

*des]* Legend. *Celebrant et astroiten: mirasque laudes ejus a magicis artibus Zoroastren cecinisse, qui circa eas diligentes sunt produnt.* Astolon (an Astrulon?) *Sudines dicit oculis piscium similem esse, et radiare candido in Sole.* Utrum a forma oculis piscium similem esse dicit, an a candore? Hoc potius. Vide Salmas. p. 759. a.

*Et astroiten]* Astroites Cardano gemma minime perspicua, cinerea, stellatis maculis distincta, quæ in aceto aut viuo sponte movetur, animalium incessu progrediens nunc antroorsum, nunc retrorsum, nunc in latus. Dalec.

CAP. X. *De quibusdam gemmis per alphabeti ordinem.*

*Achates in magna fuit auctoritate]* Legend. *Achates in magna fuit auct. &c. excedens amplitudine, varietatibus numerosa, multa et cognomina ejus: vocatur enim iaspachates, cerachates, sardachates.* Salmas. p. 130. b. *Achates in magna, &c.]* De achate multa Orpheus περὶ λίθων, laudes ejus quater repetens, quasi gemmæ maximæ dignitatis. Gemmarum variarum naturam prodiderunt Orpheus, Theophr. Solianus, Avicennas, Albertus, Vincentius, Bartholom. Anglicus, Marbodæus, Isidorus, Galenus. Dalec.

*Dendrachates, velut arbuscula insignis]* Legend. *Dendrachates, velut arbuscula insignis: Stactachates cum writur, myrrham redolens.* Stactachates sic dictus, quod stactæ odorem, id est, myrrhæ haberet ustus. Salmas. p. 133. b. *Dendrachates]* Nemeross, silvoem. Camillus Pisaurensis achaten se testatur vidisse, in cujus planitie septem arbores delineatæ conspiciantur. Dalec.

*Sunt qui maxime probent vitream perspicuitatem in his]* Legend. *Sunt qui maxime probent vitream perspicuitatem. Reperiuntur et hæc in Thracia.* Salmas. p. 134.

*Alabastrites]* Apollonius apud Galenum κατὰ τόρον lib. v. alabastrites

tom ustum cum sale et pmice tostis, valde probat ad dentes denigratos. *Dalec.*

*Candore interstincto variis coloribus]* *Interstincto*, id est, *distincto*, διαστρίκτω, de alabastrite. *Gelen.*

*Alectorius vocant in ventriculis]* *Alectorius* quum dicitur, subintelligitur 'gemma : ' quum *Alectorius*, ' lapis.' *Salmas.*

*Insectum fuisse videri voluit]* Vicit eum Tritormas bubulcus. Rhod. *Dal.*

*Androdamas argenti nitorem habet]* Vim et duritiem adamantis habere androdamantem innuit. *Salmas.* pag. 564. b.

*Antipathes]* Ctesias apud Stobæum : Ὅρος ἐστὶ τῆς Μυσίας Τεθράς καλούμενων, γενεῶτα δ' ἐν αὐτῇ λίθος ἀντιπαθῆς προσονομαζόμενος, ὃς κάλλιστα ποιεῖ πρὸς ἀλφειῶς καὶ λέπρας δὲ αἴσου τραβόμενος, καὶ τοῦ πάσχουσιν ἐπιτιθέμενος. *Dalec.*

*Arabica ebori simillima est]* Marmoris genus. Hanc ab Orpheo παρὰ λίθω *Barbarum lapidem* vocari putant. *Dalec.* *Arabica ebori, &c.]* Idem Plin. inter lapides eum alibi recenset xxxvi. 21. ' Arabicus lapis, ebori similis,' &c. nec dicendum diversos esse lapides *Arabicum* et *Arabicam*; nam *Arabica* scil. gemma, et *Arabicus*, lapis scil. *Salmas.* p. 565. a.

*Aromatites]* Succini species. *Dalec.*

*Asbestos]* In optimo libro *Aspictos* scribitur. *Salmas.* pag. 140. *Asbestos]* Quod de hoc vulgo creditum est in filamenta diductum, linteamina olim subministrasse asservandis cadaverum exustorum cineribus et reliquiis: id inquam falsum, ait Casaub. ad Sueton. p. 186. *Dalec.*

*Aphrodisiac]* Achatis species. *Idem.*

*Egyptillum]* Onychis genus. *Idem.*

*Baptes]* Succinum anchusa tinctum. *Idem.*

*Nucis juglandis magnitudine]* Tecolithi species. *Idem.*

*Bostrychiten vocat]* Amianti genus. *Idem.*

*Bucardia]* Callaidis, sive Turcicæ genus, quale ego vidi. *Idem.*

*Bolæ]* Βῆλοι, vulgo *crupandines.* *Idem.*

*Capnites]* Marmoris genus, Arabicus lapis, chrysolithus fumida. *Idem.*

*Corsica lapis est]* Bituminis aut succini species. *Idem.*

*Cepites]* A cepa, vel ab horto dicta, achatis genus. *Idem.*

*Cinædia inveniantur]* De iis vide xxix. 6. *Idem.*

*Circos]* Tecolithi genus. Turneb. Advers. xxviii. 36. legit *Circos spiris*, id est, circulis. *Idem.*

*Corsoites]* Amianti species: κόρσαι, maxilla, tempora, barba; inde κορσεὺς, tonsor, κορσετήριον, tonstrina. Rhodig. iv. 2. *Idem.*

*Cissites]* Cyssites, ἀπὸ τοῦ κίβω, a conceptu, quasi gravida: quanquam et κισσῶν Græci etiam κίβω dixerunt. Turn. ibid. *Idem.*

*Chalcophonos nigra est]* Vide Solinum cap. 50. Chalcophoni prope Ancinum Vellauniorum plurimæ sunt ubi vis in structuris murorum, et parietibus temera congeatis, nigræ, leves, fistulosæ, tophacæ, cum ferro percutiuntur tinnientes. Parietes delubri Divæ Virginis alternis ordinibus hujus lapidis et candidi illic extracti sunt. *Idem.*

*Choaspites]* Chrysoberilli genus. *Idem.*

*Chrysolampis in Æthiopia nascitur]* Legend. *Chrysolampis in Æthiopia nascitur, pallida die et in nocte ignea.* *Salmas.* 407. a. *Chrysolampis in Æthiopia]* Chrysolithi genus. *Chrysopasion* vocant Isidorus et Marbodæus: *Chrysopagion* Albertus: *Chrysopsis* quidam. Alius est *Chrysopasus* descriptus supra c. 8. *Dalec.*

*Chrysopsis]* Hyacinthi species. *Idem.*

*Cepionides]* Ab horto sic vocatæ. *Idem.*

*Daphniam Zoroastres]* Præter gemmas, quarum nomen incipit a litera

C, memoratas Plinio, Orphens *επι λιβωρ*, Coryphoden recenset, et Chabazium. Coryphoden alii esse volunt sex lateribus angulosum, cujus meminit auctor capite altero hujus libri; alii vero Indicum adamantem, lateribus sexangulum, descriptum capite quarto hujusdem libri; alii beryllum, e quo cylindros Indi faciunt, supra cap. 5. ultimo proximo. De Chabazio nondum liquet. *Idem.*

*Dionysias nigra, &c. ex aqua trita saporem vini facit*] Nota hæc locutio Latine scientibus, lapidem ex aqua terere, nihil aliud est, quam in aqua terere, vel cum aqua. Vide Salmas. p. 718. a, b.

*Draconites sive dracontia*] Philostratus scribit in India dracones esse, alios palustres, tardos, pigros, sine cristis; alios montanos, grandiores, acriores, cristatos. In horum capite reperiri gemmam specie aspectuque floridam, et jucundam, potentia mirabilem, quod testatur Gigis annulus. Rhodign. vi. 11. *Dalec.* *Draconites, &c.*] In vetusto codice legitur, *dracontis: legendum dracontitis, ἢ δρακόντις, et dracontia, ἢ δρακόντειος, subaudiendum 'gemma.'* Salmas. p. 387. b.

*Eupetalos*] Opali genus, vel nostri Heliotropii. *Dalec.*

*Eureos*] *Epicoros.* Vet. quidam, *Epichorios:* aliis, *Epichloros.* In dictione *επιχλωρος*, ut et in *ρεσχοπος*, latet significatio religionis, ornamenti, custodiæ. Turn. XXVIII. 36. *Idem.*

*Galactites ex vivo colore lactis est*] *Lege, Galactites e Nilo colore lactis est.* Salmas. p. 137. Sequitur: *eandem dicunt leucam et leucogæam et leucographidem et smetidem vel smetridem.* Salmas. *ibid.*

*In educatione nutricibus lactis*] Apud Orphenm poemate de lapidibus, Galactitis hoc nomine magna commendatio est. *Dalec.*

*Adimere dicunt*] Legit *adimere* Mar-

bodæns, quod ex hoc versu manifestum est: 'Sed turbat mentes, et clausus in ore liquescit.' Quoniam in vulgatis exemplaribus legatur: 'Sed turbat mentem, si clausus ore liquescat.' *Dalec.*

*Hæc quoque gemma concipere dicitur*] Geodis genus. Fortassis nostrum Bezour. *Idem.*

*Glossopetra (lingua similis humane in terra non nascitur)* Legend. *Glossopetra lingua similis humana, non in terra nasci dicitur, sed deficiente Luna cuncto decidere, memoriæque esse necessariam.* Vide Salmas.

*Gorgonia nihil aliud est, &c. emollit maria*] Scripti omnes leg. *emollit marina:* corrige ergo, *nominis causa quod in duritiem lapidis mutatur e molli marina.* Gorgonia, inquit, ideo sic vocatur, quod e molli marina, dura fit et lapidea extra mare posita. Salmas. 90.

*Fulminibus et typhoni*] De corallo hoc ex Metrodoro scribit Marbodæns. *Dalec.*

*Fulgorem Solis accedentem percussu*] *Lege, Fulgorem Solis accendit sanguineo repercussu.* Salmas. 347. a.

*Hexecontalithos in parva, &c.*] Quod multicolores in ea gemmæ deprehenderentur, *hexecontalithos* dicta est. *Idem,* p. 411.

*Hieracites, alternat tota*] Legend. *Hieracitis, alternata milvina nigrisque velut plumis:* quæ alternatim milvina veluti plumis ac nigris distincta est. *Idem.*

*Hyænia ex oculis hyæna*] *Leg. Hyænia ex oculis hyæna, et ob id invasæ inveniri dicuntur.* *Idem,* p. 337. a.

*Zachalis Babylonius in his libris*] Legend. *Zachalis Babylonius, &c. humana gemmis attribuens facta, hanc non contentus, &c. legend. hæc;* de hæmatite enim sola loquitur, quam medicina oculorum et jecoris decoravit: nec hic contentus quasi et gemmæ humanis factis censeantur, et idem præstare possint quod homines, hæc

eandem et in judiciis multum posse, et petitorios aliquid a rege commendare. *Salmas. 408. a.*

*Humana gemmis attribuit fata: has non contentus* Salmasius ad Solinum p. 408. legi præcipit: *humana gemmis attribuens facta; hanc non contentus oculorum et jecinorum medicina decorasse, a rege etiam aliquid petitoris dedit, et litibus judicatis interposuit.* Quasi, inquit, et gemmæ humanis factis censeantur, et idem possint præstare quod homines; hanc eandem in judiciis multum posse, et petitorios aliquid a rege commendare tradidit. Neque sane aliter tres, qui mihi sub manu; et non hic modo, sed etiam statim *in praelis etiam ex ea ungi salutare pronuntiant.* Quod ipsum jam editum in margine, ut et illa, quæ præfert Salmasius. Et cætera facile admiserim; at ubi quæritur, utrum *fata* sit probandum an *facta*, non tam promiscuis membranæ, quam rationi et materiæ dicto audiens fuerim; nihil enim frequentius inventa, quam hæc duo vocabula miscuisse libraries, et in utro conquiescerent, lucertos certasse. Ergo quum præsens argumentum considero nihil mihi cum *factis* istis: *fata* autem scripsisse Plinium pro explorato habeo; sunt enim nonnunquam *fata* casus et eventus fortuiti, qui vel ex sententia vel secus hominibus contingunt, ex quibus fortunati aut infelices vulgo judicantur. Notare multa est ejusdem vanitatis magorum apud nostrum. Sic XXI. 7. 'Vestibus interponi eam gratissimum, sicut et polion herbam inclitam Musæi et Hesiodi laudibus, ad omnia utilem prædicantium, superque cætera ad famam etiam ac dignitates.' Eodem lib. cap. 11. 'Cauliculum quoque (habet *hebechrysoe*) gracile, sed durum: hoc coronare se magi, si et nugentur sumantur ex auro, quod *apryou* vocant, ad gratiam quoque vitæ gloriamque pertinere arbitrantur.' Rursus eodem

libro cap. 21. de helenio: 'Patant usq. ejus quandam gratiam iis (mulieribus) veneremque conciliari.' Chifflet. et Voss. 'quandam ita gratiam.' Lege, 'quandam vitæ gratiam.' XXIV. 17. 'Eandem protomediam, qua primatam apud reges obtineant.' XXVII. 8. 'Super omnia est, quod extremam fistulam intestini contra ducum ac potestatum iniquitatem commonstrant et ad successus petitionum judiciorumque ac litium eventus.' XXIX. 4. 'Tribuunt ei (basiliaci sanguini) et successus petitionum a potestatibus.' Mox: 'Primum spondylam (dracenis) aditus potestatum mulcere. Dentes ejus illigatos pellibus caprearum cervinis nervis mites præstare dominos potestatesque exorabiles.' Hoc cuncta tu dicis, herbis, gemmis, partibus corporis animalium *attribuit humana facta?* Non ego profecto, sed *fata*: id est, ut per eas gemmas, herbas, &c. votorum competes fiant; ut quorum alloqui ambigua lance pendet spes et fortuna, iis per ista momentum accedat ad bonos eventus eorum, quæ moliantur, atque ad fruentium optatis. Sic Lucan. lib. II. 'Ille fuit Mario vitæ modus, omnia passo, Quæ pejor fortuna potest, atque omnibus nso, Quæ melior, mensoque hominis quid fata paterent.' Sic enim omnino legendum e Mss. cum Cl. Grotio; non *hominis* et *parent.* *Fata hominis* sunt fata humana. Experto, ait, quæ in utramque partem homini extrema possunt accidere, quantum distarent; transgresso ab imis ad summa, et sic gnaro, et quasi pedibus permenso, qui gradus essent ex abjectissima humilitate et maximis ærumnis ad editissimum fastigium gloriæ et affluentis. Idem lib. IV. 'Hactenus armorum discrimina: cætera bello Fata dedit variis incertis motibus ær.' Sic Florns dixit iudices 'fata fortunisque principum habere in manu,' II. 17. Sic Latinus Pacatus, 'nullam majorem esse Prin-

cipium felicitatem, quam fecisse felicem, et intercessisse inopiæ, et vicisse fortunam, et dedisse homini novum fatum.' Nec dissimulandum fuit τὸ ἐξ ἐα ἄνγῃ; nam xxxvi. 20. hujus generis androdamantem 'reddere,' ait, 'succum sanguineum, et esse ad jecinoris vitia præcipui remedium.' Vide reliqua. Gronov.

*Leucocorysos*] Nomen indicat crystallum candidam, aureis vel guttis, vel lineis distingui, vel variari. Dalec.

*Morion Indica*] Fortassis Morochrus, quem et Galaxian et Leucographida vocari Diosc. scribit, mollis, liquescens, dealbandis vestibus utilis, in Ægypto nascens. Idem.

*Myrrhites myrrha colorem habet*] Legend. *Myrrhites myrrha colorem habet, facie minima gemma: odorem attrita, etiam nardi.* Vide Salmas. p. 707. a.

*Nebrites*] Vide num ea sit, quam *νεβρίτης* Orpheus vocat. Gagatromum ex Alberto Marbodæus vocat, Gagatronica Pandectarius. Dalec.

*Orca barbari nominis*] In his, quæ ab N incipiunt, Neuriten Plinius non recenset, memoratam ab Orpheo *περὶ λίθων*, sicut nec in iis quæ a P, *την περὶ λίθων*, ab eodem Orpheo celebratam; et in iis quæ ab O, Omphacem, cujus meminit Theophr. *περὶ λίθων*, nisi Botrytes, ab auctore descripta. Idem.

*Orites*] Albertus tria describit genera, primum rotundum ac nigrum; secundum viride, alba macula notatum; tertium colore ferri, asperum altera parte, altera planum, prodigiososque tribuit effectus. Idem.

*Ostracili ostrea nomen*] Nam *ὀστράκων*, ostreorum testam dixerunt. Idem.

*Chrysitens*] Ab auri colore igneo et flammeo. Idem.

*Pæantides, quas quidam gemonidas vocant*] Lege, *Pæonides quas quidam encymonidas vocant, &c.* Salmas. p. 167. a.

*Specie aquæ glaciata*] *Aquam glaciata* intelligi, non externam gemmæ speciem, sed factum qui intus alvo continetur. Dalec.

*Sagdam Chaldæi*] De Sagda vide non inelegantes Marbodæi versus, Solinum c. 50. Albertum, et Vincentium. Idem.

*Ligno similem*] Suum anthracitem Theophr. *περὶ λίθων* cum ligno putri comparat. Idem.

*Selenites*] *Σελήνιτην* dictam vult Dioscorid. non quod imaginem Lunæ contineat, sed quod adlucente Luna, *ἐν τῇ τῆς σελήνης παραγίγται*, media nocte ac intempesta reperitur. Idem.

*Synodoptites*] Tales sunt qui et in coraciis et in umbrarum piscium capitibus reperiuntur, quos ad regium morbum, colicos ac nephriticos dolores prodesse vulgus credit. Idem.

*Stipula internodiis similis*] Dentalem vocant pharmacopole. Idem.

*Tecolithos oleæ nucleo similis videtur*] Lege: *Tecolithos oleæ nucleus videtur, neque est ei gemmæ honos; sed ungentium calculus frangit pellitque.* Vide Salmas. p. 712. a, b.

*Veneris crines, nigerrimi nitoris*] Lege: *Veneris crinis, nigerrimi nitoris continet in se speciem rufi crinis.* Salmas.

CAP. XL. *De gemmis, quæ a membris hominum cognominantur, et quæ ab animalibus, et de iis, quæ a cæteris rebus.*

*Homium*] Ms. *hominis.* Dalec.

*Adadunephros*] *Adu nephros, a renibus. Deus hic colitur a Syris: iidem Theudactylum digitum Dei vocant.* Ex manuscr. et vetust. quorundam sententia locus hic sic restituendus. Vetust. habet: *Adu nephros: ejusdem Theudactylus hic et a Syris colitur.* At manuscr. *Adu nepros, ejusdem oculus, digitum Dei, et hic a Syris colitur.* Ego vero lego: *Adad nephros, hic Ægyptiis colitur. Ejusdem Theudactylus. Adad Assyriis summus Deus,*

Nomen id unum significat : Solem esse Macrobius interpretatur. Huic Adargatin subijciunt, id est, Tellurem. Vide Gyraldum. *Adadumethos ejusdem oculus nominatur*] Fuit autem Adadus unus e priscis illis Syrorum regibus, cujus sacra Hebræorum historia meminit. Hunc Syri ob merita consecraturum in cælitum numerum retulerunt, divinisque honoribus ceu peculiare suæ gentis numen, usque ad Plinii tempora colere perseverarunt. *Gelen.* Legend. *Adadu nephros, ejusdem oculus et digitus Dei: et hic colitur a Syris.* Salmas. 350. b.

*Triophthalmos*] Marbodæus in suo poemate ophthalmium nominare videtur. *Dalec.*

*Echites*] Ophites Dioscorid. *Idem.*

*Scorpites*] Scorpion vocat Orpheus *ῥεφὶ λίθω.* *Idem.*

*Item alia sullo: et a grauis*] *Hyophthalmos.* *Idem.*

*Collo geranites*] *Leg. colore.* Sic legendum esse verba sequentia ostendunt. In accipitris enim colore Hieraticis similitudinem intelligimus, ut antea dixit, non in collo. *Idem.*

*Narcissites*] *Ἀφρογία παρασίτην* dixit Dionysius de situ orbis. *Idem.*

*Chalazias grandinum*] *Leg. Chalazias figuram grandinum, &c. et mox, etiam igni addito: recte; id est, Chalazias in ignem addito.* Vide Salmas. p. 718. a.

*In Phlegontide intus ardere*] *Lege, In Phlogitide intus, &c. ἡ φλογίτις gemma.* Et ante pro *Astrapia*, *leg. Astrapæ.* Vide Salmas. p. 770. a.

*Echydros*] In viridi coloris solo lineis subtilibus capillos imitatur. Ridicule et inepte coactor Dictionarii Roberti Stephani explicat, 'in virentis ætatis homine capillos renasci facit.' *Dalec.*

*Polytrix in viridi capillatur*] Panstherus, ex Marbodæo in suo poemate. *Idem.*

*Pardalios*] *Enhydron* dici vult Albertus, et ejus auctoritate nimum

fusus Marbodæus, quod aqua stillat ex eo perpetuo. *Idem.*

*Polia*] *L. Polia can. quand. inducit sardio, eandem rariorem nigro, sparto polios.* *Polia* gemma est, quæ radicem vel fundum habet colore sardii vel sardæ gemmæ, id est, rubrum, cui inducta est canities quædam: unde et *polia* dicta; nam *πολλὰ* est canities. Et quid *σπαρτοπόλιος*, vide Salmas. p. 766. b.

*Nec gemite*] Turn. emendat *gamite*, vel *gamitide*, quod Constantinus non probat; esset enim ratio nominis *ἀπὸ τοῦ γάμου, a nuptiis*, ducta, quod auctor negat. *Dalec.*

*Ananchitide*] *Ananchitis* Turnebo *ἀπὸ τῆς ἀνάγκης*, id est, a necessitate, dicitur: ut *synochitis*, a *continento*. *Dalec.* *Ananchitide* in *hydromantia*, &c.] Puto verius scribi *Anagogitide*. *Ἀναγωγίτις, ἀπὸ τοῦ ἀνάγειν, ad evocandis, Deorum manium imaginibus; ut συνοχήτις, a resinendis, quæ evocantur sunt.* Legend. etiam, in *Necromantia*, pro *hydromantia*. Vide Salmas. p. 1091. b.

CAP. XII. *De gemmis nascentibus et factitiis, et figuris gemmarum.*

*Gemma nascuntur et repente novæ*] *Lege: Gemma nascuntur et repente novæ, ac sine nominibus, ut ecce Lampaci unam invenio in metallis aurariis reperi-tam.* Salmas. 1108. b.

*Cochlides*] *Cochlidibus* dissimiles non sunt *conchides*, Megaris ubivis in lapidinis obvii, alitis molliores, insignite candidi, conchulis marinis pleni, auctore Pausania lib. 1. *Cochlides* in lapidinis Lngduno propinquis frequenter inveniuntur compressæ *cochleæ* similes, multis spiris flexuosæ, saxo inclusæ, amplæ, ponderosæ, visenda et admiranda in iis formandis naturæ solertia. In iisdem lapidinis ad pagum Divi Cyriaci et Romani *conchides* reperiuntur, quales Pausanias describit. Alexander Neapolitanus Genial. Dierum v. 9. scribit in montibus Calabris pro-

eul a mari versicoloris se marmoris frustum vidisse, in quo multiplices conchæ congestæ et concretæ coaluerant, ossem potius quam lapidem, etiam cum marmor dissecaretur, intus delitescentes. Cochlidis id genus est. Dalec.

*Postea clypeidos et rotunda*] Turneb. emendat *Epipedos*. Constantinus vero legit *κωκλιδίος*. Vide Adversar. I. 21. Lego, *clypei modo rotunda*. Alii *Clypeoides*. Dalec. *Postea cycloides, &c.*] Legend. *Postea cycloides et rotunda*. Vide Salmas. p. 706. b.

*Ex veris gemmis in alterius*] Ut electrum in amethystum, crystallum in smaragdum. Dalec.

*Aliunde minis sumptis omnibus*] Sic fiunt hodie perdicophthalmi, et ælurophthalmi, passim venales in tabernis gemmariorum. *Idem*.

CAP. XIII. *De ratione probandarum gemmarum.*

*Obsidiana fragmenta veras gemmas non scarificant*] Legend. *Obsidiana, fragmenta veras gemmas non scarifiant, facticia scarificationes candicantium fulgiunt*. Vide Salmas. 1101. b.

*Montium articulis ferorum*] In vete-

ribus legitur *montium obstaculis*; quæ ab externarum scilicet gentium injuria montium vice Italiam defendunt. Id nimirum est quod scribit XII. 1. Gallias iuxta præparabili munimento Alpium coerceri, ne Italiæ se superfundant. Vide XXXVI. 1. *Dal. Montium articulis*] Dicit Salmasius ad Solitum, nosse se montium pedes, suras et scapulas, articulos vero se non nosse; itaque legendum esse, *montium obstaculis*. Verum fallitur. *Articuli montium* sunt nexus et juncturae quibus sibi invicem adherent. Vide Isaac. Vossium in Melam, pag. 161.

*Fruges, vinum, olea, vellera, &c. ne equos quidem in trigariis*] Trigarium locus est in quo equi exercentur. Glossæ: *trigarium, τόρος ἵππων ἱεροῦ γυμνάσθου*. Vulgo 'mancipium' vocamus. Et paulo ante dixit, *montium articulis*; sed quid *articuli montium* faciunt ad laudem Italiæ? In Codd. antiquis legitur, *montium obstaculis*: recte: *obstacula* ibi sunt munimenta et propugnacula. Salmas. pag. 55.

---

FINIS NOTARUM VARIORUM.

---



# NOTITIA LITERARIA

DE

## C. PLINIO SECUNDO.

EX JO. ALB. FABRICII BIBLIOTHECA LATINA,  
A JO. AUG. ERNESTI AUCTIONE EDITA, TOM. II. CAP. 13.

---

### *Plinii Ætas.*

**C.** PLINIUS SECUNDUS, Veronensis an Novocomensis fuerit, a multis disputatum est, initio facto per Joannem Presbyterum, Ecclesiæ Veronensis Mansionarium, qui eum Veronensem fecit: quos longa serie enumerat Rezzonicus V. Ill. Disquis. Plinianar. lib. 1. ipse pro Novocomo, recte, ut nobis videtur, decernit. Natus sub Tiberio, A. G. 23. ut eidem videtur: nam nec in hoc consentiunt: sub Claudio stipendia fecit in Germania, sub Nerone et Vespasiano varia munera publica administravit, procurator primum in Hispania, deinde Præfectus Classis Misensis. Nec minus omnibus liberalibus disciplinis insigniter excultus, Epicureus, dogmate, non moribus, diligentia incredibili et eruditione admiranda, post elaborata plurima immortalitate dignissima volumina, cum Miseni agens ad Vesuvium<sup>1</sup> montem, fumum et ignes evomere incipientem, cognoscendæ rei cupiditate propius accessisset, ex fumo nubis e monte ortæ, spiritu obstructo, clausoque stomacho, obiit sub Tito Imp. anno ætatis sexto et quinquagesimo a. d. VIII. Kal. Sept. Vitam et res Plinii post Plinium Juniores plures scripsere.

<sup>1</sup> Vide Plin. Junioris Epist. vi. 16. et 20. ad Tacitum, et auctorem vitæ, necnon Baptistam Fulgosum memorabilem VIII. 7. p. 606. Similiter de Francisco Nigro, Platiensi Siculo, Medico ac Philosopho traditur, hunc a. 1537.

dum nimis curiose Ætæ incendia speculatur, uno ex ingentibus lapidibus, quos montis vorago in cælum emittebat, ad caput ejus delapso, misere peremptum. Antonius Mongitor Biblioth. Siculæ T. 1. p. 281.

Omnes vicit longe et obruit nuper Vir Ill. Ant. Josephus Comes a Turre Rezzonici, in opere eruditissimo Disquisitionum Plinianarum, i. e. de Utriusque Plinii patria, rebus gestis, scriptis, codicibus, editionibus, atque interpretibus, cujus T. I. Parmæ a. 1763. T. II. 1767. in f. prodit, promisso etiam T. III. quem cupide expectamus. Utramque Plinii Jun. epistolam de eo constituit et illustrat T. I. p. 110. sqq.

*Historiæ Naturalis Libri.*

Ex scriptis Plinii solum ad nos pervenit opus, quod Plinius Jun. l. c. 'Historias naturæ' vocat, ipse auctor 'Historiam naturalem,' in præfatione: male libri quidam editi et scr. 'Historiam mundi' (Ill. Rezzonicus T. I. p. 194.) item 'Historiam mundi naturalem;' opus, ut recte ait idem Plinius Junior, 'diffusum, eruditum, nec minus varium, quam ipsa natura.' Constat libris xxxvii. eoque ex voluminibus ultra bis mille scriptorum Græcorum Latinorumque universam naturæ varietatem complecti conatus est. Series operis et rerum explicatarum hæc est: Post præfationem, cujus locum tenet Liber primus ad T. Vespasianum fil. Imp. Libro II. agit de Universo, cælo et terra, unde eum librum Melanchthon et alii separatim edidere, ut lectionibus scholasticis inserviret: inde de terra proprie et Geographicis rebus L. III. IV. v. VI. Hinc ad incolas terræ venit, et primum Libro VII. de homine et rebus humanis copiose eleganterque disserit: qui liber in primis dignus est lectu: tum de ceteris animalibus eorumque variis generibus, ut de terrestribus, id est, quæ in terra incedunt. L. VIII. de aquatilibus, L. IX. de volatilibus, L. X. de insectis—XI. Ab XII. libro incipit exponere quæ terra eduntur, arbores, plantas, gramina, segetes, rem rusticam omnem, et cetera, eorumque usus in vita humana per artes ab hominibus inventas. Ad extremum in ipsam terram descendit L. XXXI. agitque de metallis, initio ab auro facta, eorumque varietate, usibus, &c. ceterisque rebus, quæ e terra eruuntur; et desinit tandem L. ultimo xxxvii. in artibus pulchris, quibus materia sumministratur e terræ visceribus, ut statuaria, pictura, similibusque. Librum primum, suppositum Plinio, et ab interpolatoribus attextum contendit, bene meritis alioqui de Plinio Joannes Harduinus Chronolog. V. T. p. 152. quem late refellit Ill. Rezzonicus, sed ut tamen de Indice auctorum concedat ac defendat p. 200. Plinius ipse testatur opus

hoc exegisse se A. U. C. 830. Tito Vespasiano sextum consule, a. 230. post captam Carthaginem, et Corinthum, obitumque Catonis, a. 90. post obitum Virgilii : de quo v. plura apud Rezzonicum T. I. p. 172. sqq. Cum vero plurima e Græcis petierit scriptoribus, in illorum sensu assequendo non semper feliciter versatus videtur viris doctis. ' Neque vero novum est,' inquit Josephus Scaliger sive Yvo Villiomarus in locos controversos Titii pag. 14. ' Plinium in reddendo Aristotele aut Theophrasto offendere, cum sexcentis locis hoc commiserit. Quod utique non Plinii inscitiae attribuendum, sed eorum negligentiae, qui excerpta ex auctoribus mala fide descripta ad eum deferebant, ut in ordinem ab eo digererentur. Ita enim opus suum eruditissimum magna ex parte composuit vir ille nunquam satis laudatus. Quare errores in Plinio notamus, qui non sunt Plinii, sed amanuensium.' Innumera ejusmodi observata Salmasio ad Solin. cujus Salmasii videndum etiam judicium de Plinio homonymis hyles Iatricæ præmissum; ut omittam Budæi, Allatii, et aliorum, loca adducta a Crenio in limine partis VII. animadvers. quibus illum Naturæ, ut vocabat Lansius, Orat. pro Gallia pag. 126. Protonotarium hallucinatum annotarunt. Addam hæc Vignolii Marvillii personati scriptoris T. II. Misc. p. 42. *L'Histoire naturelle de Plin est un édifice d'une parfaitement belle structure, mais dont les dedans ne sont pas toujours assez bien meublés pour de si beaux dehors. Le dessein en est magnifique, les préfaces qui en font les entrées sont très-justes, la Morale qui en est le solide, est admirable, et il y a des ornemens qu'on ne sauroit payer. Telle est la description du Rossignol dans son dixième livre. C'est dommage que ce grand homme se soit trop appuyé sur des Ecrivains peu surs, et que ne choisissant pas assez ses lectures, il n'ait pas été lui-même toujours fidèle à traduire les témoignages qu'il en a tirés.* Profecit etiam e Latinis, tum iis qui adhuc extant, ut rei rusticæ scriptoribus, in quibus interdum iniquiorem esse Columellæ notavit Gesnerus ad Colum. II. 9. 8. v. 6. 20.—Epitomen operis confecit sæc. XII. extremo Robertus Girkeladiensis, quam Adrian. Relandus commemorat in Palæstina p. 439. Ejus exemplum fuit nuper in Bibliotheca Uffenbachiana. Aliam esse Oxonii in Bibl. Balliolensi, cujus auctor fuerit Rainoldus quidam, tradit Vossius de Hist. Latinis: sed in Catalogis Mss. Angliæ nulla est ejus mentio.—Excerpta autem e Plinio et Solino in membranis scripta, sub

nomine Diguillii Grammatici, vidisse se testatur Salmasius ad Solin.

Absolvit Plinius opus suum paulo ante obitum, circa annum U. C. 830. ut non uno innuit loco: et quintum Consulatam Titi memorat lib. II. cap. 25. quem ille gessit anno U. C. 828. C. 76. Incendium Vesuvii, quod speculatus Plinius occubuit, describitur a Dione libro LXVI. p. 755. seq. ad A. U. C. 831. Titi primum. Plinius in præf. 'Viginti millia rerum dignarum cura, quoniam, ut ait Domitius Piso, 'Thesaurus oportet esse non libros,' ex lectione voluminum circiter duum millium, quorum pauca admodum studiosi attingunt propter secretum materiæ, exquisitis auctoribus D.<sup>1</sup> includimus triginta sex voluminibus, adjectis rebus plurimis, quas aut ignoraverant priores, aut postea invenerat vita.' Volumen secundum citat Plinius VI. 29. septimum XXXIII. 3. Nonnunquam etiam libri non numerum, sed argumentum, ut IX. 35. 'ut diximus in circuitu Mundi,' respiciens ad volumen secundum et seq. Et XXXIII. 1. 'sicut dicemus in gemmarum volumine:' respicit enim ad librum XXXVII.

Præter naturalium, quam titulo ipso promittit atque ubertim pandit, rerum notitiam, discordiam concordiamque, usus et effectus: præter historiam inventorum humani ingenii, laboris luxusque, et variarum artium, passim gravissimas aspergit sententias, et iudicium de vanitate rerum humanarum, mortaliumque stultitia, speciatim de perditis Romanorum per opes moribus, nec minus de mira sapientia ac provida arte, fidemque omnem superante vi naturæ, per quam Numen intelligi voluit. Itaque licet Epicuri immersus erroribus, tamen ab Atheismi *ἐγκλήματι* absolvitur, iudice Ulrico Zwinglio lib. de Providentia T. I. Opp. 356. A Georgio Agricola præfat. ad libros X. de natura fossilium arguitur, 'quod interdum haud observavit, a diversis scriptoribus unam rem duobus vel pluribus vocabulis appellari, interdum contra res duas vel plures uno vocabulo.' Talium hallucinationum plenum esse ait Salmasius pag. 258. qui passim etiam illas notavit exercitationibus in Solinum: vide pag. 298. 302. 303. Josephus Scaliger in Scaligerianis primis pag. 85. 'Accuratus Plinii lector deprehendet, ipsum Plinium omnia, quæ ex variis auctoribus excerpebat, ordine literarum sive alphabetico in sua digessisse adversaria, neglecto ordine naturali, qui potior erat.' Confer et

<sup>1</sup> Ita legendum, non C.

Reinesium III. 5. Var. Lect. Alia in diligentissimo illo viro notata vide, si placet, in Dan. Guil. Molleri diss. de Plinio Secundo pag. 20. seq. Non in omnibus obstringere se fidem suam, potiusque ad auctores relegare plus simplici vice præ se fert Lib. VII. cap. 1. 'qui dubiis,' inquit, 'reddentur omnibus, modo ne sit fastidio Græcos sequi, tanto majore eorum diligentia vel cura majore.' Adde VIII. 22. 'Sint ista, ut rerum Naturæ libuit,' inquit II. 52. 'aliis certa, aliis dubia, aliis damnanda: nos cetera, quæ sunt in his memorabilia, non omitemus:' et II. 98. 'ut nihil, quod equidem noverim, præteream.' Hinc æquius de Plinio nostro judicat Jo. Raius Epistola ad Jo. Listerum,<sup>1</sup> ne alios jam memorem, quorum testimonia congescit Jac. Pontanus lib. v. *φλοκαλίαι* c. 1. pag. 142. et lib. vi. c. 10. p. 195. Sane reprehendi non raro Plinium immerito, ac præter rem mendacii argui, ubi quæ tradit verissima esse comperiuntur, pulchre notatum est a Casparo a Reyes, qui erudite illustrat locum lib. VIII. c. 50. 'atque etiam morbus est aliquis per sapientiam mori.' Sed de reprehensoribus et cavillatoribus Plinii videndus Ill. Rezonicus T. I. Lib. VII. qui de iis copiose ibi dixit et accurate.

*Scripta deperdita.*

Deperdita Plinii scripta hæc enumerantur a Plinio Juniore Ep. III. 5. De Jaculatione Equestri liber unus: de Vita (L.) Pomponii Secundi libri II. Bellorum Germaniæ libri XX. Studiosus libri III. Voll. VI. Dubii Sermonis L. VIII. Historiarum XXXVII. a fine Aufidii Bassi. Electorum CLX. non in libris scriptis numerandi. Fuere enim tantum Loci excerpti e scriptis lectis ad usus varios vel cogitandi vel scribendi. De his omnibus diligenter scripsit sæpe laudatus Rezonicus. T. I. l. v. Ipse Plinius, auctor, hos libros interdum tangit, ut H. N. VIII. 42. librum 'de jaculatione equestri,' XVI. 4. 'de Vita Pomponii'<sup>2</sup> in Præfat. libros 'dubii sermonis:' item ibidem 'libros Historiarum,' et II. 53. 83. Alios præter hos alii, ut 'de bellis Germanicis' Tacit. Ann. I. 68. Symmach. IV. 18. Libros 'dubii sermonis,' Grammatici, Diomedes, Charisius, et alii.

<sup>1</sup> Bibl. Angloise Tom. IV. p. 10.

ipso, disputatur. Novocomensem fuisse

<sup>2</sup> Pomponius hic Veronensis an Novocomensis fuerit, pariter, ut de Plinio

defendit idem Comes Rezonicus Tom. I. p. 150.

*Scripta varia ad Plinium pertinentia.*

Exempla Operis hujus scripta adhuc extant permulta; quorum magnum numerum diligenter enarrat et recenset Ill. Rezzonicus Comes T. II. p. 218. Pleraque sunt recentioris ætatis, et circa tempora restitutarum literarum, quædam etiam sæc. XV. scripta. Nam propter copiam doctrinæ celebratam multi cupiebant exemplum libri habere, unde et post tam frequentes editiones factæ. Inprimis antiqua et clara sunt exempla: Ricardianum Florentiæ, quod nono saltem sæculo scriptum putatur; Toletanum, quo Pintianus et Schottus uti sunt; et Escorialense, e sæculo eodem nono, nondum collatum cum edd. Parisiense, tempore Caroli Calvi scriptum, et pauca alia. Exemplar Gottorpiense quoque celebratum est a nonnullis: idque conferri cum edito exemplo optat Ill. Rezzonicus. Sed de usu Codd. ad constituendum textum Plinii post recensitas editiones aliquid monebimus. Valde inter se variare scriptos libros, omninoque valde vitiosos esse, non est mirum, in tanta magnitudine operis, et multitudine rerum vulgo non notarum, cum etiam in iis libris, quorum popolare argumentum est, tanta vitiorum copia irreperit. Nec illa vitiositas est nova. Nam Symmachus jam de eo malo questus est, Epist. I. 24. Similia alii tradunt. Guibertus ait, Robertum quendam, Abbatem Montis S. Mich. incidisse in exemplum Plinianæ hist. valde vitiosum; id eum correxisse feliciter. Qualem illam hominis, illo tempore, correctionem fuisse putemus? Apud Decembrium autem Polit. Liter. p. 44. Lonellus ait, se multa Plinii exempla e remotis etiam nationibus conquisivisse, ut adjutoribus Guarino et Victorino correctissimum haberet. Et omnino, non modo ante, sed et post inventam typographiam in editis exemplis, ut Stephanus ait, in Epist. de typogr. sua, p. 42. Plinium conjecturis omnium tanquam scopum misere expositum fuisse.

*Versions.*

Versions Plinianæ Historiæ extant pluribus linguis. Prima est sine dubio Italica Christoph. Landini,<sup>1</sup> primum edita, quod qui-

<sup>1</sup> De hac versione intelligendam, quod dicit Sabellicus, de linguæ Latine restauratione p. 334. med. 'Landinum, Plinium et Livium, duo linguæ Latine

lumina, non sine piculi suspitione omnibus vulgasse.' Nam idem et Livium Italicum fecit.

dem certo constet, Venet. 1476. f. per Jensonum; sæpe illa repetita. Si verum est, quod traditum reperi a nonnullis, e libro scripto factam esse hanc versionem, usus etiam criticos habet. Sed tum jam edita exempla plura extabant: potuit tamen, ubi hærebat, libros scriptos consulere; quod an et quomodo factum sit, judicabant ii, qui eum editis contulerint accurate. In editione repetita nona Venet. 1484. correctorem habuit Jo. a Francesio, in decima ibid. 1543. 4. Ant. Brucciolum; qui deinde a se versum Italice Plinium edidit Venet. 1548. 4. Novam post dedit Ladov. Dominicus Venet. 1561. 8. etiam additis notulis; quæ illas obscuravit, et si Brucciolum fere sequitur sensu, et verbis elegantior est, ut judicat illustris Rezzonicus.

Gallica versio totius operis Pliniani extat, facta ab Antonio Pineto (du Pinet), cujus prima certa editio est Lugd. a. 1566, apud Claud. Sennetonum; (nam altera 1562. incerta est;) sæpe repetita in Gallia et extra Galliam.—Novam versionem meliori corpore viri quidam docti medio hoc sæculo nostro, sed res exitum non habuit. Nuper autem nova versio locum vidit eum textu Latino, ita facta, ut nihil in eo poneretur, quod non in aliquo libro scripto extaret; quod est ad commendationem operis apud vulgus speciosum: versionem subjectæ sunt notæ, ad res maxime explicandas et illustrandas pertinentes; (quanquam et grammaticæ et criticæ insunt;) in quibus utique multa vulgaria etiam verbosius, quam necesse erat, traduntur. In eo opere plures laborarent; unus scripsit præsertim versionem, ut una orationis forma operi redderetur; quæ est, quoad nobis judicare licet, elegans. Prodiit 1771-1782. Paris. 4. XII. tom. Opus debetur maxime Cl. Poinssiet de Sivri.—De Durandi versionibus particularem Plinianarum infra dicetur.

Hispanica versio una modo typis vulgata est, Hieronymo Gornesio ab Huerta auctore; (nam Francisci Hernandi versio librorum 26. scripta tantum extat;) ejusque pars prima Libros XI. complexa primum prodiit Mantuæ Carpet. a. 1624. altera 1629. f.

Anglica versus est Plinii textus a Philemone Batavo, qui in Anglia medicinam fecit, editusque Lond. 1634.—Belgice Arnheimii primum a. 1619. 4. deinde Amstelod. a. 1664. 8. sub titulo: Plinius van Menschen, Vogeln, onde Vischen.—Germanice versus olim ex parte est, a L. I. usque ad L. V. Argentor. 1509. fol. et a L. VII. usque ad XI. per notum illum Henricum Eppendor

pium; quæ versio prodiiit Argentorati 1543. Sed alia versio facta est postea per Joannem Heydenum, quæ primum prodiiit Francof. 1565. fol. deinde 1571. 1584. et 1600. repetita. Res non est tanti. Nam nemo eam hodie legere curet, nec adeo multam de ea sperare licet. Nuper autem Rostochii Vol. I. 1764. Vol. II. 1765. 4. prodiiit novi exempli versio Germanica, cujus auctor fuit Jo. Dan. Denso Pomeranus: qui post diuturnum rerum naturalium studium, et cognito ingenio Pliniano, non male adeoque præparatus ad hunc laborem accessit; non modo sensus Plinianos bene exprimere conatus est, sed et rebus nondum nomen Germanicum habentibus, nomina apta imponere: quæ res ei sæpe non male cessit. Ceterum aliud volumen promisit, in quo et emendaretur textus Plinianus et historia naturalis ad nostra usque tempora continuaretur, b. e. nova post Plinium in quoque genere inventa traderentur. In quo virum doctum non solita nostræ ætati festinatione uti, res ipsa docet, cum nonus ab illius promissi tempore annus labatur, necdum illud volumen prodierit. Novæ versionis auctor nuper extitit Cl. Grosse, cujus duo priora volumina prodierunt Francof. 8.

Arabica versio, auctore Honiam, fil. Isaaci, memoratur in Herbeloti Bibliotheca Oriental. p. 199. et in Act. Erud. 1720. p. 415.

#### *Interpretes Partium quarundam.*

Juvat etiam per saturam paucis referre, qui partes quasdam Pliniani operis illustrarunt. M. Antonius Sabellicus Centuriis duabus annotationum, varia Plinii loca illustravit, quæ recussæ sunt Venet. 1508. et extant in T. 1. Facis Gruter. De his sæpe ille in Epp. Rob. de Valle Rothomagensis dedit Explanaciones difficilium Plinii locorum a. 1500. 4. (exigui momenti, judice Harduino.) Nic. Leonicensus de Plinii, et aliorum Medicorum erroribus; cujus liber primum prodiiit a. 1491. Additus est liber de herbis, fruticibus, animalibus, metallis, serpentibus, &c. in editione Basil. 1529. 4. in quo refellit, quem vocat Patronum Plinii (s. Sabellici) i. e. Collinutium. Ejusdem Leonicensi de falsa quarundam herbarum inscriptione in Plinio, Argent. 1536. Huic rescripsit Pandulph. Collinutius in defensione adversus Leonicensem Pliniomastigem: v. et Epist. Totti et Menochii p. 211. seqq.



adde III. Rezonici Plin. L. VII. p. 217. ubi p. 219. etiam Verderius refellitur.

In Plinii Præfationem commentarius Marini Becicemi Scodrensis prodit Paris. 1519. Corn. Vitellii Epist. ad Partheutium Benacensem, qua eandem præfationem illustrat, Perotti Cornuopisæ subjungitur, in quo sæpe Plinius explicatur: Philippi Melanchthonis paraphrasis prodit cum Orationibus duabus Demosthenis in Aristogitonem Latine versis Hagenæ 1527. 8. Video etiam laudari Antonium Fabrum<sup>1</sup> in Plinii præfationem Rom. 1510. 4. Leodegarii a Quereu commentarius prodit primum Paris. 1556. 4. apud Vascosan. tum Heidelb. 1600. 8. In illam præterea scripsere Martinus de Figueredo, Olyssipone 1529. f. Adrianus Turnebus, (in libros Nat. Hist. præfatio ex emendatione Adr. Turnebi cum ejusdem notis. Paris. ap. Vascosanum, 4.) qui notas suas Guil. Pellicerio,<sup>2</sup> Montispelessuli Episcopo, debere se fatetur, et quas Harduinus sibi haud visas memorat: L. Antonius Flaminus, atque Antonius Ferrariensis.

In Librum I. et II. Francisci de Villabolo extat glossa naturalis, Compluti 1524. fol. In Librum II. Georgius Valla, Venet. 1502. 4. Jacobus Zieglerus, de quo v. Schelhornii Amœn. Hist. Tom. II. p. 265, Collinutius et Vadianus, Basil. 1531. 4. Jacobus Milichius, Prof. Mathem. Vitemb. Hagenæ 1534. 4. Halæ Suevorum 1538. 4. Francof. 1543. 1553. 1563. 4. Paris. 1563. 4. Lips. 1573. 4. Is vero res ipsas potius tractat, quam auctoris sensum investigat; tum se adjutum profitetur Ziegleri commentariis in eundem librum, neque tamen totum subtiliter conscriptis. Rudolph. Goclenius, Marpurg. 1612. 12. Gelenius emendatus Paris. 1543.

In Librum VII. Guglingerus, Cracov. 1526. 4. In locum Plinii VII. 50. ubi mortis per sapientiam<sup>3</sup> mentio, scripsere Alciatus II. 60. parerg. Mercurial. VI. 20. Var. lect. Bisciola XVII. 12. bor. subseciv. Cerda ad Georg. Virgiliti IV. 260. Edvardus Fer-

<sup>1</sup> Vide Catalogum Bibliothecæ Sclericiensæ pag. 124.

<sup>2</sup> Hujus Pellicerii notis in Plinium Mss. usum se fuisse Harduinus testatur. Similiter ineditæ alicubi delitescunt in Plinium notæ Antonii Nebrissensis, Joannis Andreæ Stranæi, Petri Ciaccolini, Christophori Longolii, et fortasse

Franc. Calvi. Vide animadversiones philologicas Thomæ Crenii T. VII. p. 12. et 207. seq. D. de Aylva (forte de Sylva, inquit Harduinus) Medici Friasii commentarios in Plin. laudat Muntin-  
gius.

<sup>3</sup> Verba Plinii sunt, 'Atque etiam morbus est aliquis per sapientiam mori.'

naudes, Joannes de Luna Vega, Franciscus Ximenez Guillen, et Jo. Pineda, Beverovicus Quæst. Epistol. pag. 23. 27. 66. 69. 78. et Wedelius Centur. 1. diss. Medico-Philolog. x. 10.

In Librum IX. Francisci Massarii Veneti castigationes et annotationes Basil. 1537. 4. cum præfat. B. Rhenani, Paris. 1542. In Libri XXX. cap. 1. et 2. commentarius argutissimi scriptoris, i. e. Jo. Trithemii, complectens Magiæ naturalis rationem, prodiit Herbipoli 1548. 4. quo difficultates Plinianæ, præsertim de Magia, explicantur et tolluntur. Nic. Maronæ Commentarius in Plinium et Dioscoridem de amomo editus est Basil. 1608. 4. Melch. Guilandini in aliquot capita Plinii lib. XIII. (de papyro) Venet. 1572. 4. Lausannæ 1576. 4. contra quem Josephus Scaliger in scriptis postumis scripsit Paris. 1610. 4. Plinius de Piscibus, cum scholiis Jo. Cassarii prodiit Venet. 1518. 4. Argentorat. 1534. 4. Christiani Gabrielis Fischeri, Regiomontani, nota ad Plinii IX. 83. (num. 52. Harduin.) de Concharum differentiis, in Actis Eruditor. a. 1733. p. 487. Antonii Vallisnerii dialogos inter Plinium et Malpighium legas in Museo Minervæ Venetæ (Galleria di Minerva) Tom. I. pag. 297. et Tom. III. pag. 297. 353. quibus ingeniose refellitur generatio, quam ex putredine sine semine fieri multi sibi persusserant. Vide et Diarium Venetum, Giornale de' letterati d'Italia, Tom. XIII. pag. 180.

De duabus partibus Pliniani operis etiam bene meruit David Durandus, Sacerdos Londinensis et Societatis eruditæ Lond. Societatis; primum de L. XXXV. ad calcem libri, *Histoire de la peinture ancienne*, qui prodiit Lond. 1725. f. cum figg. deinde de L. XXXIII. de auro et argento ad calcem libri, *Histoire naturelle de l'or et l'argent*. Lond. 1729. f. Primum utrumque librum fecit Francicum, textum Latinum libri utriusque ex Mss. Voss. et ed. pr. 1469. emendare subinde tentavit, suasque notas addidit, ad L. XXXIII. etiam Gronovianas, ut et aliorum, ut Pintiani, correctiones et notas, et Harduini. Inprimis digna est, quæ legatur, præfatio ad Historiam Picturæ, ad notitiam scilicet edd. quarundam veterum. Ceteram in notis ipsius exempla Latinitatis non bene intellectæ plura reperimus. Etiam præfationem Plinii ab eo editam et ex iisdem libris correctam Lond. 1728. 8. reperimus: ipsi non vidimus.

Post hunc nuper plura loca Pliniani operis e libris scriptis editisque feliciter correxit et explicavit illustravitque Ill. Rezzoni-

eas in præclaro Disquisitionum Plinianarum opere, ut T. I. p. 242. seq. Librum primum ad Vespasianum. T. II. c. 9. p. 3. Libri II. et ceterorum omnium particulas plures, hoc nomine præclare de Plinio meritis, etiam exemplo illius operis diligenter tractandi proposito, quod imitentur, qui Plinii novam et perfectam editionem curare instituant.

Neque ex hoc numero excludemus Jo. Matth. Gesnerum, qui Chrestomathiam Plinianam cum notis edidit Jenæ a. 1723. 8. repetitam et emendatam Lips. et Zeltæ a. 1753. in quo libro est ad Plinium et intelligendum egregia præparatio, et ad totum lectione cognoscendum invitatio. Et venit ei aliquando, Göttingæ cum esset, in mentem, totum opus edere, cum ei etiam Codex oblatu fuisset ab aliquo in vicinia Göttingensi (Eyringii Biographia Gesneri T. III. p. 352.) et copia esset exempli Pliniani operis a Petr. Francio cum Cod. scr. collati; haberetque collegas rerum naturalium et medicarum peritissimos, quos in locis ad Physicorum et Medicorum disciplinam pertinentibus in consilium vocare posset, melius deinde eas dicturus, quam ipsi possent. Sed id institutum exitum non habuit.

Finem vix reperiremus, si omnes memorare vellemus, qui per varias occasiones Plinio profuere. Sed principes sunt Budæus, Jul. Cæsar Scaliger, Salmasius in Polyhistore, et notis ad Hist. Aug. scriptores, in quibus et locum de papyro ita explicavit, ut nihil, quod melius dici posset, reliquerit.—Nec prætermittendus Sobeuchzerus, cujus Dialogus inter Plinium et Salmasium in Clerici Bibl. Sel. T. XVII. p. 192. et in ejus Hist. Nat. Helvet. plura sunt, quæ ad Plinium pertinent, ut P. VI. pag. 130. 159. de androdamante ad XXXVII. 10. Et ejus libri multa vel explicantur vel illustrantur ab iis, qui de genibus scribere: multa in Commentariis Acad. Paris. literarum bonarum, Partibus quidem recentioribus, etiam ad artes pertinentia, etsi non raro infeliciter, propter Latinitatem non satis intellectam, imprimis ab Com. Caylus, aut vitiosam scripturam.

Fuerunt etiam, qui in Plinio laborarunt edendo, sed absolvere destinata non potuere. De miro studio Christophori Longolii Mechlinensis, qui A. C. 1522. natus, Patavii obiit, cum vix annos 34. vixisset, quos labores susceperit, quæ itinera et pericula obierit, ut Plinianam Historiam digne illustrare posset, vide quæso Melchioris Adami vitas Philosophorum in Longolio. Idem Ada-

mus narrat, Longolium pæne puerum plura in Plinio emendasse et notasse, quæ ipso inscio et invito in Gallia fuerint edita. Memorat etiam Orationem, de laudibus C. Plinii, ac commentaria in XI. Plinii libros. Et Gesnero Longolii Commentaria in Plinium celebrantur, quem Pictavii publice cum summa omnium admiratione docte et eleganter fuerit interpretatus. Tamen Longolium et Steph. Aquæum, qui Paris. 1530. f. edidit Comm. in Plin. minorum gentium interpretes vocari video ab Andr. Schotto, qui in Epistola ad Ortelium, Melæ subjecta, 'Pintiani,' inquit, 'in Plinium utinam te hortante Plantinus noster, typographus omnium quot sunt, erunt, maxime industrius, in vulgus edat cum Jac. Susii et Brugensium notis: esset cur Reipublicæ literariæ, patriæ, et Plinio ipsi jam pæne in integrum restituto gratularemur. Nos Toletanum Codicem Ms. quo usus est Pintianus, inspeximus, non pauca relicta collegimus, Solinum quoque et Capellam cum Ms. compositos recensuimus: sed maturescere sinam.' Ex eodem Schotto præterea discimus, quod Plinium illustravit etiam sæculi sui alter Varro, Petrus Ciacconius Toletanus, cujus vigiliæ Plinianas adhuc, inquit, nobis hæredes invident et thesauro incumbendo premunt. Petri Pierii Smensæ, Schotani, notas et emendationes in Historiam Naturalem Plinii memorat Suffridus Petri de scriptoribus Frisise decad. XVI. 2. nunquam editas, ut existimo, quemadmodum et Roberti Constantini Antonius Teissierius in *elogiis Thuaneis Gallice versis illustratisque* Tom. IV. pag. 508. Dañ. Guil. Mollerus in *dis. circulari de Plinio Secundo*, Altdorf. 1688. 4. notat Nicolaum Rigaltium quoque et Octavium Ferrarium Plinii Historiæ Naturali recensendæ animum applicuisse, licet consilia eorum mors prævertit. Ipse Ferrarius pag. 309. *Epist.* 'De Plinio vix ulla spes superest, cum immensum pelagus et summa dies inflans vela colligere et retro cursum vertere impellat. Itaque labor omnis non sine fructu per tot annos magno scriptori impensus frustra susceptus fuerit. Sic Dii voluere.' Eodem loco testatur, se veterem editionem Venetam contulisse cum manu exarato Codice, qui Pici Mirandulani fuerit. Notas Ferrarii non ultra librum duodecimum processisse a. 1675. testatus est Christophorus Arnoldus. Vide Burchard. Gotthelf Struv. T. I. fascic. 7. auctor. *literariorum ex Ms. eruditorum* p. 78.

# RECENSUS EDITIONUM

## C. PLINII SECUNDI,

EMENDATIOR ET AUCTIONIOR FABRICIANO,

IN QUINQUE ÆTATES DIGESTUS.

---

[EX ED. BIPONT. 1783-1784.]

---

### ÆTAS I. NATALIS.

1469—1496.

Inter eujus cimelia post editionem principem præstat Parmensis I. emendata a Phil. Beroaldo. Sectiones in Plinianum textum induxit Romana II.

— (Quæ ferebatur princeps Veronensis, 1468. fol. eam extare uspiam, dubitarunt multi: nunc quidem, commentitiam esse, planum factum est ab ill. Rezzonico T. II. Disq. Plin. p. 277.)

1469 Editio princeps, Veneta fol. per Joannem Spirensem Germanum, charta nitida et marginibus amplioribus: quam pluribus describit Sallengrius in Commentariis suis literariis (Mém. de littérature) T. I. sed ut externis tantum immoretur, ad usum criticum nihil dicat, de illius temporis more. Ejus exemplum est in Bibliotheca Senatus Lips. Ad calcem leguntur hi versus:

Quem modo tam rarum cupiens vix lector haberet,

Quique etiam fractus pæne legendus eram,

Restituit Venetis me nuper Spira Joannes,

Exscripsitque libros ære notante meos.

Fessa manus quondam, moneo, calamusque quiescat;

Namque labor studio cessit et ingenio.

Ad eandem editionem respiciunt versus, qui leguntur in antiqua editione librorum Augustini de civitate Dei Venet. 1470. fol. per Joannem et Vindelinum de Spira, fratres:

*Delph. et Var. Clas.*

*Plinius.*

16 Y

Qui docuit Venetos exscribi posse Joannes  
 Mense fere trino centena volumina Plinī,  
 Et totidem magnos Ciceronis Spira libellos,  
 Cœperat Aureli, subita sed morte peremptus.  
 Non potuit cœptum Venetis finire volumen.  
 Vindelimus adest ejusdem frater, et arte  
 Non minor, Adriaca qui commemorabitur urbe.

In hujus ed. exemplis Græca vel omissa vel Latine expressa sunt. Vitiose expressa multa: sed tamen, ut ill. Rezzonicus, post Durandum, (v. præf. Hist. Pictoriæ artis,) usu reperit, multa meliora sunt, quam in aliis editionibus: unde ad textum Plinii constituendum necessaria est. Harduinus quidem non modo usus ea non est, sed eam etiam ignoravit. Ad L. XXXIII. et XXXV. emendandum usus est Durandus. Mature negligi cœpit, quod secutæ eam editiones pulchriores erant.

1470 Romana I. — naturalis historia. Ad calcem legitur: 'Sub Romano Pont. Max. Paul. II. Veneto, impress. Romæ in domo Petri et Francisci de Maximis juxta campum Floræ, præsidentibus magistris Conrado Sweynheim et Arnaldo Pannarz. Anno Domini natalis, 1470.' fol. cum Epistola Jo. Andreæ, Aleriensis Episcopi, ad Paullum II. Hæc editio, manu passim notata, fuit in Bibl. Marquardi Gudii, et inde pervenit in Bibl. Vinariensem. Hanc editionem non probatam fuisse Perotto, patet ex Epist. ad Fr. Guarnerium, subjecta Cornu copisæ p. 1033. edit. Aldinæ: sed eam defendit Cornelius Vitellius in Epistola ad Parthenium illi subjecta, ibidem pag. 1049. et Perottum male accepisse quædam præfationis Plinianæ loca, docet.

1472 Veneta II. (Harduino I.) historiæ natur. libri XXXVII. cum Andr. Aleriensis ep. ad Paullum Secundum Venetum. Venetiis, per Nic. Jenson Gallicum, fol. (nam ed. Jensonii a. 1470. ficta est.) Hujus editionis exempla plura notata reperimus, ut olim in Thuana, Lugduni in Bibliotheca publica, et Londini in Bibl. Richardi Mead.<sup>1</sup> Hæc editio specie perpulchra est, etiam caret

<sup>1</sup> Maittarius testatur Annal. Typ. T. I. p. 34. eam se vidisse cum initialium literarum illuminationibus, singulorum librorum argumentum exhibentibus. Initio libri primi describitur Plinius sedens et scribens: II. informis Mundi globosi figura: III. IV. V. VI. diversæ

Tabulæ Geographicæ: VII. tres Scele-ti: VIII. duo Elephantes turrigeri: IX. X. varia piscium et avium genera: XI. Bombycum varis ab ovo usque metamorphosæ: XII. Nummaruralia: XIII. Hortulanus arbusculas transmoventis: XIV. Homo ebrius in vinea: XV. Puer

mendis edit. Rom. sed subinde interpolata est spuris laciniis, sive codicis scripti, sive correctoris culpa.

1473 Romana II. repet. Rom. 1470. fol. sed et minus elegantibus literis, et vitioior, et vero etiam pluribus locis a quodam Brotheo, qui ei editioni præfuit, depravata, quem hoc nomine acriter perstringit Dom. Calderinus in recriminatione taxationis Plinianæ ad calcem Comment. in Juvenalem. Ibidem in Defensione adv. Brotheum accusat Perottum, quod Plinium. 275. locis corripuit: quod in qua editione factum sit, ignorare se dicit auctor Literaturæ Brixiensis P. I. pag. 160. Ea autem accusatio est communis Perotto et Brotheo, de quo idem dicit. Nempe Perottus codicem, ex quo novam editionem Brotheus duxit, tot locis correxerat; ut clare dicit: 'in ducentis et septuaginta quinque locis Plinianum codicem, quem Brotheus inprimi jussit, depravasse, fateatur necesse est.' Omissa est etiam Epistola Jo. Andr. Aletriensis ad Paullum II. cum Epistolis Plinii Junioris de avunculo suo, et in fine alii versiculi. Denique in hac editione textus Plinii sectus est in partes minores cum titulis, eorumque numeris, uti et operi præfixi sunt: quæ res etsi usibus nonnullis aptiorem textum facit, tamen non probatur ill. Rezzonico. Sed id institutum secti sunt postea omnes.

1476 Veneta III. per Nic. Jenson. f. quæ repetitio videtur ed. 1472. cf. Car. Benj. Lenguichii notit. librorum rariorum. Gedan. et Lips. 1776. Tom. II. p. 60.

— Parmensis I. fol. Ducta est e Jensoniana, sed tamen in locis nonnullis emendata a Phil. Beroaldo, cujus epistola subjecta est in fine, quæ loca et annotavit ill. Rezzonicus Comes. Usus quidem se dicit et Mss. Pliniani Operis, et testimoniis veterum, Pliniique ipsius: quarundam emendationum ipse rationem reddi-

humi cum pomis ludens: xvi. Venator sylva cervum persequens: xvii. Arborea in seminario disposita: xviii. Agricola duo arantes: xix. multæ sationum species: xx. Puer melones legens, et mulier corbem gestans: xxi. Rusticus collos noctens: xxii. Tinctor vestium: xxiii. Vindemiator in vinea: xxiv. Quidam Arborum radicibus assidens: xxv. Quidam herbas legens: xxvi. Chirurgi duo, alter infirmi caput curans, alter vero incidens: xxvii. Pantheræ duæ, altera acornis gustato expirans: xxviii. Medicus cum libro, prope æ-

gram in lecto decubentem: xxix. Æsculapius sub serpentis figura: xxx. Magus in magicarum figurarum circulo legens, et Dæmon desuper advolans: xxxi. Urinatores: xxxii. Navis: xxxiii. Puer sufflans ignem sub fornace fusoria: xxxiv. Pictor pingens in tabella: xxxv. Metallorum fossor: xxxvi. Duo lapidicidæ: xxxvii. Gemmarius inter varia gemmarum diversicolorum genera. Tales figuræ et in exemplo ed. Parmens. tertie repertæ, quas enarrat ill. Rezzonic. p. 208.

dit. Hac editione usus est Pintianus, eaque intelligenda, cum Parmensem librum commemorat.

Filiæ Parmensis I. sunt sequentes :

1479 Tarvisina, fol. quæ Parmensem I. repetiit, etiam Beroaldinas notulas : accessit egregia Hieronymi Bononii (Bologui) Apol. pro Plinio (ad Jo. Bombenum) adversus eos, qui tum Plinii libros in contemptum adducere tentarunt, additis versiculis his :

Quid juvat innumeris onerari scrinia libris ?

Solus pro cunctis Plinius esse potest.

1480 Parmensis II. typis Andr. Portiliæ, fol. quæ nihil differt a I. nisi quod mendæ quædam typographicæ sublatae sunt a Portilia typographo, et Beroaldi nomen in fine et epistola omissa, relictis tamen correctionibus : fortasse ut imperitis novum videretur, quod erat dudum vulgatum.

1481 Parmensis III. fol. typis Andr. Portiliæ. Secundæ similis.

— Veneta IV. fol. apud Thomam de Blavis : quam e posterioribus Parmensibus ductam subjectæ Beroaldi correctiones sine nomine et epistola ejus docent.

1483 Veneta V. quam Harduinus alteram putavit. Venetiis impress. opera et impensis Jo. (Rainaldi) de Novimago Alamani, anno nativitatæ domini 1483. d. VI. mensis Junii, fol. Ex iisdem cum illa 1481. exemplaribus ducta est. In fine sunt quædam non contemnendæ correctiones. Ceterum hæc editio mendis scatet.

1486 Veneta VI. fol.

1487 Veneta VII. Plinii Secundi Naturalis historiæ libri XXXVII. Venetiis impress. per magistrum Marinum Saracenum anno MCCCCLXXXVII. die XIV. mensis Maii regnante illustrissimo principe Augustino Barbarico. Fol. Literæ initiales coloratæ. In fine habet correctiones.

1496 Brixienensis I. fol. typis Angeli et Jac. Britannicorum.

## ÆTAS II. BARBARA.

1496—1535.

Novum Plinii exemplum, idque castigationibus Hermolai Barbari primis an. 1492. et alteris an. 1493. editis emendatum introduxit Veneta an. 1496. Adjunxere se illi Guil. Pellicerius et Jo. Bapt. Palmarius. Præ ceteris dein profuit Plinio Alex. Benedictus ; et



huic successere Jo. Cæsarius, Des. Erasmus, Angelus, et qui nulli doctrina inferior, modeste verum nomen illo 'Bellocirii' textit, Petrus Danesius.

1492 et 1493 Castigationes Plinianæ Hermolai Barbari, Romæ, fol. Atque hæ sunt primæ Hermolai, qui Plinianum opus tum e libris scriptis, tum maxime ex ingenio, i. e. ex doctrina et scientia rerum, e scriptoribus Græc. et Lat. comparata, castigare instituit.

1493 Ejusd. Castigationes Plinianæ secundæ: it. emendatio in Pomponium Melam: it. Obscuræ voces in cod. Pliniano cum expositionibus. Romæ, typ. Eucharii, fol.

De castigationibus Herm. Barb. accuratissime omnium, quos nos quidem sciamus, egit Apostolus Zenus in Diss. Vossianis P. II. p. 371. Reprehensus est a pluribus, ut Rhenano, in præf. ad Massurium in L. IX. Plinii, quod libros scriptos non satis diligenter inspexerit; quod non negamus: at ille in præfatione ad Alexandrum ipse dicit, se maxime e scriptoribus veteribus Græcis et Latinis correxisse; et videtur codices veteres et bonos nancisci non potuisse. Hæ castigationes aliquoties repetitæ sunt Mediolani, Basileæ, &c.

1496 Veneta fol. cum castigatt. Herm. Barbari per Barthol. de Zanis.

1497 Veneta, apud Bernardum Benalium, ex correctione Hermolai Barbari, fol.

1498 Veneta fol. ap. Bernard. Benalium. Rep. ed. prioris.

— Veneta fol. cum præfat. Palmarii. Ut ex præfat. patet, basin fecit Venetam II. i. e. Jensoni, exemplo Hermolai, correctam ad rationes Hermolai, sed maxime ad Mstum librum Barberinianum, in margine etiam additis annotatiunculis ad lectiones pertinentibus. Sed ea editio proprie est repetitio Venetæ anno 1472.

— Brixienis II. fol. e castigationibus Hermolai Barbari, cum notulis quibusdam marginalibus manu Guil. Pellicerii Episc. Moos-peliensis passim exaratis, in decem fere priores libros. Hæc editio in calce a. 1496. exhibet: in quo vitium sit necesse est, quia Benalianæ vestigiis incedit: videturque ille annus temere ex ed. prima ductus esse; nisi in tota re fraus est, ut videtur.

1499 Naturæ historiarum libri XXXVII. e castigationibus Hermolai Barbari, quam emendatissimi editi. In calce: Impressi Venetiis per Jo. Alvisium de Varisio Mediolanensem, 1499. d. 18. Maii. Fol. Hanc edit. curavit Jo. Bapt. Palmarius, Harduino non inspectam.

1507 Venet. f. C. Plinii Secundi Veronensis. historię naturalis libri xxxvii. ab Alexandro Benedicto physico emendatiores redditi. Impress. per Joannem Rubeum et Bernardinum fratresque Vercellenses ab incarnatione anno Domini 1507. die xvi. Januarii. Ed. rarissima. Multa ille sine dubio bene emendavit, usus etiam antiquissimo, ut ait, codice. In margine sunt lectiones dubiæ, ad calcem etiam aliæ. Primus paginas numeris notavit, indicem rerum addidit. Accessere et Hermolai Barbari castigationes; etsi eas ill. Rezzonicus non memorat.

1510 per Alex. Benedictum, Veron. 2 voll. 8. nescio an diversa a sequente :

— ab Alex. Benedicto emendatiores redditi, 2 voll. 8. sine loci et typographi nomine. Rep. ed. 1507. De hac editione dubitatio esse potest de loco et typographo. Ill. Rezzonicus Venetiis attribuit, de typographo hæret. Vix dubitamus, quin sit e Juntina officina : adeo forma literarum cum Juntinis consentit. Et Juntæ similiter in aliis libris fecerunt, in quibus tantum repeterent aliarum officinarum exempla, ut in Catullo, Tibullo, Propertio. Est tamen et Lugdunensibus exemplis simile, ut Livio Becharii, &c.

1511 C. Plinii Secundi nat. historia cum quibusdam Hermolai Barbari, Viri undecumque periti, lecturarum annotationibus, &c. quæ omnia emunctis a Nic. de Pratis characteribus Francisci Regnault ac Jo. Frellon impendio, in Lutetiæ Parrhisorum Academia feliciter impressa, anno a nostræ salutis redemptione MDXI. fol.

1513 Paris. fol.

— Venet. cum Alex. Benedicti emend. Venetiis, per Melchiorrem Sessam, cum figuris. Ed. nitida et rara.

1514 Paris. ap. Nic. de Pratis, per Franc. Regnault. fol.

1515 Aldina. Hist. natur. Venet. partes tres. 8.

1516 C. Plinii Secundi hist. nat. libri xxxvii. olim ab Alex. Benedicto castigati, nunc autem ex collatione multorum exemplarium diligentius recogniti. Venetiis, a Phil. Pincio Mantuano impressum anno Domini MCCCCXVI. die ultimo Decembris, Leonardo Lauredano Venetiarum felicissimo Duce regnante. Fol. Quod editor collationes aliorum exemplorum jactat in titulo, id inane est, sed illis temporibus valde usitatum.

1518 Fol. Hagenœ, ex Herm. Barbari emendatione et Joannis Baptistæ Palmarii, (est igitur repetitio Venetæ 1498. et hanc habet,

qui illam habet,) cum Indicis amplius Joannis Camertis, qui prodierat separatim Viennæ Pannoniæ 1514. 4. et deinde pluribus Plinii editionibus est adjunctus. :

1519 Venet. fol.

1524 Paris. fol. Cum hujus et editionum 1511. 1513. 1514. tituli sint iidem, eas recensione Hermolai secutas esse patet omnes. Nic. Beroaldi et Guil. Budæi operam, in Plinio emendando præstitam, laudat Erasmus XXVIII. 14. Epist. Eam credebat Fabricius in editionibus hujus scriptoris Parisiensibus a. 1514. fol. et 1516. fol. 1524. fol. apud Vidoveum, cum et Cæsarii operam in eo genere laudet. Sed in præf. Plinii Paris. 1526. disertè Beroaldo correctio edd. Paris. tribuitur. De Budæo quod dicit, ad librum de Asse pertinet: ex eoque sunt notulæ Budæi, quarum in quibusdam edd. fit in titulo mentio.

— Colon. 8. per Joannem Cæsarium.

— Colon. fol. (editio haud paulo melior altera Germanica 1518.) per Joannem Cæsarium, qui 4000. mendarum sustulisse se dicit, non inventa demum et correctæ, cum editionem curaret, sed antea deprehensa et sublata in prælectionibus, quas in Plinii libros Coloniæ habuisset: inter quas scilicet facillime a curiosis interpretibus et deprehenduntur, et vero etiam sæpe corriguntur, vitiosæ lectiones. Ceterum in isto numero vitiorum etiam typographica intelligit. Ejusdem Cæsarii scholia in Plinium et Oppianum de piscibus prodire Argent. 1534. 4.

1525 Basil. fol. apud Jo. Frobenium, ab Erasmo curata, haud paulo pulchrior Hagenoënsi et Coloniensi. Ejus basis est Coloniensis, sed pluribus locis, præsertim ex antiquiori codice scripto, etsi valde vitioso, correctæ: cujus correctionis aliquot egregia exempla in præfatione ad Episcopum Olomucensem commemorantur. (Extitit in Bibl. Ernestii. Quinque libros priores cum cod. Ms. contulit Henr. Snakeburch.)

— Veneta cum castigat. Hermolai Barbari, fol.

1526 Paris. fol. Habuit auctorem quendam Angelum, qui ei præfatus est, et cum dicat, se Hermolaum maxime sequi, nempe ut superiores editores Parisienses, tum se ait usum duobus Codicibus scriptis e Bibliotheca S. Victoris, similes scilicet illi Erasmano, de quo ante diximus. Subjectum indicem copiosum Petrus quidam Gratianopolitanus pro suo venditat, et in eo se jactat, cum prope totus sit Camertis. In præfatione salsum est, quod

dicit: 'Utinam Academia Parisiensis tot haberet eruditos, quot habet jam chalcographos.' Nec minus mirabile, quod Hermolaum Barbarum dicere solitum tradit: 'Qui Plinium non legit, est indoctus: qui lectum contemnit, indoctior: indoctissimus, cui non sapit.' Habet ea editio varias lectiones in margine.

1530 Basil. fol. per Beatum Rhenanum. Ducta est hæc editio, ut ceteræ Basileenses, ex illa Erasmi a. 1525.

1532 Paris. f. curante Petr. Bellocirio, editio longe pulcherrima. Ejus brevem, at elegantissimam præfationem, bene fecit, cum totam Disquisitionibus suis Plinianis inseruit Ill. Rezzonicus: ex qua intelligitur, post Barbari, cui plurimum tribuit, Budæi aliorumque operam bonam, multa cum reliqua putasse, quæ corrigenda viderentur, ipsumque multa correxisse, quæ illos fugerant; quod vir ille modestus magna cum asseveratione confirmat: in quo se, ait, duobus adjutum pervetustis libris scriptis, per quos effecerit, ut hæc sua editio omnium correctissima esset. Itaque operæ pretium fuerit, hæc editionem ab eo, qui novam editionem curare velit, diligenter excuti; quam admodum raram esse, indicio est hoc, quod qui de editionibus Plinii dixere, eam fere ignoravere, Ill. Rezzonicus autem duo modo exempla ejus in Hispania reperit; in Italia nullum. Ceterum ille Bellocirius est Danesius, cujus editionem quidam, sed tantum nomine tenus, commemorarunt; Ill. Rezzonicus commentitiam putabat: quippe et præfatio illa inter Danesii opuscula edita est: adde Colomesii Miscell. Hist. p. 826.

1534 Herm. Barbari in C. Plinii Sec. H. N. castigationes, Basil.

1535 Venet. 4 voll. 8vo. ed. Andr. Asulano, sub Aldi insigni. Præfatus est Andr. Rabirius Brixianus: sed is nihil dicit, nisi hæc editionem esse sua opinione omnium castigatissimam; quæ est vana jactatio non habentis quo commendet opus: videturque id pertinere tantum ad diligentiam typographicam.

### ÆTAS III. GELENIANA.

1535—1543—1582.

Antesignanum habet Sigiam. Gelenium, qui edito jam an. 1535. castigationum volumine, quamvis nimis a quibusdam arguatur licentiæ, Harduino tamen judice, vetustorum auctoritati codicum ac

fidei tantum tribuit, quantum detrabere iisdem visus est Hermolaus Barbarus. Sane ex quo Gelenius ipsum Plinii textum a conjectariis Hermolai ad codices sæpius probe revocatam, edidit, eo pro exemplo usi sunt plerique omnes. Gelenii exemplum secutus est Beat. Rhenanus, et Ferd. Piantianus. Textum post Gelenium curarunt Andr. Morgagnius, P. Manutius, cet.

1535 Basil. fol. per Beatum Rhenanum. Aldina usus est. Sed et Sigism. Gelenii castigat. accessere.

1536 Venet. ap. Ald. 4 voll. 8. cum duplici indice. Repet. ed. 1535.

— Beati Rhenani castig. in aliquot Plinii Nat. Hist. libros (præfat. et libros XIV. priores) separatim prodire. Basil. fol. Adde his Epistolam ejus ad Bilebaldum Pirckheimerum de locis Plinianis, subjectam libris Rerum German.

1538 Venet. 3 voll. 8. repet. ed. 1535.

1539 Basil. fol. c. castig. Sigism. Gelenii et Beati Rhenani. Aldino exemplo usus est.

1540 Venet. 2 voll. 8. rep. ed. 1535. Sed hæc editio cum tribus superioribus 1535. 1536. 1538. videtur eadem esse. Si toties repetita est, certe sine accessione novi boni repetita est: nam eandem omnes habent præfationem. Sed videtur tantum titulus et anni nota, tum in titulo, tum in clausula, mutata esse, ut in aliis, ad alliciendos emtores: unde raro licet reperire exemplum, in quo idem sit annus in omnibus partibus.

1543 Basil. per Sigism. Gelenium.

. . . Paris. apud Audœnum, sine loco et anno.

— Paris. fol. apud Reynault.

— Paris. fol. apud Barthelinum et Rolandum.

1545 Basil. fol. accurante Frobenio; e Geleniana ducta.

1548 Lugd. ap. Beringos fratres, fol. e Basil. Gelenii ducta, cujus et notæ additæ sunt: in margine quibusdam lectionibus aliis notatis.

— Frellonianam reperit Rezzonicus; sed parum certa fide. Frellonius cum Beringis exempla partitus videtur.

1549 Basil. Frobeniana, c. præfat. Erasmi et Gelenii, cujus et notæ subjunguntur, fol. Cf. Crenii animadv. philol. et erit. P. VII. p. 7.

1554 cum annotationibus Sigism. Gelenii. Basil. fol.

1559 Naturalis historię libri triginta septem. A Paulo Manu-  
Delph. et Var. Clas. Plinius. 16 Z

tio multis in locis emendati. Castigationes Sigismundi Gelenii. Index plenissimus. Venet. ap. P. Manutium, fol. Sed est mera repetitio Lugd. 1548.

1560 et 1561 Lugd. 12. ex castigatione Andr. Morguæsi, apud hæredes Jac. Juntæ, (i. e. Phil. Tingum, qui in Morguæsi præfatione diserte commemoratur,) unde Juntina editio a nonnullis male appellatur. In varr. lectt. quibus margines referti sunt, sæpe vet. cod. notatur, et in præf. dicit editor, se vetustissima exemplaria, etiam scripta, contulisse; sed nullum nominatim, ut ex aliorum edd. excerptis ductæ videantur.

1561. Lugd. fol. apud Anton. Vincentium, cum præfat. Jo. Nic. Victorii.

— Lugd. opera Juntarum, 16.

1563 Lugd. fol. apud Frellonium vel Vincentium. Erant enim socii librarii Frellonius et Vincentius; videnturque exempla inter se partiti esse, et sub suo quisque nomine sua vendidisse. In textu nil mutatum: in marginibus sunt notulæ, fere e Pintiani castigationibus; in fine notæ Gelenii.

1565 Colon. 8.

1571 Venet. fol. apud Hieron. Scotum, qui textum ex Aldinis archetypis pristino nitore restitutum in titulo dicit: sed Paulli Manutii textum exprimit.

1582 Genev. e Geleniana ducta.

— Francofurti fol. ad Basileenses facta, cum annot. Sig. Gelenii, et figg.

— Lugd. Bat. fol. apud Petrum Sanctandream. In qua editione est quidem multum boni, et haud paulo plus quam in superioribus: sed longe plus promissum ab initio, quam præstitum est: nec per omne opus par diligentia adhibita est, ut bene demonstrat Ill. Rezzonicus. Harduino dicitur Leydensis prima.

#### ÆTAS IV. DALECAMPIANA.

1587—1669.

Cujus princeps habetur Jac. Dalecampius: quamvis emendationes suas ipse a textu modeste coërcuerit, prævit tamen ceteris, Jo. de Laet, qui etiam Salmasii Plinianis Exercitt. usus emendatissimum dedit textum et Leydensi III. quæ ab adjectis J. Frid. Gronovii notis vulgo dicitur Gronoviana.

1587 Lugd. fol. per Jacobum Dalecampium, Medicum, bene sane de Plinio meritum, etsi non plane satisfecit doctioribus. Nam et ex codd. nondum collatis, præsertim ex cod. antiquissimo, qui Chiffletii, alioque, qui Cujacii fait, excerpta dedit, et ad intelligendum egregie profuit.

1593 Genev. 8. apud Jac. Stœrium, e Geleniana et Dalecampiana ducta.

— Lugd. Bat. fol. apud Hieron. Commelinum, illi a. 1582. fere similis. Eodem annò ap. eundem recusæ Beati Rhenani castigat. Fol.

1597 Lugd. fol.

1599 Francof. fol. rep. ed. 1582. sed Dalecampianis notis etiam usus est editor. Accessere et notæ Anonymi, forte Jani Gruteri.

1601 Genev. 8. apud Jac. Stœrium. rep. ed. 1593.

1606 Lugd. fol. rep. ed. 1587.

1608 Francof. 8. rep. ed. 1599. accessere quædam notæ a Pintiano sumptæ.

— Francof. 8. apud Claud. Marnium et hæredes Jo. Aubrii. rep. ed. Dalecamp. 1587.

1613 M. Guilandini comm. in Plinii de papyro capitâ III. ex rec. H. Salmuth. Ambergæ. 8.

1615 Genev. fol. sumt. J. Crispini.

1616 Genev. fol. ap. Stœrium.

1629 Cl. Salmasii Exercitt. Plinianæ in Solinum, Paris. ap. Drouart, fol. 2 voll. (repetita Ultrajecti 1687. fol.) quibus multum tribuit Jo. de Laet in Elzeviriana editione. Harduinus, quamvis in iis multa erudite dicta concedat, ita tamen derogat, ut pleraque a Plinio illustrando aliena, et quicquid boni ac probabilis ad Plinium attinet, id fere totum esse ex alienis hortis surreptum dicat.

1631 Historiæ naturalis libri xxxvii. Opus omni quidem commendatione majus, sed nullis ad hunc diem editionibus . . . . satis unquam emaculatum fuerit. Nunc denuo quanta præstari potuit cura et diligentia, tam ex vetustissimorum et aliorum hactenus excusorum, quam plurium etiam manuscriptorum codicum attentissima collatione; idque post ultimam defuncti doctissimi D. Jacobi Dalecampii manum, ita feliciter repurgatum; Variis quoque Sigism. Gelenii, Fredenandi Pintiani, et aliorum lectionibus ornatum; ut nihil posthac huic operi desiderari posse

videatur. Accessere itidem indicia. Genevæ, sumt. J. Crispini, fol.

1635 Lugd. Bat. 3 voll. 12. ex off. Elseviriana per Jo. de Laet, ceteris (1582. et 1598.) longe melior. Est enim emendatissima, et habet in vol. ult. varias lectiones bene lectas, et notas virorum doctissimorum, prima multas Salmasianas e Polyhistore non dia ante edito, cui plurimum se, ait editor, tribuere.

1669 Naturalis historie Tomes I—III. Cum commentariis et adnotationibus Hermolai Barbari, Pintiani, Rhenani, Geleui, Dalecampii, Scaligeri, Salmasii, Is. Vossii, et variorum. Accedunt præterea variae lectiones ex Mss. compluribus ad oram paginarum accurate indicatae. Item Jo. Frid. Gronovii notarum liber singularis. Lugd. Bat. Roterd. ap. Hackios, 8. Hanc præstantem editionem Jo. Fr. Gronovio tribuere solent, quod notis ejus maxime nobilitata est, quæ in hac editione accessere, inde a L. XX. usque ad fin. egregiæ illæ, sed ut appareat, non hoc egisse tum virum doctissimum, ut textum accurate excuteret, et interpretem, qui proprie dicitur, egisse, sed quæ ipse antea in margine exempli sui habuisset notata, ea condonasse librariis tum, cum jam ad librum vigesimum venissent.

#### ÆTAS V. HARDUINIANA.

1685—1783.

Per quam unus regnat Jo. Harduinus, de quo vide ad edit. II.

1685 Harduini I. Paris. 5 voll. 4. quæ dein repetita est, tum plenior, tum splendidior prodit.

1723 Harduini II. Historiæ naturalis libri XXXVII. quos interpretatione et notis illustravit Joannes Harduinus. Jussu regis Christianissimi Ludovici magni, in usum serenissimi Delphini. Editio altera emendatior et auctior. Tom. I—III. Parisiis, typ. Ant. Urb. Coustelier, fol. Apparet in magna illa multitudine editionum et virorum doctorum, qui earum curam suscepissent, nullam tamen factam ad id usque tempus fuisse, quæ critico erudito satis et severo satisfaceret. Talis editionis consilium cepisse videtur Jo. Harduinus, cum editionem Plinii in usum Delphini pararet. Ad textum constituendum quindecim codd. scr. lectionibus usus est, sed in his tantum octo ab ipso collatorum: ceterorum



lectiones jam ante ab aliis excerptæ extabant. Forma operis est ea, quæ in illo genere in Usum D. instituta erat. Notæ sub textu pertinent ad intelligenda verba et res: criticæ ad calcem libri cujusque sunt rejectæ. Boni utique multum inest, inprimis per comparisonem Plinii cum locis scriptorum, e quibus profecit atque hausit sua, nummos multos ad illustrandum allatos, ceterum plagii jure reus factus ab aliis. Notandæ etiam in ejus textu lectiones vitiosæ, per errores operarum in editionibus vulgaribus ortæ, quæ facile ex edd. paulo vetustioribus corrigi poterant, sed ab illo relictæ: quod tamen cum aliis similibus peccatis excusabit operis magnitudo et laboris. Multa loca etiam male correxit, et in nummis interpretandis valde deliravit. In fine, præter indicem emendationum, tres alii accessere, Geographicus, Personarum, Verborum denique et Sententiarum. Ceterum ad editionem hanc velut Appendix referri potest ejus opus 'de nummis antiquis Urbium et Populorum,' ad cujus calcem illustratur ex instituto locus Plinii insignis de re monetaria, qui occurrit lib. XXXIII. cap. 3. sect. 13. Hanc editionem omnium præstantissimam et nos accurate exprimere studuimus.

1723. Chrestomathia Pliniana J. Matth. Gesneri exhibet loca selecta hist. nat. Jenæ, 8.

<sup>1</sup> Nescio, unde acceperit B. G. Struvius, qui Gabrieli Casartio, S. J. deberi magnam partem operis in Plinium impense contendit introductione in notitiam rei literariæ c. v. § 8. p. 109. 'Editiones scriptorum classicorum, quæ in usum Delphini factæ, satis sunt splendide.' (illas impensis plus quam 200,000 librarum constare notat Huetius de rebus ad se pertinentibus pag. 206.) 'De hisce tamen dicendum, quod editores splendorem potius addiderint quam notas. Has enim plerasque Germani scriptores sibi vindicabunt, vel Belgæ, si Harduini Plinium excipias, qui tamen majoris adhuc plagii accusandus, cum pleraque ex Cosartii Msto, cui per plures sanos inusdaverat, desumerit.' Jo. Georg. Grævius Epistola ad Jo. Clericum data 13. Mai. 1687. 'Male sane, apud Gallos quoque, audit Harduinus, cum quod aliorum compilet scribis, tam quod liberius invehatur et petulantius exagitet viros doctissimos, ubi quid deprehendit in illorum scriptis, in quo cespitarunt, ut est ingenii humani imbecillitas; præ-

tereat vero silentio illorum præclara in sem literariam merita et observationes, quas sibi vindicat; non pudenter, Hercule, si verum fateri volumus. Vossium sane indignari quoque accepimus, quod Harduinus sibi tribuerit elegantissimam et certissimam emendationem, quæ legitur in notis ad Melam p. 286. cum omnibus illorum scriptorum locis, quibus eam firmat, excepto solius Charisii. Fr. Gronovii emendationes laudat quidem in proemio, sed in annotationibus suo illas asserit ingenio et solertia, raro Gronovii mentionem facit, nisi ubi ab illo dissentit. Non possum igitur improbare (quamvis amicitia et commercium literarum mihi intercedat cum Harduino, et inficiari non possim, multa egregia illum, per se quoque, cum in Plinio, tum in Geographicis ex numismatibus illustratis observasse, Plinioque illius primas deberi, non solum inter scriptores, in usum Delphini editos, sed inter editiones omnes Plinii) famam Salmasii aliorumque doctorum hominum a te vindicari,' &c.

1741 Paris, (Basil.) fol. rep. ed. Paris. 1723, sed minus pulchre et valde vitiose.

1760 Hist. nat. Paris. ap. Brocas et Barbou.

1766 Berolini Tomi v. 8. textus Plinii ad usus studiosorum siue notis ex ed. Harduini cum Indd. similibus Harduinianis editus est; sed in quibus non nuda nomina sunt, sed etiam explicationes ad intelligendum: curante J. P. Millero: unde in iis esse ait Chrestomathiam quandam Plinianam.

1769 Paris. ap. Jo. Barbou. 12.

1771 Hist. natur. de Pline traduite avec le texte Latin, des notes et observations sur les connoissances des anciens comparés avec les decouvertes des Modernes, auct. Poinset de Sivry. A Paris 1771—1782. Tom. I—XII. 4.

1776 Selecta capita quædam ex C. Plinii Sec. hist. nat. ad usum scholarum edidit Jac. Aikin. Londini. 8.

1778 C. Plinius Sec. de Aquatilibus c. commentt. Laur. Theod. Gronovii. Lugd. Bat. 8.

— Cum interpretatione et notis integris Jo. Harduini, itemque cum commentariis et annotationibus Hermolai Barbari, Pintiani, Rhenani, Gelenii, Dalechampii, Scaligeri, Salsasii, Is. Vossii, J. F. Gronovii, et variorum, vol. I. Recensuit varietatemque lectionis adjecit Jo. Georg. Frid. Franzius. Lips. imp. Guil. Gottlob Sommeri, 8. Vol. II. prodiit eodem anno, et III. a. 1779. Hæc tria volumina complectuntur IX. priores libros. Ceterum, quamvis hæc editio opportuna sit ob curas doctissimorum virorum in ipsam congestas, dolendum est quod textus parum curate exscriptus sit. Desiderant etiam alii majorem diligentiam in varietate lectionis, unde orta sit, significanda; sed nemo ad criticum usum non adire malit editionem Hackianam et Harduini alteram. Neque satis convenire videtur futura hujus editionis moles, eaque sæpe præter quod opus erat auctior, rationibus plerumque angustioribus eorum qui hæc literas amant.

Admirabuntur, credo, lectores, hæc tantam multitudinem editionum, præsertim quæ sæculi quintidecimi fine et sæculo sequente facta sit, quanta profecto in nullo alio scriptore vetere extat, cum præsertim opus sit tantæ molis, cum postea, recentioribus temporibus, tam paucæ institutæ siut. Sed causa illius multitudinis fuit hæc, quod tum nemo pro docto haberetur, qui Plinii hoc opus

non legisset, quod Hermolai Barbari dictum fuisse Angelus in præfat. ed. Paris. 1526. tradit, et in quibusdam locis, ut Brixia, hoc proprie mandatum illis temporibus erat alicui, ut publice Plinii libros interpretaretur. Quod recentioribus temporibus secus fuit, et cum maxime est, ut propemodum omnes magnitudine operis a legendo deterreantur, monstroque simile putent, si quem audiunt totum hoc opus perlegisse, aut legere velle.

Ex hac recensione editionum facile lector attentus intelliget, quæ editiones, quæve exempla usum criticum habeant, item per quos textus Pliniani operis ad hanc præsentem formam, quoad recta est, (nam sine vitiis pluribus adhuc nulla est,) pervenerit. Recensiones igitur justæ, post primas illas Venetas editiones, sunt Hermolai, Benedicti, Cæsarii, P. Danesii, Rhenani, Harduini. His addi possunt, in quibus constat, unum et alterum librum scriptum usurpatum esse, ut Erasticam, et alias quasdam. Item et illud clarum est, nondum habere nos exemplum, quod plane criticæ artis perfectionem attingat: estque omnino difficile aliquid perfecti præstare in tanto tamque variæ doctrinæ opere, quod etiam ab auctoris ingenio proprias difficultates habeat: Interea legamus ea, quæ habemus, et inde discere, quæ possumus, curemus. In primis multis sæpe obfuit et codd. scriptorum et edd. parum diligens usus.

---

**EDITIONES** Naturalis Historiæ Plinianæ tam totius operis, quam singularum partium, quæ a Bipontinis prætermissæ sunt.

**Editio 4to. Veneta, 1491.** Sub finem, correctiones præcedentem, hic colophon legitur: ‘Cail Plinii Naturalis Historiæ Liber trigesimus septimus et ultimus finit: Venet. Impressus opera et impensis Thomæ de Blauis de Alexandria, anno Nativitatis Domini MCCCCLXXXI. die tertio mensis Novembris, regnante Augustino Barbudico,

**Inclito Venetorum Principe.** Hæc rara editio videnda est in Bibliotheca pretiosa Librorum ad Naturalem Historiam spectantium, quos vir cl. Josephus Banks, eques auratus, magnis sumptibus collegerat.

Plinii Historia de Landino, 1501. Fol. Præfigitur Proœmio al Serenissimo Ferdinando, Rê di Napoli; et fini hæc subjunguntur: 'Finisse il Libro chiamato Plinio vulgare, impresso in Venesia per Ubertino da Vercelli nel l'anno d'ella Nativita del Nostro Signore Jesu Christo MCCCCI. die XXI. di Octobre.' Ibid.

Plinii Nat. Hist. adjectis variis Antonii Sabellici, Raph. Volterrensis, Beroaldi, et aliorum Annotationibus. Fol. Paris. 1516.

Hist. Nat. Libri XXXVII. cum Mss. Notis uberrimis Cl. Pithœi. Basil. 1530. In Biblioth. Bodl.

Historiæ Naturalis liber secundus. Continet Hermelai Barbari Castigationes. 8vo. Paris. 1536.

Italica Versio, per Ladov. Dominicum, cujus prima Editio, 1561. notata est a Bipontinis, prodiit iterum a. 1562. 1580. et 1613.

Totius operis Pliniani Gallica Versio, cujus prima Editio facta est ab Antonio Pineto, 1566. sæpe repetita est, et præcipue, in duobus tomis, Fol. Lugd. 1584.

Traduction de los Libros de Caio Plinio Segundo de la Historia de los Animales, con Anotaciones curiosas. En Madrid. En la Oficina de Luis Sanchez, 1599. in 4to. Hæc versio complectitur Libros septimum et octavum.

Anglicæ Versionis per Philemon Holland prima editio erat a. 1601.

Libro nono di Caio Plinio Segundo de la Historia Natural de los pescados de mar, de lagos, estangues, y rios, &c. En Madrid, 1603. 4to.

Versio Belg. Arn. 1610. et Belgica Hoorn. 4to. et 8vo. Amst. 1657. et 1662.

Plinii Hist. &c. cum Annotationibus Rhenani, &c. Col. Allobr. 1615.

Plinii Nat. Hist. Ad Titum Imperatorem Præfatio

recensuit, et Notis illustravit, ex Mss. et Veteri Editione, David Durandus. Lond. 8vo. 1726. et repetita est.

Traduction de 34-36 Livres de Pline, 1773. 2 vol. 8vo. Hæc versio facta est ab Etienne Falconet, et recta est in Operibus ejus Diversis, &c. Vol. 3. et 5. Lausanne, 1781.

Plinii Nat. Hist. Liber nonus. Tractat de Aquatilium natura, et sequitur recensiones Laur. Theod. Gronovii. Lugd. Bat. 1768.

Brotierii Editio, sex Tom. 12mo. Paris. apud Barbou. 1779. Eruditus Brotierius, qui tam magna in editione Taciti peregit, in hac etiam Plinii valde laboravit. Auxilio Codicum, quamplurimas correctiones adjecit, quas non adhibuerant Editores, qui præcesserant; simulque notis doctis eam instruxit. Magni pretii habetur hæc editio Breteriana.

In multis Editionibus Latinorum Classicorum bene meritas laudes reportaverunt nostri Bipontini. At in hac Editione Pliniana, præter alias, ut in confesso est, fortunati fuerunt. Notitia Literaria, pars illa præcipue, quæ antiquas Editiones describit, si non in omnibus numeris absoluta, multiplex tamen est et varia. Novum insuper Indicem Rerum et Verborum secum trahit. Bipont. 8vo. 1783-4. 6 vol.

Histoire Naturelle des Animaux par Pline; traduite nouvellement avec le texte en regard par P. C. B. Gueroult. Par. 1802. 8vo. 3 vol. Hæc versio Librum VII-XI. continet, cum paucis fragmentis Libri XXXII. continentis Historiam Animalium; atque annotationibus illustratur. Ea vero, quæ Naturalem Historiam vellent illustrare, doctis viris, qui rebus naturalibus versati sunt, non magni æstimantur.

Morceaux Extraits de l'Histoire Nat. de Pline, par P. C. B. Gueroult. 2 tom. 8vo. 1809.

His adjici possint quædam ex Naturali Historia Plinii in Usum Juventutis excerpta; qualia sunt, Præclaræ quædam Sententiæ ex Cæii Plinii Secundi Libris, compendio selectæ. Col. 8vo. 1566.

**De Rerum Inventoribus. 12mo. 1604.—Cum multis aliis. Scripta quæ tractant de rebus ad Naturalem Historiam Plinii spectantibus, inter multa alia numerentur, quæ sequuntur:**

**Nicolai Leonicensi de Plinii et aliorum in Medicina Erroribus. Ferrariæ, 1492. 4to. de quo Panzer. Art. Typograph. tom. 1. p. 401.**

**De Beroaldi Castigationibus Plinianis, earumque Editionibus, consulendus est Mazzuchelli Scrittore d'Italia vol. 11. Pars prima p. 260. sq. ubi Hermolaus Barbarus 5000 Errores in Plinio correxisse dicitur, ut notat Harlesius.**

**Lettre d'un Professeur de l'Université de Paris à Monsieur \* \* \* \* \* sur le Pline du P. Hardouin. Paris. 1725. et 1727. 12mo. Professor prædictus est Mons. Crevier, Editor Livii, et Auctor Histoire de l'Université de Paris.**

**Examen dedit tam Versionis Plinianæ supra notatæ per Etienne Falconet quam iudicii ejus de Plinio, clarus ille Pictor et Philosophus Hispanicus (ut dictus est) Meugs, Amst. 1772. Huic Responsum obtulit Falconet: postea, Ipsam Versionem Falconetti, Examen, et Responsum recudit Falconettus in suis Ouvres Diverses concernant les Arts. Nouvelle Edition. Paris. 1787. tom. 1-111.**

**Johan. Matth. Gesnerus in Disquisitione de Nomenclatura Latina ad Linguas hodiernas accommodanda: cui adijci possint eorum scripta qui lucem Plinio attulerunt, disputando potius de singulis locis, quam vera et ampla oratione narrando, de quibus consulatur Christophori Saxii Onomasticon, P. 1. p. 267.**

**His subjiciantur sequentia: Pliniana Defensio Pandolphi Colinaei adversus Nicolai Leonicensi accusationem. Sine anni nota.**

**Beati Rhenani Selestadiensis Rerum Germanicarum Libri tres. Est in calce Epistolæ ad D. Philip. Puchamerum, &c. Basil. Fol. 1531.—Fredenandi Pintiani Observationes in omnes Plinii Libros. Heidelb. Fol. 1593.**

**Opus illud admirandum, cui titulus est, Historia Critica Philosophiæ, per Brucker, doctum Germanum; vel ejusdem**

elegans Compendium, et Anglice versum, per Gulielmum Enfield, LL.D. vol. 1. His addas, præter quæ nostri Bipontini protulerunt in Notitia sua Literaria, quod Vossius dedit, de Hist. Lat. l. 1. c. 29. de Philosophis c. 12. et quod Fabricius Biblioth. Lat. Tom. 1. et 11.; et plura hujusmodi quæ colligenda sunt ex Christophori Saxii Onomastico, p. 265. 269. et ex Theophili Christophori Harlesii Supplementis ad Brevior. Notit. Lit. Romanæ, p. 27-30. et ex his quæ nuperrime J. W. Moss, in Manuali Classicæ Bibliographiæ, collegit.

# RECENSUS CODICUM MSS.

## C. PLINII SECUNDI,

QUI IN BIBLIOTHECIS BRITANNICIS ASSERVANTUR.

---

*In Museo Britan.* Inter Codices Harl. N. 2676. Caii Plinii Secundi Naturalis Hist. Libri xxxvii. Cod. Membran. Elegantissimus, pulchre scriptus, et egregie illuminatus. Fol. Formæ majoris. Procemii fini subjunguntur hæc: 'Tabula anteposita hic merito pro Libro primo esset ponenda.' Sæc. xv.

N. 2677. Hic codex est etiam miræ molis, pulchre scriptus et illuminatus.

N. 3475. Caii Plinii Hist. Nat. Epitoma, a Platina concinnata. Præfiguntur Tabula eorum, quæ continet Codex, et Platinæ Epistola ad Maffæum: forma 4to. Chartac. Sæc. xv.

Inter Ayscoughi Codd. Mss. indescritos N. 2557. Excerpta Plinii Nat. Hist. lib. x. cap. 29. de Philomela.

*Codices Oxonienses.* Canonici Lat. N. 295. Membran. Cod. eleganter scriptus et illuminatus cum Annotationibus marginalibus. Fol. majoris formæ, et magnificus. Sub finem leguntur hæc: 'Caii Plinii Secundi Naturalis Historiæ Libri tricesimi septimi et ultimi finis per Hieronymum Baliocum Novarcensem finiti Die Veneris undecimo mensis Junii anni millesimi quadringentesimi septuagesimi noni, sub invictissimis Principibus Bona et Joann. Galeana Maria Spertia, Ducibus Mediolani.'

Inter Kenelmi Dighæi et Ashmol. Codices sunt quatuor,



qui continent pauca quædam ex Plinio, sed nihil magni momenti.

Biblioth. Coll. Baliol. continet codicem Plinii Naturalis Historiæ, una cum Libro de Viris illustribus, Plinio secundo a quibusdam ascripto, ab aliis Cornelio Nepoti, ab aliis vero Aurelio Victori. Catal. Angl. et Hiberniæ, in loco.

*Codices Cantabrigienses.* Biblioth. Publica: Plinii Naturalis Hist. 454. 1. de Viris Illustribus, 454. 2. Cod. Membran. Dyeri Priv. Cant. vol. II. p. 627.

Biblioth. Coll. Bene't continet Codicem Membran. in fol. diversis manibus, et diversis sæculis exaratum; præcipue vero sæc. XII. et XIII. Inter multa pretiosa continet quædam ex Plinio et aliis de Geographia. Nasmyth in Catal. Codicum S. Bene't. Codex 66. 2.



# NUMMI ANTIQUI

SELECTI EX HIS QUI SUNT

IN NOTIS AD PLINIUM

ILLUSTRATI.



Fig. 222.

Er. 2.



Fig. 223.

Er. 2.



Fig. 224.

Arg.



Fig. 225.

Arg.



Fig. 226.

Er. 1.



Fig. 227.

Aur.



Fig. 228.

Aur.



Fig. 229.

Er. 3.



Fig. 230.

Er. 3.



Fig. 231.

Arg.









Fig. 395.



Aur. 3.



Fig. 395.



Aur. 3.



Fig. 396.



Arg.



Fig. 400.



Aur. 2.



Fig. 401.



Aur.



Fig. 404.



Aur.



Fig. 435.

Arg.



Fig. 557.

Aur. 1.



Fig. 567.

Aur.



1. PROVIDENT



Fig. 567.

2.



Fig. 570.

2.



Fig. 576.

1.



Fig. 576.

Aur. SC 1.



Fig. 576.

Aur. SC 1.



Fig. 576.


Aur. SC 1.



Fig. 576.







Aur. SC 1.















Pag. 828.



Arg.



Pag. 828.



Er. max.




Pag. 828.



Aur.



Pag. 821.



Er. 1.




Pag. 821.



Arg.



Pag. 826.



Er. 3.



Pag. 845.



Er. 1.



Pag. 847.



Arg.



Pag. 847.



Arg.



Pag. 847.



Er. 2.



Pag. 848.



Er. 2.



Pag. 855.



Er. 1.


















Fig. 1072.



Enl.



Fig. 1073.



Enl.



Fig. 1074.



Enl.



Fig. 1075.



En. 2.



Fig. 1076.



En. max.





Fig. 1077.



En. 3.



Fig. 1078.



Arg.



Fig. 1079.



Arg.



Fig. 1080.



Aur.



Fig. 1081.



Arg.



Fig. 1082.



En. 3.



Fig. 1083.



Arg.





Pag. 1317.

Arg. max.



Pag. 1319.

Er. 2.



Pag. 1336.

Arg.



Pag. 1336.

Arg.



Pag. 1341.

Er. 3.



Pag. 1344.

Er. 3.



Pag. 1347.

Arg.



Pag. 1348.

Arg.



Pag. 1351.

Er. 2.



Pag. 1355.

Er. 2.



Pag. 1370.

Arg.



Er. 3.



Pag. 1372.


Arg.







Fig. 1378.



Arg.



Fig. 1381.



Arg.



Fig. 1383.



Fig. 1387.

Er.



Fig. 1388.



Arg.



Fig. 1389.



Er.



Fig. 1415.



Arg.



Fig. 1418.



Arg.



Fig. 1416.



Arg.



Fig. 1419.



Er. 3.



Fig. 1420.



Er. 3.



Fig. 1421.



Er.



Fig. 1422.



Arg.








Ex Conchio Florentino.




































Pag. 4347.



Avr.



Pag. 4393.



Er. 1.



Pag. 4399.



Arg.




Pag. 4500.



Er. 2.



Pag. 4480.



Arg.



Pag. 4481.



Er. 3.



Pag. 4482.



Pag. 4485.



Pag. 4486.



Pag. 4487.



Pag. 4521.



Pag. 4522.



Pag. 4523.



Pag. 4524.




Pag. 4525.



Pag. 4526.



Pag. 4527.



Pag. 4528.

max.

Arg.


Arg.

max.

Arg.


max.





DANVBIVS







**INDICES**

**IN**

**C. PLINIUM SECUNDUM.**





**HARDUINI**  
**INDEX GEOGRAPHICUS**

**PROVINCiarUM, CIVITATUM,**

**MONTIUM, FLUMINUM, &c.**

IN

**PLINII HISTORIAM NATURALEM.**

---

- ABALI** vi, 22  
**Abalites sinus** vi, 34  
**Abalus ins.** xxxvii, 11  
**Abantias, Euboea** iv, 21  
**Abacortæ** vi, 23  
**Abarimon** vii, 2  
**Abaritana arundo** xvi, 66  
**Abas mons** v, 20  
**Abdera** iii, 3  
**Abdera (in Thracia)** iv, 18. xv, 53  
**Abeatæ** iv, 10  
**Abellinates nuces** xv, 24  
**Abellinates Marsi** iii, 16  
**Abellinates Protopi** iii, 16  
**Abellinum opp.** iii, 9  
**Abesamis** vi, 32  
**Abila Africæ** iii, 1. v, 16  
**Abila mons** v, 1  
**Abnoba mons** iv, 24  
**Abobrica** iv, 34  
**Aboccis** vi, 35  
**Abolani** iii, 9  
**Aboriense opp.** v, 4  
**Aborigines (in Latio)** iii, 9  
**Abrettini** v, 32  
**Abrincatui** iv, 32  
**Abrotonum** v, 4  
**Abzarum fl.** vi, 4. ix, 11  
**Abaidris** vi, 30  
**Abelæ** vi, 4  
**Abeyrtides ins.** iii, 30  
**Abeyrtium ins.** iii, 25
- Abutucense opp.** v, 4  
**Abydum** v, 40  
**Abydus** ii, 59  
**Abydus (in Ægypto)** v, 11  
**Abziritanum opp.** v, 4  
**Abzœæ** vi, 15  
**Academia Athenis** xii, 5  
**Acamantis, Cyprus** v, 35  
**Acampsis fl.** vi, 4  
**Acalandrum fl.** iii, 15  
**Acanthius sal** xxxi, 41  
**Acanthon mons** iv, 3  
**Acanthus** v, 29  
**Acanthus altera** iv, 17  
**Acanthus ins.** v, 44  
**Acarmania** ii, 92. ix, 56. xxxvi, 30  
**Acarmanis opp.** iv, 2  
**Accisi** iv, 2  
**Accisi** vi, 7  
**Accitana col.** iii, 4  
**Acei** vi, 7  
**Ace, Ptolemais** v, 17  
**Acelum opp.** iii, 23  
**Acerræ Vatriæ** iii, 19  
**Acerrani** iii, 9  
**Acervetis, Calatis** iv, 18  
**Acesines fl.** vi, 23. xii, 11. xvi, 65  
**Acesinus fl.** iv, 26  
**Acestæ** iii, 14  
**Achæi (in Colchis)** vi, 5 (in Thessalia) iv, 14  
**Achæorum plura genera** vi, 12 portus

*Delph. et Var. Clas.*

*Ind. Plin.*

*A*

- iv, 26. v, 33 statio iv, 18  
 Achaia provincia iv, 6. viii, 68. xiii, 36. 37. xviii, 12. xxv, 64. xxviii, 67. xxxi, 19. xxxiii, 56  
 Achaia devicta xxxiv, 17  
 Achaiae opp. xxxiv, 6 in Achaia montes novem iv, 6  
 Achaica victoria xxxiii, 53  
 Achaicum apium xix, 46  
 Achaicus Mummius xxxv, 8  
 Achæmenidæ vi, 26  
 Achais, in Cadusis vi, 18  
 Achana fl. vi, 32  
 Acharitanum opp. v, 4  
 Acharne iv, 16  
 Achates fl. iii, 14 in Sicilia xxxvii, 54  
 Achelous amnis ii, 87. iv, 2. viii, 17. xi, 112  
 Acheron amnis iii, 10. iv, 1  
 Acheronthi iii, 10  
 Acherusia lacus iv, 1 palus iii, 9 specus vi, 1  
 Achillea ins. iv, 26. 27. v, 37. x, 41  
 Achilleon v, 33  
 Achilleos Dromos iv, 26  
 Achisarmi vi, 35  
 Achne, Casas v, 36  
 Achoali vi, 32  
 Acidula aqua xxxi, 5  
 Acidulus fons xxxi, 5  
 Acienses iii, 9  
 Acila vi, 32  
 Acina vi, 35  
 Acinipo iii, 3  
 Acis, Siphnus iv, 22  
 Acitavones iii, 24  
 Acmodæ insulæ iv, 30  
 Acrouenses v, 29  
 Acolitanum opp. v, 23  
 Acone portus vi, 1  
 Acontius mons iv, 12  
 Acra Japygia iii, 16  
 Acrabatena Judææ toparchia v, 15  
 Acra iv, 26  
 Acraëphia iv, 12  
 Acragas, quod Agrigentum iii, 14  
 Acrensens iii, 4  
 Acritas prom. iv, 7  
 Acroceranium Epiri promont. iii, 15. iii, 29  
 Acrocerania, montes iii, 26  
 Acroceranium montes iv, 1  
 Acrocorinthus iv, 5  
 Acrotadus ins. vi, 26  
 Acrothon opp. iv, 17  
 Actania ins. iv, 27  
 Actiacum bellum xxi, 9 prælium xiv, 28  
 Actiacus Mars vii, 46. xxxii, 1  
 Actium col. iv, 2. ix, 56. xi, 75. xix, 5  
 Actrida vi, 32  
 Acytos, Melos iv, 23  
 Adala vi, 35  
 Adana v, 22  
 Adanu ins. vi, 34  
 Adna amnis ii, 106. iii, 20  
 Adnam Larius lacus accipit iii, 23  
 Adesa fl. v, 28  
 Ad gallinas xv, 40  
 Adiabare vi, 35  
 Adiabene vi, 10 Assyriorum initium vi, 16 (pars Syriæ) v, 13  
 Adiabeni vi, 10. 17. 31  
 Adipson Gerrhon vi, 33  
 Adonis fl. v, 17  
 Adramytteos v, 32  
 Adramyttenus conventus v, 32  
 Adramyttos xiii, 2  
 Adrastia, Parium v, 40  
 Adria (mare) iii, 20  
 Adria col. iii, 18  
 Adrianus ager iii, 18. 19  
 Adriane amphoræ xxxv, 46 gallinæ x, 74  
 Adriana vina xiv, 8  
 Adriaticum mare iii, 6. 20. ix, 20  
 Adriaticum mare, quod superum iii, 29  
 Adriatici et Ionii maris discrimen iii, 16  
 Adriatici maris sinus xiv, 8 vadum xxxvi, 9  
 Adrumetum v, 3  
 Aduliton opp. vi, 34  
 Adunas fl. vi, 31  
 Adunicates iii, 5  
 Adyrmachidæ v, 6  
 Æa (in Colchia) vi, 4  
 Æantion ins. iv, 23  
 Æantium v, 33 prom. iv, 16  
 Æant sinus vi, 33  
 Æanum vi, 33  
 Æas fl. iii, 26  
 Æas mons vi, 33  
 Æcani iii, 16  
 Æculani iii, 16  
 Ædepsos iv, 21  
 Ædeasa (Macedoniæ) vi, 39  
 Ægæ v, 32  
 Ægæ (Ciliciæ) v, 22  
 Ægæ (in Macedonia) iv, 17  
 Ægæum mare iv, 18. ix, 20  
 Ægetini iii, 16  
 Ægia vitis xiv, 4  
 Ægialeus mons iv, 11  
 Ægialia ins. iv, 19  
 Ægialus, Achaia iv, 6  
 Ægida opp. iii, 23  
 Ægila ins. iv, 19

*Ægilia* ins. iv, 22  
*Ægilium* ins. iii, 12  
*Ægilodes* sinus iv, 8  
*Ægilos*, *Caprazia* ins. iii, 12  
*Ægimori aræ* v, 7  
*Ægina* ins. iv, 19. xxxiv, 6. xxxv, 39  
*Æginetica* aris temperatura xxxiv, 19  
*Ægineticum* sæs xxxiv, 3  
*Æginium* iv, 17  
*Ægion* iv, 6  
*Ægipa* vi, 35  
*Ægipanes* v, 1. vi, 35 semiferi v, 8  
*Ægira* iv, 6. xviii, 41  
*Ægira*, *Lesbos* v, 39  
*Ægium* x, 26  
*Ægos* fl. ii, 59. iv, 18  
*Ægosthenienses* iv, 11  
*Ægusa* ins. iii, 14  
*Ægypti* deorum templa omnium xxxvi, 19  
*Ægypti* extrema vi, 38 facilitas xviii, 47 simeta x, 75 inferiora vi, 39 labyrinthus xxxvi, 19 lupi xi, 38 Magi xxv, 5 nitrariae xxxi, 46  
*Ægypti* pars superior xix, 2  
*Ægypti* peculiare malum, elephantiasis xxvi, 5  
*Ægypti* populi ii, 23 populis tineas inesse xxvii, 120 præfectura xix, 2 pyramides xxxvi, 16 regina *Cleopatra* ix, 58 religio v, 6 rex *Sesostris* xxxiii, 15 sacerdotes xix, 2  
*Ægyptia* arena xxavi, 9 balanus xii, 46 clematis xxiv, 90 cyanos xxvii, 38 elate xii, 62 faba xviii, 30 ficus xiii, 14. 16 glans xv, 7 herba cnicos xxi, 58 lotos xxiv, 2 mala *Punica* xiii, 34 navigatio xxiv, 19 numina xxiii, 12 papyrus xxiv, 51. xxxiii, 30 prunas xiii, 19 ptisana xviii, 15 ratio ii, 21 rubrica xxv, 15 secta xviii, 57 spina xiii, 20. xxiv, 65  
*Ægyptiæ* coronæ xxi, 3 herbæ xxv, 5 litens xxvi, 14  
*Ægyptii* ii, 79. vii, 49. 57. x, 40. xi, 70. xxi, 101. 103. xxii, 57. xxviii, 37. xxxv, 5  
*Ægyptii* calami xvi, 64 flores xxi, 18 menses vi, 26 mures x, 85 smaragdi xxxvii, 17  
*Ægyptio* nomine obeliscus xxxvi, 14  
*Ægyptiorum* bellis attrita est *Æthiopia* vi, 35  
*Ægyptiorum* commentarii xxxvii, 19  
*Ægyptiorum* philosophia xxxvi, 14  
*Ægyptiorum* et *Persarum* prælium navale xxiv, 40  
*Ægyptiorum* alumen xxviii, 26. 46. 60

*amylum* xviii, 17 *anisum* xx, 73 *cæruleum* xxxiii, 57 *collyrium* xxxiv, 23 *coriandrum* xx, 82 *cuminum* xix, 47. 58 *linum* xix, 2 mare ii, 68. v, 1. v, 10. 11 *nitrum* xxxi, 46 *origanum* xix, 50 *papaver* xix, 58 *porrum* xix, 33 *sory* xxxiv, 30 *talentum* xxxiii, 15 *triticum* xviii, 12  
*Ægyptus* cyperus xxi, 70 *juncus* xxi, 69 *labyrinthus* xxxvi, 19 *lapis* xxxvi, 43 *mensis*, *Thiatis* xvii, 8  
*Ægypto*-similis planities in *India* vi, 21  
*Ægyptum* ab *Asia* et ab *Africa* *Nilus* determinat v, 9 inter insulas quidam retulere v, 9  
*Ægyptus* ii, 40. 47. 71. vii, 3. 4. 57. viii, 34. ix, 32. x, 74. xi, 113. xii, 51. xiii, 6. 10. 32. 37. xiv, 22. 29. xv, 7. 31. xvi, 41. 76. xvii, 2. 30. 35. xviii, 10. 11. 20. 21. 30. 31. 79. xix, 2. 20. 35. xxi, 51. 69. xxii, 82. xxxiii, 52. 70. xxiv, 42. 67. xxv, 5. xxxi, 33. 39. 42. 46. xxxiii, 46. xxxv, 42. 52. xxxvi, 11. 28  
*Ægyptus* *Africa* proxima v, 9  
*Ægyptus* apud *Homerum* xiii, 21 non erat *Homero* condente xiii, 27 *Homero* *Nilus* v, 10  
*Ægyptus* cribra facit ex papyro xviii, 28 frugum fertilissima xxi, 50 genitrix talium vitiorum xxvi, 3 habet allium et cæpas inter deos &c. xix, 32 *scarabæos* inter numina colit xxx, 30 in *Ægypto* corpora defunctorum cedris perfusa servantur xvi, 21  
*Ægyptus* minime quantitur ii, 82  
*Ægyptus* *Medicus* ex *Ægypto* vocatur xxix, 30  
*Ægyptus* palustris xviii, 47  
*Ægyptus* superior vi, 35 super *Ægyptum* xii, 37  
*Ægyptus* x. m. urbium v, 11 in *Ægypto* bos *Apis* viii, 71  
*Ægyptilla* (gemma) xxxvii, 54  
*Ælana* v, 12. vi, 32  
*Ælaniticus* sinus *Rubri maris* v, 12. vi, 32. 33  
*Æmilia* via ii, 85. xvii, 35. xix, 2  
*Æminium* opp. et fl. iv, 35  
*Æmona* col. iii, 28  
*Æmonia*, *Thessalia* iv, 14  
*Ænare* ins. v, 38  
*Ænaria* ins. iii, 12. xvi, 60. xxxi, 5. xxxii, 54  
*Æneatica* abies xvi, 70  
*Ænienses* iv, 3  
*Ænona* iii, 25  
*Ænos liberum* (in *Thracia*) iv, 18. xvii, 3. xviii, 12

- Æolia insula Hiera* ii, 110  
*Æoliæ ins.* ii, 89. iii, 14. xxxii, 11. xxxv, 50. xxxvi, 42  
*Æolica gens in Asia* vi, 2  
*Æolium* iv, 18  
*Æolis* v, 32  
*Æpolium* iv, 26  
*Æquicoli* xxv, 48  
*Æquiculi* iii, 17  
*Æquiculani* iii, 17  
*Æëria, Creta* iv, 20  
*Æëria, Thassos* iv, 23  
*Ææpus fl.* v, 40  
*Æsinas caseus* xi, 97  
*Æsinates* iii, 19  
*Æsis fl.* iii, 19  
*Æsius fl.* v, 43  
*Æsolani* iii, 9  
*Æstræenses* iv, 17  
*Æsyros fl.* v, 43  
*Æstuaria Onoba* iii, 3  
*Æthalia ins.* iii, 12  
*Æthalia, Chios* v, 38  
*Ætheria, Æthiopia* vi, 35  
*Æthiophe, Lesbos* v, 39  
*Æthiopes pensitasse Persidis regibus* xii, 8  
*Æthiopes torreri* ii, 8  
*Æthiopes* viii, 27. x, 2. xix, 2. xxxvi, 9  
*Æthiopes Arotères* vi, 34 *Asachæi* viii, 13 *Cynamolgi* viii, 43 *Daratitæ* v, 1 *Perorsi* v, 1 *Heperii* vi, 35. 36. viii, 32  
*Æthiopes Homero bipertiti* v, 8  
*Æthiopes (quam) frugem novere* xviii, 24  
